


Nel coll. della Comp.  
di Granada; diede al  
Museo V. Martín  
de Porres.

D E 13284

CONSERVANDA  
BONA VALET V-  
D I N E,

O P V S C V L V M S C H O L A E  
Salernitanæ, ad Regem Angliae, Cum  
Arnoldi Nouicomenis, Medici & Phi-  
losophi antiqui Enarrationibus utilissi-  
mis, nouissimè recognitis & auctis per  
Ioannem Curionem.

*Reliqua sequens pagella indicabit.*



Contenta.

I. De Conseruanda bona valetudine,  
opusculum Scholæ Salernitanæ ad  
Regem Anglie, cum Arnoldi Noui-  
comensis narrationibus, nouissimè  
auctis & recognitis per Ioan. Curio-  
nem.

II. De ratione victus salutaris post in-  
cisam venam Anastasii.

III. Victus & cultus ratio exposita  
quatuor per singulos menses verbi-  
*Ani dñi nat.* bus per Ioachimum Cameriarum.  
*et tunc p̄f* III. De moderatione cibi & potus,  
item somni & vigiliarum doctrinæ  
saluberrimæ.

V. De victus salubris ratione priuato-  
rum Polybi tractatus Ioan. Guinte-  
rio Andernaco interprete.

Reue-

R E V E R E N D O E T  
A M P L I S S I M O I N  
C H R I S T O P A T R I A C D O-  
mino, D. Ioanni Pico, Regii Monaste-  
rii Montis Sancti Petri apud clarissi-  
mam Erphordiam, Abbatii dignissi-  
mo, domino ac Mœcenati suo plu-  
rimum obseruando, Ioan-  
nes Curio Bercken.

Opus didiciv.



N iterum sub Gratia  
si nominis tui patro-  
cino, Amplissimo Pa-  
ter, Salernitane Scho-  
la etep̄ uirgineo yst-  
ue de tuenda Sanita-  
te precepta, cum lu-  
culenta & succincta  
Arnoldi Villa novani in singula capita exe-  
ggi in lucem exequunt, sed solito (ut equidem  
arbitror) haud paulo emendatione nitidio-  
ra, ut que ab innumeris fere ante parum  
auia madueris, atq; notata errorum menda-  
runq; portentis exemerim, ad oq; ab incul-  
ta, squalida, ac impura barbarie, maxima-  
ian cura & diligentia repurgauerim, adni-  
xus nimis, ut hoc quicquid est operis, eo,  
quod prius edidera, cum elegantius, tum me-  
lius, ac ob id longè gratius etiam atq; opta-  
tius in manus eorum, qui sanitatis tuende-

A 2 curam

## E P I S T O L A

curam suscepereint, rediret. Plurima igitur ex Hippocrate, Galeno, Paulo, Alexandro, atque alijs Græcis autoribus ab Arnaldo hisce commentarijs passim inserta, sed corrumptæ ac perperam c. tata, ex doctis & fidelibus Latinis interpretibus in genuinum ac verum sensum restitui. Ex Rhaze, Serapione, Avicenna, Averrohe, Mesue, & reliquis Arabice doctrine scriptoribus desumpta, in Latinum sermoneem conuerti. Multa superflua resecuti, omissa non pauca repusui. Saniores alicubi expositiones, reieci que absurdiores videbatur substitui, reliqua que ab Arnaldo ipso rudiis tradita fuerant, ne delicato lectori nauseam concitarent, paulò tensius ac nitidus reddere contendi. Quin ipsos quoque versiculos numeris suis, quoad fieri potuit, restitui: plurimum interim in id Studij impendens, ne rhythmus, quo maiores nostri in pensis delictati sunt, penitus deperiret. Sciebam equidem hoc laboris genus mihi molestia, tædi, atque calunnia plurimum glorie vero quam minimum pariturum (presertim cum pauci hodie reputent, quantum sudoris exhaustiatur in restituendo, dum collatione veterum codicum emendantur depravata: quotq; autores necessariò excutiantur ei, qui scriptores, bonus quidem illos, sed verborum spurcitie horridos, & non uno modo depravatos, ita emendare refingereq; iustituit, ut tutins. studiosorum manibus teri deinceps queant).

icit

## N V N C V P A T O R I A.

vicit tamen impulq; ardens cùmpromis iuanda iuuentutis amor quem auteponendum rebus omnibus arbitror: vicerunt deinde & præstantissimorum virorum, vt hanc sarcinam in humeros attollerent, q; sive frequentes adhortationes. Siquidem anno ab hinc, n; fallor, quinto, Theodoricus Loher à Stratis, vir pietate & eruditione admirandus, Carthusianorumq; per inferioris Germanie prouinciam Visitator facilius primus ad hoc laboris suscipiendum haud segniter adhortans est. In cuius iam subito ceu flosculi parcarum pollice succisi locum, multò acrior succedit investigator Reverendus & eruditus bénarum artium magister Simeon Crusius, olim Canonicus Magdeburgensis, nunc Moderator ac Prior Carthusianorum domus Salvatoris prope Erfordiam, incredibilis eruditorum piorumq; omnium adiutor ac cultor. Quintam Valentinus Craticula, Serenissimus atque invictissimus Roman. Regie Maestatis beneficentia ac liberalitate celeberrima iam Reipu. Budewicensis in Bohemia Ecclesiastes & Pastor Verè, et teatricis, ac Decanus Bachiuensis, vir optimè cùmpromis de me meritus, è me vñv. oratione ual duxitq; ὁ τρούγ;. Sed his omnibus vellemen- tius haec tenus extimulauit vir humanitate iuxta ac pietate insignis ac Reverendus M. Henningus Hopffe, edis Deiparae virginis in clarissimo hoc oppido Canonicus &

## E P I S T O L A

**P**repositus longè dignissimus, nostræq; Scho  
 La Rector magnificus, compater ac fautor  
 meus verè candidus, & ob id vniue milii  
 semper colendus, qui nonnunquam Aristar-  
 chi quoque vices subire in hoc opere grau-  
 tus non est. De te vero quid dicam, eximie  
 ac clarissime I. V. Doctor Georgi Iuda, fra-  
 terna mihi necessitudine tantum non con-  
 iunctior? qui doctissimus certè ac candidissi-  
 mus optime quidem iure nunc apud doct. si  
 mum, maximeq; pius, ac Reverendissimum  
 Dn. Iulium dignissimum Ecclesiæ Numbur-  
 gensis Episcopum, doctorumq; omnium in-  
 comparabilem fautorem ac patronum Can-  
 cellariatu fungeris? Te profecta autore at-  
 que impulsore, ut verè & ingenuè fatear,  
 hoc quicquid fuit molestia ardacter aggres-  
 sis ad finem perduxi, vitam agè feliciter.  
 Strenuè quoque incitauit I. V. designatus  
 Doctor Valentinus Seydlius, vir humanita-  
 te ac motum integritate nemini secundus,  
 qui iudicem hic agit, & in profanis ac secul-  
 laribus negotijs vices implet Reverendissi-  
 mi in Christo Latris, ac principis illustrissi-  
 mi Dn. Danielis S. ucta Moguntinensis Ec-  
 clesia Archiepiscopi, Sacri Romani imperij  
 principis Electorij &c & summi & singula-  
 ris studiorum literarumq; omnium Mecae-  
 natis. Nihil etiam intentatum reliquit, nul-  
 lum non mosit lapidem, felicis memorie  
 vir Christianus Egenolphus typographus  
 Francofurtensis, propter distracta iam om-

## N V N C V P A T O R I A.

nia proximè editionis exemplaria. Ad hoc  
 Stimulatores hanc quamquam segnes acceſſit.  
 tandem & doctissimus excellentissimus  
 medicinae Doctor Dn. Adamus Lonicerus.  
 Physicus Francofordiensis, sedulus Studio-  
 rum meorum adiutor ac fautor. Idem &  
 alij ex amicis non pauci instanter à me pu-  
 gnaciterq; contendenterunt. Quum itaque nul-  
 lum undiqueque urgentium curerem mo-  
 dum, q; potissimum incitarem, quibus de-  
 negare quicquam turpe videretur, passus  
 sum equidem imponi mibi clitellas: & hoc  
 quicquid est opusculi, pro virili mea portio-  
 ne reformare, ac veluti recoquere capi, id  
 solum circa arrogantiam querens, ut opti-  
 ma hac medicinae præcepta, quoad possem dà  
 lucidiora auctoratib; efficerem. In quo qui-  
 dem, dum plusculum tribuentibus mihi ami-  
 cis operari dedi, si affsecutus sum, quod des-  
 derarunt, gapaleo; si cupiam pulcherrime  
 materia parum decoris à me additum, & dà  
 cendi series totaq; interpretatio deformior  
 adhuc, inutilisq; plerisq; in locis ridebitur,  
 illud mihi consiguum, patrociniumq; conce-  
 dat, quid non sponte sed importunit amico-  
 rum efflagitationibus, ac quotidianis ferre cō-  
 uitrys al hanc provinciam capessendam inci-  
 tatus sim. Haec autem meas qualescunq; ine-  
 ptias, Reverende Pater, tui amplissimi no-  
 minis austriq; suoq; favore commendatas,  
 in manus hominum redire volui, ac princi-  
 piò quidem, ut pro eo, quid in R. G. tue be-

## EPISTOLA

pignitate hactenus ac fide studia mea omnia, velut in tutissimo finu conquieuerint; mei vicissim amoris erga R.G. tuam eximiū aliquod extaret per myōtuvoy gratiā; animis erga promptissimam R.G.tua in me volusatatem darem aliquam significacionem. Deinde vero re hac etiam qualicunque mea nuncupatione posteritate testatum foret, quanto in hunc usque diem amore R.G.tua Academiam hanc nostram proficuta sit, re in qua, hanc secus atque Louani quondam Hieronymus ille Bustidius, non adficijs scilicet reparandis instaurandisq; verum multo magis etiam augendis professorum salarys, ingentem pecuniarum summaria transfiguris; sed hoc quoq; laudabilior, quod is moriens, cum utri amplius non concederetur, in publicam Studiorum utilitatem sua transfiguris; tu vero firmo adhuc & vegeto corporis labore idem quotidie prefles. Quod ad me quidem attinet, quandiu quicquam spiritus in hoc corpusculo calebit, non desuam pro reribus seruire R.G.tua, & sancto fratribus zuorum collegio, idq; certè magna cum animi sinceritate. Nec ingratis R.G.tua experietur declinos simul & humanis finis Academie nostre proceres quot sunt, quoq; post alijs errunt in annis: immo vero non alios solum sine matriculis, ut vocant, sed paritibus etiam atque publicis Academia monimentis inscribent, quo vel omnium seculorum p. literitas intelligit. se R.G.tua quam plurimum

## NUNCUPATORIA.

plurimum debere. Deinde precibus quoque suis Deum optimum maximum suppliciter protusa, iorūq; omnium incolumentate & salute nunquam desinat interpellare. Optime in Domini valeat R.G.tua, & non minusculum hoc, quod vile admodum, minimis precijs offero, sed animum offerentis expendat, ac me, meaq; studia in clientela sua conservare dignetur. Erphordia IIII.

Calend. Octob. Anno 1556.

A 5 M. Mar.

M. M A R C V S  
F R Y T S C H I V S L A V -  
banus, Candido Le-  
ctori. S.

**Q**uisquis es, & medicam non plane re-  
pnis artem,  
Hunc studiōse librum (sic quia dignus)  
ama,  
Qui nouis egrediēs, ritio purgatus ab om-  
liberis Clarias gestit adire demos,  
Curio fatidici decus insuperabile Phœbi  
Edidit hoc plenum frugis & artis opus.  
Vlnis ipsum igitur comple clere virisque  
Inuentus,  
Ac bene de merito dic bona vota viro.  
Nam quibus instructus, sine morbis mem-  
bra tueri  
Posit homo, liber hic dogmata certa te-  
net.  
Magnanimo Anglorum regi que dedita  
quondam,  
Iam renouata tibi Tentonis ora vides.  
Tuq; cohors iuvenum, teneris que protinus  
annis:  
Sedula das operam verba  
Incolumem, moneo si gest  
Membrorumq; cuti;

**Q**uae disces, magnae commoditatis erunt.  
Nā docet, affectus qua sint ratione regēdi,  
Omnis ab excessu semina morbus habet.  
Vini epuliq; modum prescribit, Cypridis v-  
sum  
Temperat, & que sint sana lauaca mo-  
net.  
Cū corpus nimio repletum sanguine turget,  
Incisi venis evacuare iubet.  
Vesperi ait somnum capiendum, namq; diu-  
na  
Tempore qui dormit, multa pericula cie-  
Inscius in febrim dilabitur, atq; catarrhus  
Colligit, & toto corpore languet in ivers.  
Hic quoque certa leges anni discrimina,  
namq;  
Diversos radios ardor, & algor habent.  
Nō eadē veri, Mēsi, Autumniq; Hyemniq;  
Cīveniunt, tribui vult sibi quodq; suum.  
Quid sibi quodq; velit, quid qualibet exigat  
etias,  
Curio monstrabit, si tibi lectus erit (tus  
Si sapis ergo, moras tollens studiosa iuuen-  
Hunc til i emes (paru orenditur are) librū.  
Insuper Autori grato pro pignore fata  
Optabis Pylio non citiora sene.  
Sic tibi non deerunt, qui scripta salubria  
condant,  
Materia ingenij conueniente suis,  
Hijsce valeat atq; bono feliciter vivere seculo,  
Castalium ad fontem iam via trita patet.  
Tempora q; forsan subito ventura sequentur

Non ita secundae conditionis erunt.

*S*i sapis ergo, tibi hac quos porrigit arripere  
crines,

An bona vel mala sit, secula futura latet.

E I D E M M. H E N R I  
cūs Spinæus Berkenfis.

**Q**uod male curarent homines languen-  
tia membra,

Viderat ex alto pulcher Apollo loco.

Tertius exclamat: que morbis queritis aegri?

Pharmaca mortales? que medicina da-  
tur?

Tenditis in mortem tali ratione medendi:

Corrunt & labens non reparatur opus.

Restitui in melius si vultis corpora laesa,

Vivendiq; sive commodiore via:

Huic operi vigilis oculos imponite claro,

Voluite tam doctum tempus in omne li-  
brum.

Discitib; hinc certas medicandi saucia leges

Integra quone modo sit retinenda fa-  
luis,

Prestit; hoc artis medice tibi Curio Do-  
ctor,

Curio Apollinei gloria magna choi.

Extendi uitam qui longum vultis in eum,

Curio Tithoni, dicite, uiae dies.

O D E M. L V D O V I C I

Helmboldi Mulhusini.

**N**illa vis, virtusq; manet perennis

Rebus his, que viribus extrahuntur

Corporis, que mens operatur, omni-

Tem-

Tempore durant.

Nunc ager, vel sylva, vel est rubetum,

Quod fuit quondam Phrygij aula Regis,

Arx sit econtra modò Carolea,

Quod seges olim,

Firma sunt, fidumq; sibi tuentur

Nomen, & famam, documenta, quorum

autor est Phœbus, sine honore nunquam

Commemorandus.

Vtilis res est medicina, totum

Sustinet mundum, nisi salua nanque

Membra sint, preceps donui ministrat

Turbo minatur.

Claret idcirco podalyriana,

Fama, nec laus Hippocratis remittit,

Aenulus fortius volucrum per alta

Astra Calenus.

Hos duces, hos signiferos secutus,

Curio, excellit simul, & referri

Inter heroas medicos profunda

Mente meretur.

Meptis hic index liber est, amomum

Plantat, extirpat tribulos, venena

Enecat, morbos fugat, atque sanos.

Protegit artus,

Sanitas cura sua sit cuius,

Huic viam monstrans igitur tuenda,

Gratys omnem comitatus ibit

. Curid in orbem.

IN.

INDEX SVMMA  
RIVS EORVM QVAE  
hoc libello tractantur.

¶ A.

Aceti proprietates	153
Aceris electio	83
Aestatis cibus	94
Albica pisces marinus	123
Allium contra venena	75
Amarellus auis aquatica	120
Anguilla esus calculosis noxious	129
Anguillarum, lampretarum coctio	128
Animalium viscera	156
Anisi utilitates	159
Animus hilaris	5
Anni tempora quatuor	212
Aqua crapulæ confert	111
Aqua intercus	22
Aquæ potus noxious	109
Athanasia	182
Auditus grauitas	200
Aues esui aptæ	112
Aurium tinnitus causæ	201

¶ B.

Brasifica temulentiam curat	175
Bromium pisorum	132
Butyri proprietates	136
Butyrum ad quid conducat	136

¶ C.

Cæparum affectus	184
Cæpæ contra venena	77

Cal.

INDEX

Caluitiem emendare	186
Calx	211
Cancrum durat chærefolium	190
Capitis dolor	212
Capo, siue gallus castratus	113
Caput purgare	186
Capitis dolorem viola pellit	187
Caro	
Arietina	46
bouina	44
caprina	46
certina	43
leporina	44
porcina	64, 106
vitulina	112
falsa	43
Carpio pisces squamolus	113
Casei esus	42
Casei facultates	138
Cæsus recens	63
Catarthus	17
Castorium	181
Caulum effectus	174
Cerebra stomacho inimica	64
Cerebri confortatio	7
Cerasorum esus commoda	145, 157
Ceruifæ confectio	153
Ceruifæ potus	92, 93, 151
Chærefolij herbæ effectus	191
Chelidonia	194
Cholerica complexio	232, 240
Cibi bene nutrientes	52, 60
Cibi & potus alternatio	130

## INDEX.

Cibi uarii temperaturæ officiunt	36
Ciborum ratio	35
Cibi melancholici vitandi	38
Cibus incundus	64
Coena parca	24
Colorum hominis indicia	238
Columba cibus cholericus	115
Colica passio	23.188
Conchulae marinæ	175
Condimenta generalia	100
Conspicilia vitrea	13
Consuetudo altera natura	168
Consuetudo varianda	170
Coturnix siue Quiscula	116
Croci proprietates	196
Crusta panis	105

## D.

Dentes à putredine, &c. conseruandi modus	9
Dentes molares	218
Dentes quot	218
Dentium dolori conducentia	207
Dentium immundities	9
Diæta administratio	172
Diæta habenda ratio	168
Diæta moderata	7
Dispositio cibi, edendi item ac ciborum ratio	31
Dolor capitis	16
Dormiendi ratio	21

## E.

Ebrietatis inconmoda	8
Ebris	

## INDEX.

Ebrietatem viola pellit	187
Edendi & bibendi modus	141
Faula campana	191
Epilepsia mederi	187
Excrementorum retentio	24
F.	
Fames duplex	33
Febris causa	15
Ficuum proprietates. 66. & facultates	149
Fistulae curatio	210.211
Flatuū in alio retentorum nocumenta	21
Fœniculi semen	158
Fons oculos recreat	12
Frigellus avis cibo accommoda	118

## G.

Galbio pisces marinus	123
Gallinae commendatio in cibo	112
Gaudii repentini incommoda	5
Gornus pisces marinus albus	128
Gulosi valentes	36

## H.

Humores quatuor in homine	219
Hydrops	22
Hyemis cibi parci	97
Hyslopi virtutes	189

## I.

Ira	3
Irasci utile quibus	3
Iura è Carnibus	60

## L.

Lac

## INDEX.

Lac	62
Lactis electio	134
Lactis esus	40
Lac muliebre	135
Lætitia valetudini confert	5
Lampretæ piscis	128
Lingua boni alimenti esus	157
Lotii retentio	4
Lucius piscium tyrannus	121
<b>¶M.</b>	
Macrellus piscis	126
Maluæ facultates	176
Manuum lotio	8
Manuum lotionis vtilitas	102
Manuum tremor	179
Medulla ossium	65
Malancholica complexio	227.236
Mentha	177
Mens hilaris	5
Merlengus piscis	126
Merula avis	117
Mespilorum vtilitates	150
Mictio nocturna	150
Morhua piscis	126
Multi potionis monumenta	107.151
Mutatio subita nociva	169
<b>¶N.</b>	
Nasturtium herba	181.193
Nauseam marinam que prohibeât	98
Nocturna repletio noxia	4
Nuces contra venena	82
Nuces post pisces	142
<b>¶O.</b>	

## INDEX.

¶O.

Ortygometra avis optimi succi	117
Ossa,nerui & dentes homini quot	217
Ostræ marinae	175
Otis gallina sylvestris	119
Oua lorbilia.	66
Quorum differentiae.	25
<b>¶P.</b>	
Pandiculari membra	8
Panis calidus nocivus	103
Panis crusta	105
Paois electio & ratio	104
Pectere crines	8
Panis triticetus	61
Panis odor	103
Perca piscis squamosus	122
Perdix, in cibo vñus	118
Persica, passulæ, racemi	148
Persica prima mensa edenda	38
Petrofelinum	100
Phasianus gallus sylvestris	117
Phlebotomia & venæ sectio	241
Phleboto. quibus mēsibus cōueniat	244
Pglebotomia quibus morbis & exati-	
bus cōueniat, & quantum sanguinis	
quoque tempore detrahendum	258
Phlebotomia effectus	252
Phlebotomiae impedimenta	245
post Phlebotomiā cōsiderāda que	257
circa Phlebotomiā que obseruāda	258
Plegmatica complexio	220.222.234
Pigrities 16. Piper	100
Piper	

## INDEX.

## INDEX.

Piper nigrum	198
Pifa	131
Pisorum coctio	133
Pisces qui, & quibus conducant	121
Piscium electio	124
Piscium salsa calida	102
Plagitia pisces	123
Pomorum efus	39
Porri effectus	198
Potus mali correctio	98
Potus triplex	130
Primula veris	181
Prunorum facultates	147
Pulgii effectus	192
Pulices fugare	183
Pulmonis efus	157
Pyra sylvestria cōtra venena valēt.	79
Pyrorum nutrimentum	39. 144
R.	
Raporum cōmoda & incōmoda	154
Raphanus sativus viperarum iictus dif-	
scutit	80
Rheumaticis remedia	209
Ruta contra venena valet	78. 98
Ruta cruda, saleque condita, visus a-	
ciem excavit	78
Rutæ duo genera	78
Rutæ facillitates	182
S.	
Salis commoda	161
Sal cum vino	100
Salicis effectus	195

Sal-

Salsamenta varia	100
Salis commendatio in cibis	161
Salis & falforum nocumta	162
Saluatelle sectionis commoda	264
Salvia potus malitiā emendat	98
Saluea operationes & effectus	180
Sanguinea complexio	229
Sanguis	220
Sapo siue smigma	211
Sapores & eorum qualitates	163
Saxatilis pisces	122
Serpentes fugat sinapi suffitum	186
Serum lactis	137
Sinapis effectus	186
Sitis aqua extingucnda	110
Somni tempus conuenientissimū no-	
cturnum	19
Somnus meridianus	4. 15
Spasmus, siue conuulsio	21
Speculum oculorum aciem excitat	12
Spodium	160
Sterna avis magnitudine anseris	115
Stomachi efus	156
Sturnus cibo commendatur	114
Sulphur	211
T.	
Tenasmus	5
Tencha, veltinca, pisces glaber	128
Testiculi gallorum	63
Theriaca contra venena auxilio est	81
Timor nocet valetudini.	2
Torminum curatio	191
Tran-	

## INDEX.

Tranquillitas sanitati confert	6
Tremor manuum	179
Tremulus avi, vulgo Motacilla	119
Tristari vtile quibus	2
Tristitia nocet valetudini	1
Truta piscium generosissimus	124
Turtur boni alimenti	113
Tussis remedium	188
 ¶ V.	
Vapores stomachi prohibentia	99
Venæ scisura quanta	255
circu Venæ sectionem qua consideran da	251
Venenorum lethalium remedia	75
Vermes progenerantia	8
Vertigo	23
Vina theologica	56
Vini boni proprietates	89
Vini differentia	56
Vini nimia potatio	86
Vini nitor	71
Vini color	71
Vini sapor	70
Vini odor	70
Vino parce vtendum	4
Vinum dilutum	90
Vinum enulatum	192
Vinum forte	71
Vinum formosum	71
Vinum fragans	71
Vinum frigidum	71
Vinum friscuna	71

Vi-

## INDEX

Vinum candidum & dulce	72
Vinum est lac senum	92
Vinum melius	89
Vinum saluiatum	179
Vinum vetus	90
Vinum rubrum nocuum	74
Vinum Landonium	74
Violæ effectus	187
Vippa panis cum vino	167
Viridia oculis dant releuamen	13
Visum conseruantia	7.206
Visus nocumenta	203
Visus recreatio	12
Vocis raucedinis causæ	208
Vomitum fistentia	188.191
Vrticæ effectus	188
Vux recentes	67

## Indicis finis

An-

ANTONII MVSÆ  
BRASAVOLI DE  
hoc Libello iu-  
dicium.

Vulgatus Salernitarum de  
tuenda valetudine Libellus,  
his, qui legunt, non parum utili-  
tatis praefstat: illisque multo ma-  
iore, qui libelli præcepta ob-  
seruant.

Pone gula metas, ut sit tibi lon-  
gior etas.

Esse cupis sanus? sit tibi parca ma-  
nus.

DE CONSERVANDA  
bona valetudine, liber scholæ  
Salernitanæ.

¶ De animi Pathematis, & remedijs quæ  
busdam generalibus. Caput. I.

Anglorum Regi scribit schola  
tota Salerni:

Si vis incolumem, si vis te red-  
dere sanum.

Curas tolle graues, irasci crede  
profanum:

Parce mero, coenato parum,  
non sit tibi uanum

Surgere post epulas, somnum  
fuge meridianum,

Ne mictum retine nec compri-  
me fortiter anum.

Haec bene si serues, tu longo  
tempore viues.



Rxfens hic liber a  
Doctoribus Scholæ  
Salernitanæ in gratiâ  
regis Angliæ cō  
scriptus, multa & va  
ria conferuande bo  
ne valetudinis præ  
cepta comple&tetur.

B IN

## DE CONSERVANDA

IN hoc autem capite octo imprimis generatim referuntur, quae nos singulatim deinde, ac suo quodque ordine explicabimus. PRIMUM ergo est, ut tuendae sanitatis suae studiosus, anxiferas, graueis, & pertinaces curas relaxans, ex animo penitus exterminet. CVRAE enim corpus vehementer extenuat & exiecatur, somnum impediunt perpetuisque vigiliis conficiunt, vires destruunt, febres etiam accendent, ac grauiissimis valetudinibus initia prebeat; ipse quoque Melancholiam generant, pariterque calorem innatum resolunt, & extinguunt, & magis si diutius durarint. Autor Galenus, cum multis aliis locis, tum praecepit Aphor. libr. 2. comment. 28. & lib. 3. comment. 31. & de tuenda sanitate lib. 1. cap. 11.

SVB eodem precepto comprehendi debent & TRISTITIAE, quae & ipse corporis naturam frigiditate & siccitate corruptunt, id quod Salomon quoque cap. 17. Proverbiorum suo rum attestatur. Spiritus tristis, inquit, exiccat ossa. Sed cum omnis moestitia generandae melancholia vim habeat, quod tamen vehementior ac diurnior hinc affectio fuerit, sed plus adfert periculi. Nam extra hoc, quod corpus macte paulatim extabefacit, cor etiam ipsum immodicè constringit, spiritum obte-

## VALETUDINE.

obtenebrat, ingenium hebetat, rationem impedit, iudicium obscurat, & memoriam obtundit. In moeroribus item fortibus, vti à Nemefio capite vigefimo de natura hominis, ex tertio libr. Demonstrationum Galeni refertur, biliosa quedam superfluitas consuevit in ventriculum defluere, & multo magis quam ipse male affectus fuerit, quae fane molestiam exhibet, vt non prius à moestitia & cruciatu cefset, quam superfluitas illa vomitu effecta fuerit, id quod Galenus etiam Aphoris libro 6. comment. 50. attestatur.

IDEM de timore quoque intelligendum & ipse intro & ad principium, tum spiritum, tum sanguinem vnam cu refrigeratione eorum, quae in summo corpore sunt, abducit ac contrahit: itaque etiam pulsus tum arteriarum, tum cordis, iis qui timent, minimi ac maximè imbecilli sunt: partes in superficie posita algent, corpusque pallescit, tremor incidit vox interrupitur, & vires denique cœuelluntur omnes. Quod autem in tristitia paulatim patiuntur homines, id in timore consertim accedit, disfidetibus scilicet inter se passio nibus iis, non toto genere, sed magnitudine & vehementia. Itaque etiam ob timorem & immensum moerore nonnulli repentina morte interierunt,

Timor.

B 2 quod

## DE CONSERVANDA

quod scilicet imbecilla suaptè natura  
animula eorum sub valido affectu op-  
pressa, confertim extincta & suffocata  
fit, quemadmodum luculenter & per-  
spicuè docet Galenus libro 2. cap. 5. de  
causis sympt. Quippè extingui ea ac-  
cidit propter affectus ipsius naturam,  
vt cuius generatio infrigerando con-  
sistat: suffocari autem, eo quod totus  
sanguis vna committit, atq; ad princi-  
piū deferatur. Cuius sane rei insignia  
exempla extant apud Plinium libr. 7.  
cap. 36. naturalis historiæ. Quocirca  
eum, qui sanitatis sua tuendæ curam  
suscepit, cane peius & angue, omnia  
illa, quæ non aspectu & auditu modò  
verum & metis agitacione tristitia exi-  
stunt, fugere oportebit. Quod Aristote-  
les quoq; innuisse videatur, cum pro-  
blemat. 5. sest. 7. scribit *λεπτοδυμια* in  
cidiſſe quandoque, qui homines suffo-  
cari laqueo vidissent solum. Lege plu-  
ra apud Stephanum Athenensem in  
lib. 1 ad Glauconem comm. 12.

Tristitia  
veile.

HOC ramen ignorandum non est, q;  
obesis nonnullis, quibus corpus immo-  
dicè plenū est, ac iis etiam, qui spiritus  
admodum mobiles & calidos habent,  
interdum utile sit, si curis, timore, &  
tristitiis conficiantur, quod nimis  
spiritus calor hæbetetur, & nimis mo-  
les, quæ corpus onerat, extenuetur ali-  
qua

## VALETUDINE. 3

qua ex parte atque auferatur: id quod  
uno ore confirmant Paulus Aegineta  
libr. 1. cap. 57. Aëtius libr. 4. cap. 33. &  
Rhazes libr. 4. cap. 9. ad Almansorem:

SECUNDVM, vt ab ira téperet. *Ira.*  
Nam cùm ira sit feruor quidam, ac ve-  
hemens motus calor in ipso cordis  
corpo, qui in extimas tandem par-  
tes cum impetu diffundatur, ut eam  
planè dilucideque Galenus libr. 1. ca. 4.  
de different. feb. & in libro de causis  
morborum, cap. 2. dicit, necessario  
corpus ipsum iramodicè calefacit &  
exiccat, quo sit, vt febrem nonnunquam  
accendat, in iis præsertim corporibus  
quæ in se admissem caliditatem longo  
tempore retinere natura apta sunt. Etsi  
enim motus cordis fedetur, in hisce ta-  
men remanet calor præter naturam,  
atque inde hominem febricitare con-  
tingit. Quidam etiam ira commoti,  
quasi attoniti, ac extra se positi viden-  
tur. Sunt præterea qui impotenti ira  
impetuofius concitatos, *ἀποπληγματι*  
incidisi multos, répétéq; animam ex-  
pirasse, nonnullos vero furore, comi-  
tialis morbi accessione, *παραλυσι*, co-  
nuſſione, podagra, & articulorum ma-  
ximè ac totius corporis tremore com-  
prehensos, concidisi tradant. Obstet  
etiam animi iudicio, & rationis opera  
perturbat, & Cicero ait, ira præfen-

B 3 te

## DE CONSERVANDA

te nihil rectè fieri potest. Offenduntur autem ab ira potissimum, qui temperaturam corporis totius calidiorem, quam par sit, aut morbo, aut natura consecuti sunt, præcipue quando cor & caput naturali intemperie immode ratè feruent, aut aliquo aduentio calido affectu laborant. Animalibus tamen vitiis, morbis frigidis, & natura frigidiori cordi & capiti, Galeno libr. 6. Epidem. partic. 5. comment. 9. auctore, ira non leue præsidium adfert. Innum enim calorem in. ipsis iam torpefentem excitat adaugetq;. Quod Hippocrates etiam libro. 2. epidem. partic. 4. in eum scribens modum confirmat: Diligentia, inquit, adhibenda est, vt excandescencia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in vasa subter cuticulam colligendi gratia. Quocirca ipsa à perfrigeratis, pallido colore præditis, & *ναχεξία* laborantibus, ex quibusdam interuallis, & temporibus opportunis aslumenda est, non sanè ira cōtinenter, vt facultas offendatur, sed perinde vt exercitationes innatum calorem corroborantes, non immoderatas facere oportet, sed tum opportune tum moderatè aslumere, ita & excandescenciam, si clarissimis Medicinæ scriptoribus, Galeno libr. 3. cap. 10. de difficul. respirat. Paulo lib. 1. cap. 8. &

Aëtio

*Ira fasci  
vitile.*

## VALETUDINE.<sup>4</sup>

Aëtio lib. 4. cap. 34. credendum est. TERTIVM vt moderatè vino *Vinum* vtatur. *Vinū* enim modicē haustum natuum calorem adaugeret, teste Galeno capite 4. de causis morborum. Vbi uero immoderatus bibitur, quam ut vinci posit, tantum abest, vt animal calfaciatur, vt etiam frigidiora vitia gnat, quemadmodū copiosè Galenus lib. 3. ca. 5. de temperamentis ostendit: quippe apoplexia, paraplegia, & quæ Græcè caros, & comata vocamus, nervorum resolutio, comitiales morbi, conuulsiones, tetani, & debilitas ventriculi, ac reliquorum morborum omnium, immodicum vini potum comitantur, quorum vnumquodq; frigidū est vitium. Sed de his plura infrā capite decimoquinto.

QVARTVM, vt in coena modo cibo vtratur: exiguis nāq; cibus à facultate vinci perfectè & facile potest. Qui verò noctu multum ingerunt, ventriculumq; nimio cibo onerant, dolorem primum & angustiam perpetiuntur, deinde nec probè dormire, nec repte cōcoquere posunt, quod nimia copia facultas aggrauetur, ceu nimio pōdere presla, subindeq; superare ingestū cibum nequeat, id quod & infra cap. 5. vberius ac fusiū declarabimus.

QVIN TVM, vt statim à sūpto ci-

B 4 bo

## DE CONSERVANDA

bo surgat: hoc enim ad concoctionem facit; quia cibus sumptus ita facilis descendit in unum ventriculi, in quo, Galeno libr.5.cap.5.de locis affect. teste, coctionis opus perficitur. Infra ca. 2.&c.76.

Somnus  
meridia-  
nus.

Lotus re-  
tentio.

Exremē  
torum re-  
tentio.

SEXTVM, ne à prædio somno in dulgeat. Is nanque somnus, qui cibum statim excipit, fumosis exhalationibus caput replet, destillationesq; parit. Sed de hoc uberioris infra.cap.3.

SEPTIMVM, ne lotium diutius, quā natura fert, remoretur: hinc enim interdū orionē δυσερπία καὶ λοχηρία, hoc est, virtus, in quibus vrina aut ægrè & difficulter excurrent, aut in totum suppressimur ac cohibetur. Eodem modo calculus aliquando & aqua intercus gigni perhibentur, neque aliud quidquam æquè vesicam ludit, atque longior, ultra mingendi voluntatem, lotii retentio, id quod testantur, cum primis Galenus lib.6.cap.4.de hoc affect. Rhazes libr.4.cap.6.ad Alman. & Auicen. Fen.19.3.trad.2.cap.6.

Octavum, ne compressis natibus vētris. onus suppressimere & retinere tēter, ita namq; indurantur feces in intestinis, ob continuam suctionem venatur miseraicarum, quæ cum intestinis continuatæ, omnem humiditatem è fæcibus exugunt, quo fit, vt illæ exic-

## VALETUDINE. 5.

exiccatæ, difficilioris exitus intestina obstruant. oppilentque: opillationem verò, ob flatum educationis preclusionem, & aliarum consequentium factum coaceruationem, documenta sc̄rantur, cùm illa, quæ cap.4.enumereantur, tum etiam quæ referuntur à Cornelio Celsō lib.1.cap.3. Ex ventre inquit, suppresso, inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaq; superioris partis mala increscunt. Quibus accedunt etiam, vt Rhazes testatur, τεινετμός, & cibi fastidium, quod malum Græci ἀποτελεῖται, Latini verò appetititia amisionem vocant.

SVMMOPERE præterea caueniū, ne in exoneranda aliuo nimio conatu vtatur, nam & hinc non raro sequi solet τεινετμός, siue exitus intestini, qđ ob osse sacro ad anum usque pertinet, Græcis απενθυσμένος καὶ απχόν dicitur, Latinis Longa non, rectum & prineps, Andrea Væsalio lib.5.ca.5. fabricæ humani corporis.

VLTIMO tandem loco subiungitur, longissimo tempore victurum, quicunque hæc præcepta studiosè & diligenter obseruauerit.

Si tibi deficiant Medici, medi-  
ci tibi fiant.

B. 5. Hæc:

DE CONSERVANDA  
Haec tria: mens hilaris, requies,  
moderata diaeta.

HOC loco fit mentio trium reme-  
diorum, quæ in defectu Medici, vicem  
eius cū apud alios, tū nobiles maximè  
& excellentes viros supplere possint.

Mens hi PRIMVM, animus hilaris ac læ-  
tarius. tutus: lætitia enim calorem excitat natu-  
ralem, spiritus temperat, & puriores  
redit, virtutem corroborat, ætatem flo-  
ridam facit, iuuenile corporis diu cōser-  
uat, vitæ prorogat, ingeniū acuit, & ho-  
minē negotiis quibuslibet obesidis ap-  
tiorē reddit. Conuenit vt hæc ipsa læ-  
titia sive gaudiū, bona & valetudini cō-  
modū, sit temperatū, nō excedens mo-  
dū, neq; repentinū. Nimio enim & re-  
pétino gaudio, quēadmo dū Gale.li.2.  
cap.5. de Symptomatō caufis, & Ale-  
xander Aphroditeus problemate. 21.  
memoria prodiderunt, tanta fit cor-  
dis relaxatio, vt virtus vitalis, vna cū  
annato calore tota egeratur, ac dissi-  
petur, adeoq; syncope nonnunquam  
& repentina mors consequatur. Atque  
huius quidem rei extant horribilia ac  
pertimescenda exempla apud T.Liuū  
Deca.3.lib.2.Val. Maximum lib.9.ca.  
2.Plinium lib.7.ca.32.& 53.& A.Gel-  
lium lib.3.cap.15. At enim cūm, iuxta  
tritisimum scholis medicorum dictū  
cor-

VALETUDINE. 6  
contraria contrariis curentur ac depel-  
lantur, illis potissimum gaudiū adsci-  
scendum est, qui tristioribus animi pa-  
thematis immodecē cōficiuntur. Quod  
sanè per illa cumprimis cōsequentur,  
quæ principes facultū partes corro-  
borant, sanguinem bonū generant, &  
spiritus instaurant: eadē quippe & mē-  
ti, Avicenna.4.1.cap.1.&.1.3.trac.2.c.  
10. teste gaudiū & lætitiam conciliant  
adiunguntq; Huiusmodi porrò sunt  
cibi suaves & boni succi, vinum subtilē  
ac delectabile, boni & fragrantes o-  
dores, delectabilium rerum commemo-  
ratio, & cum amicis & familiaribus  
frequentior & iucunda conuersatio.  
Quare, vt Eobanus noster disertè ca-  
nens, admonet:

Vtere conuiuis non tristibus, ntere amicis  
Quos nugae, & risus, & ioca falsa iuñat.  
Quem non blanda iuuent varij modulam̄-  
na cantus?

Hinc iecur & renes, agraq; corda stu-  
pent.  
Nam nihil humanas tāta dulcedine mentes  
Afficit, ac melice nobile vocis opus.  
Tāge lyram digitis, animi dolor oīs abibit.

Dulcisonum reficit tristia corda melos.  
Atque hinc adeo est, quod grauisfi-  
mus autor Plutarchus in libro de vir-  
tute morum tradit, Pythagoramani-  
mo pacando sedandoq; ab affectibus

## DE CONSERVANDA

& perturbationibus vehementioribus  
Musicam adhibere solitum . Sic Saul  
quoque per David psallentem à spiri-  
tu maligno liberatum legimus. His si-  
milia & scitu non indigna, lib. i. & 14.  
Dipnosophiston Athenaeus refert . At  
qui haec tenus quidem dicta magna ex  
parte hisce etiam versibus ex Hierony-  
mo Fracastorio complexi sumus:

*Tu tamen interea effugito, que trista men-  
tem.*

*Sollicitat, procul esse iube curasq; metumq;*  
*Pallentem, vitrices nras sint omnia leta.*

*Alma Cereste in hoc, Bacchi quoque lata  
iunabunt,*

*Munera, sic dulces epule, sic copia rerum,*  
*Sic verbis, sic ruris opes, & summa voluptas.*

*Visere sapè amnes nitidos, succundaq; Tempe,  
Et p' acidas summis seclari in montibus au-  
res.*

*Accedant inuenumq; chori, miseriq; puelle.*

*Trāquil litas, ani-  
tas: nobiles enim & excellētes viri, ob-  
ni. maximas & diuersas curas, quas susti-  
nēt (si ipsi cetera oīa antē pariter ad-  
fuerint) mentis inquietudine magis, q.  
mediocris cōditionis homines lādun-  
tur. Nā si quid alind, hęc maximē som-  
num impedit, qui nobilibū cū bilioz  
ferē & siccioris natura sīnt, imprimis  
conueniebat. Vigilie vero, vt Galenus  
lib. 7. cap. 6. Terapeu. metho. autor est,*

112-

## VALETUDINE.

7

magis adhuc totū corporis habitū sic-  
cant, adeoq; iis, qui alioquin ex siccita-  
te laborat, infestissimæ sunt, Vel R E-  
Q V I E S hic ad corporis quietē, quę  
motui opponitur, referenda cōst . Nam  
& hęc quoque ad valetudinē necessā-  
riō adhibetur. Calorem enim naturalē  
asfidius laboribus fractū ac dissipatum  
reuoat, vires exhaustas ac penē perdi-  
tas recuperat, adeoq; præstet, vt ani-  
mal se colligat, ac durare posit, Quod  
disertē admodum apud Ouidium libr.  
1. epist. 4. Phædra Hyppolyto iis verfi-  
bus significavit:

*Quod caret alterna requie, durable non est*

*Hac renouat vires, fessaq; membra leuat.*

Elegantor autem alternam requiem  
vocat, siue enim non semper labora-  
re, ita nec semper quiescere expedit.

T E R T I U M, Moderata diēta, id Diēta  
derata  
est, modus seu ratio viuēdi, Græcis cō-  
muniter dīa: tā dicitur, Latini viētus  
rationem reddunt. Quidam Græcam  
dictionem retinēt, ac Latinis chara-  
cteribus, dictam scribere maluerunt,  
vulgus Regimen sanitatis, siue regu-  
lam viētus appellat. Complectūtur au-  
tem in se, non modō, quę ad cibi & po-  
tus rationem attinent, sed reliquas cē-  
tiam res omnes, quas non naturales  
medici vno ore vocare solent. Harum  
enim commodus & moderatus usus

B 7 salu-

## DE CONSERVANDA

saluberrimus est, & corporis constitutio  
nem conseruat: Intempestiuus vero  
& inniodicus sanitatem, adeoq; natu  
ram hominis corruptit. Ut igitur vi  
ta morbis omnium minime obnoxia  
sit, harū legitimus visus folicite ac dili  
genter seruādus est. Plura infrā ca. 55.

¶ De confortatione cerebri. Cap. II.

L Vmina mane, manus surgens  
gelida lauet vnda,  
Hac illac modicum perget,  
modicum sua membra  
Extendat, crines pectat, dentes  
fricet, ita  
Confortant cerebrum, confor  
tant caetera membra.

Lote cale, sta pranse, vel i, frige  
fce minute.

Hic traduntur iex præcepta de con  
fortatione tum cerebri, tum reliquo  
rum membrorum omnium.

Visum cō  
servātia. PRIMVM, vt singulo quoq; die  
mane oculi ieiuno lauentur: à fordibus.  
n. & Iemis, quæ in ipsis noctu coacer  
uantur, & palpebris adhærescunt, ne  
inde læsionēm percipient, aut corro  
dantur, diligenter repurgari debent,  
idque aqua clara, viridi, & frigida, in  
sperfa potius quam per manus admo  
ta

## VALETVDINE. §

ra faciendum est, vel certè in eadem a  
peri ambo, quoad poterunt, immer  
gendi, ac longiori, deinde temporis spa  
cio supprimendi sunt. Hoc enim non  
abstergit modò, ac claros nitidosque  
reddit, sed sanos etiam conseruat, vi  
sum acuit & confortat, & maximè  
in iuuentute, quemadmodum Paulus.  
Aeg.lib.1.cap.31.Rhazes libr.4.ca.22.  
ad Alman. & Aucenna. 33. Trac. 1.ca.  
5. & 33. Trac. 4.cap. 3.fidelissimè tra  
dunt. Cur autem frigida magis quam  
calida, lauari debeant, ratio haec est,  
quod, vt Galenus cùm alibi sàpè, tum  
maximè aph.lib.1.commen.16.& lib.3.  
cap.4.i.de alimen. facil. & cap.86.artis  
medicinalis testatur, cōseruatio in  
temperatis semper per similia fiat. Ocu  
li vero, vt li.5.ca.1.de generat.animal.  
& lib.2.cap.10.de partibus eorundem,  
& in li.de sensu & sensibili ca.2.Aristo  
teles scribit, sunt de natura aquæ, hoc  
est, frigidæ, quare etiam frigida potius,  
quam calida lauari debent. De recreatio  
ne & confortatione visus paulò post,  
& infrā cap.79.

SECUNDVM, vt manus quoq;  
lauentur: cùm enim instrumenta sint, *Manu*  
quibus emundantur organa superflui-  
tatum cerebri, aures nimirum, oculi,  
nares, & os, conueniet sane & ipsas cū  
primus esse mundas. Lauandæ igitur  
sunt,

## DE CONSERVANDA

funt, sed frigida magis, quam calidâ : & hoc quidem cum alias ob causas, tū maximè, quod lotio manuum in aqua calida, & præcipue post cibi sumptu-  
nem, Auicenna. 16.3. Trac. 5.ca. 1. teste  
vermes in ventre generet. Quia innatus calor, qui in ventriculo ac reliquis  
nutritionis membris concoctionem  
operatur, per eiusmodi lotionē ad ex-  
teriora retrahitur, itaque imperfecta  
sit cōcoctio, quæ potissima generatio-  
nis vermium causâ existit. Plura de lo-  
tione manuum infra capite 23.

TERTIVM, vt postquā ē somno  
experrectus surrexit, paulatim in-  
ambulando sē moueat : vt primæ &  
secundæ concoctionis excremento-  
rum redundantia, quæ sunt fæces &  
vrina, descendant, & ad faciliorem ex-  
cretionem præparentur adiuuentur-  
que.

Pandicus  
lati. QVARTVM, vt sub idem tēpus  
pandiculetur, hōc est, manus, pedes, &  
simil totum corpus extēdat : quo vide  
licet spiritus vitales vnā cùm sanguine,  
qui per somnum intro magis fugi-  
unt, vt libr:6.part.5.Ep.apho. 26. do-  
ctissimē & breuiissimē Hippocrates di-  
xit, ad exteriora membra reuocentur;  
eoq; modo spiritus cerebri priores ac  
temperatores reddantur.

Potiore. QVINTVM, vt crines pestat &  
ornet.

## VALETUDINE. 9

ornet. Per hoc enim pori capitis aperiū-  
tur, cerebri vapores in somno collecti  
ab oculis ad superiora alliciuntur ac  
disipantur, & spiritus temperantur,  
subtilioresq; sunt. Peccatis igitur su-  
pra caput administratio sensu instru-  
menta, & corporis reliquum corrobor-  
at, visionem acuit, & cogitationem  
reddit meliorem, adeoq; ob id ipsum  
interdiu lepius reuocanda est, veluti  
Auicenna. 3.3. trac.4. capire. 3. copiosè  
scribit. Atq; huic sanè instituto peccate  
eburneus probè politus & laevigatus  
utissimum præstabat vsum, moderá-  
tè a frōte ceruicem versus quadragies  
ductus. Marsilio Ficino lib. 1. de vita,  
cap.8. teste.

SEXTVM, vt détes fricet ac mon-  
det: immunitates enim dentium præ-  
terquam quod oris graueolentiam pa-  
rit, spiritus etiam fortidos, impuros, &  
turbulentos exhalat, qui ad cerebrum  
eleuati, ipsi non paruam noxam infe-  
runt, Sordes item dentium cum cibo  
permista & in ventriculum delatæ, ci-  
bum ipsum sèpè corruptunt. Idem  
de lingua iudicium est, nam & huius ad  
harentes fordes, ne in ventriculum  
deferantur, diligenter abstergendæ  
sunt. Quare os mane experrecto gar-  
garizandum, & (nisi hyems fit) multa  
aqua frigida, cui acetū nounihil admī-  
stum

## DE CONSERVANDA

Si um sit, fouendum est, vt eleganter admodum lib. 1. cap. 2. Cornelius Cel-sus præcipit. Nihil autem dentibus æ-quæ nocet, ac frequentior lactis esus, veluti Galenus lib. 3. cap. 14. de alim. facul. disserè & copiose scribens admo-net. Nocet, inquit, lactis esus assiduus dëtibus, & circundatis carnibus, quas gingiuas nominant. Has enim humi-das, dentes vero putrefactioni & ero-fioni admodum obnoxios reddit. Sum pro igitur lacte, os vino diluto collue-re conueniet. Satus auté fuerit, si mel-lis etiam quidpiam ipsi inieceris. Ita namque omne caseofum, quod ex la-te dentibus ac gingiuis circumfixum fuerit, abstergetur. Quod si etiam cui-piam tam robustum sit caput, vt vini meri collutione non offendatur, me-lius is dentibus & gingiuis consilue-rit, veruntamen & mel vino permisum, mixturam ex vitroque reddit meliore. Illud verò dentium incolumitati tu-tissimum aduersus lactis iniurias fue-rit præsidium, si quis post sumptum ipsum primò melicrato, deinde vino adstringente os colluat. Hæc ille. Por-ro modus, quo dentes à putredine ero-sione, dolore & graueolentia vindica-ri possint, optimus nobis à Dioscori-de lib. 4. cap. 146. Plinio libr. 26. cap. 8. Galeno libr. 8. cap. 136. de simp. medic. facul.

## VALETVDINE. 10

facul. & Auicenna. 7. 3. ca. 2. præstitui-tur : vt os singulo quoque mensé vino vel aceto, in quo Tithymalli radix ad dimidiás decocta sit, bis colluatur. Hoc enim non solum dentium ac oris com-mendat odorem, sed eorundem etiam dolori auxiliatur, & sanitatem conser-vat. Idem hoc remedium ex Archige-ne habet Galenus libro. 5. de composi-phar. secundum locos cap. 18. Plura in fra ca. 80. Aures quoque bene à suis re-dundantiæ exonerandæ sunt, neque solum eorum excrementorum, quæ manifistè per certos meatus, sed om-nium etiam, quæ occultè excent, va-cuatio laceflenda & molienda est.

VLTIMVS verlus tria præcepta saluberrima complectitur. PRIMVM, vt balneo lotus atque æstuans omni cura & diligentia aduersus ambientis cœli frigidorem intemperiem fœse mu-niat & defendat, ne illa scilicet per po-ros à balneo apertos in omne corpus permanans, ibidem mali quidpiam in- generet. A contrario siquidem ad con-trarium repentina & inordinata tran-gressio. Galeno aph. li. 3. commen. 22. teste, periculosa admodum existit, præ fertim cùm facta ad frigiditatem subi-ta commutatio eos, qui antea difflabā-tur, & per sudores euacuantur hu-mores, tam in profundum corporis re-pellat,

## DE CONSERVANDA

pellat, adeoque partes etiam adventriculam atque intestina attinentes offendat.

**O B S E R V A N D V M** etiā, ne àre cens accepto cibo, balneo statim vratatur: neque protinus post lotionem comedat aut bibat: qui. n. paulò ante bibit, huic caput repletur: qui verò cibū sumpsit, nō caput modo, verum & corpus totum alimoniam ad se, priusquā concocta fuerit, trahit, adeoque crudis & incoctis humoribus impletur: Statim verò post lotionem cibum vel potum sumere, caput replet, deuoratumq; interdum superfluitare facit, quemadmodum copiose in. 3. libro . de vic. rat. in moribus acutis commen. 55. & 56. & in lib. de Marafmo cap. 14. Galenus ostendit. De potu idē confirmat etiam Cornelius Cels. qui lib. i. cap. 3. in eum. scribit modum: Illud noſie oportet, quod ex labore sudanti, frigida potio pernicioſissima est, atque etiā (cū sudor se remisit) itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque veneficibus, Asclepiades inutilem eam iudicauit. Atque ex hac quidem cauſa, quomodo cumque sudanti adhuc, frigidum bibendum non est. Cauendum etiam ne in ipso balneo comedat, bibat, aut dormiat: inde enim bona ventriculi concoctio obluditur, & naturae pugna cie-

## VALET V D I N E. 11

cetur, dum sanguis, spiritus, & calor naturalis adſtitio balnei calore ad exteriora allecti & protransi, ad Interiora retrahuntur, & in profundum fecidunt. Inter dormiendum etiam humores aliqui in ventrem confluant, qui non, vt in aliis ſomnis, cōcoquuntur, ſed longè plures fiunt, incocti permanentes. Somnus verò à balneo utriliſimè conceditur. Nihil enim eſt vt Galenus libro. 4. cap. 9. de Sanitate tuenda ſcribit, quod ex quæ concocuat ea, quæ cōcoqui poſiunt, & malos ſuc̄os per halitum digerat, vt ſomnus à balneo.

**S E C V N D V M**, vt paulisper à cibis ſumptione celſo & erecto corpore conſiſtar: quod cibus ingeſtus, in ventriculi fundum, vbi concoctionis officina eſt exquilibriter deſcendens, promptius concoquatur, ac raro deinde nec ita longo inceſtu inambulet, ne ob veheſtientiorem corporis motum calor è profundo ad partes exteriores attrahatur, diſperetur, adeoq; cibi præpedatur concoctio. Plura infra. cap. 76.

**T E R T I U M**, vt poſt vene ſectio nē frigescat. q; eſt, in paulò frigidore ambientis nos aëris conſtitutione tan- tisper immoretur, ſue decumbat, dum ſanguis & ſpiritus per phlebotomiam exagitati, ſedentur & conquiſcant.

Atq;

## DE CONSERVANDA

pellat, adeoque partes etiam adventriculam atque intestina attinentes offendat.

**O B S E R V A N D V M** eria, ne aere cens accepto cibo, balneo statim vatur: neque protinus post lotionem comedat aut bibat: qui n. paulo ante bibit, huic caput repletur: qui vero cibum sumpsit, non caput modo, verum & corpus totum alimoniam ad se, priusquam concocta fuerit, trahit, adeoque crudis & incoctis humoribus impletur: Statim vero post lotionem cibum vel potum sumere, caput replet, deuoratumq; interdum superfluitare facit, quemadmodum copiose in. 3. libro. de vic. rat. in moribus acutis commen. 55. & 56. & in lib. de Marasmo cap. 14. Galenus ostendit. De potu idem confirmat etiam Cornelius Cels. qui lib. i. cap. 3. in eum. scribit modum: Illud nosse oportet, quod ex labore sudanti, frigida potio perniciofissima est, atque etiam (cum sudor se remisit) irritare farigatis inutilis. A balneo quoque venientibus, Asclepiades inutilem eam iudicauit. Atque ex hac quidem causa, quomodo docunque sudanti adhuc, frigidum bibendum non est. Cauendum etiam ne in ipso balneo comedat, bibat, aut dormiat: inde enim bona ventriculi concoctio obluditur, & naturae pugna cie-

## VALETUDINE. 11

cietur, dum sanguis, spiritus, & calor naturalis adsicitatio balnei calore ad exteriora affecti & protensi, ad Interiora retrahuntur, & in profundum secedunt. Inter dormiendum etiam humores aliqui in ventrem confluant, qui non, vt in aliis somnis, concoquuntur, sed longe plures sunt, incocti permanentes. Somnus vero a balneo utilissime conceditur. Nihil enim est vt Galenus libro. 4. cap. 9. de Sanitate tuenda scribit, quod ex quo concocuat ea, quae concoqui possunt, & malos succos per halitum digerat, vt somnus a balneo.

**S E C U N D U M**, vt paulisper a cibi sumptione celso & erecto corpore consistat: quod cibus ingestus, in ventriculi fundum, vbi concoctionis officina est, aquabiliter descendens, promptius concoquatur, ac raro deinde nec ita longo incessu inambulet, ne ob vehementiorem corporis motum calor e profundo ad partes exteriores attrahatur, dissipetur, adeoque cibi præpediatur concoctio. Plura infra. cap. 76.

**T E R T I U M**, vt post venæ sectio ne frigescat. q; est, in paulo frigidore ambientis nos aeris constitutione tantisper immoretur, siue decumbat, dum sanguis & spiritus per phlebotomiā exagitati, sedentur & conquiescant.

Aet;

## DE CONSERVANDA

Atque huic quidem interpretationi  
astipulatur etiam Ioannes Fernelius,  
qui in libello de vacuandi ratione ca.  
19. in hunc modum scribit: neque igi-  
tur ad consueta munia properet, neq;  
celerius inambulet, neque vlo exer-  
citacionis genere se fatiget, neque vt-  
atur Venere, neque protinus calidiora  
loca ingrediatur, neque in balneum  
descendat: quandoquidem sanguis &  
spiritus vehementius incitati, ne dissi-  
pentur, aut incalescant, sedandi com-  
primendique sunt. Hactenus ille. Vel  
M I N V T E, aduerbialiter hic accipi-  
dum, pro eo, quod est parum siue pau-  
lisper: vt referatur scilicet ad ea, que  
immediate praecedunt, & sit hic sensus:  
Sumpto cibo, cælo frigidiori te pau-  
lisper exponito, quo calor innatus, pro-  
pter circumstantem extrinsecus frigi-  
ditatem, ad interiora refugiens & lece-  
dens, meliorem & concoctionem, &  
sanguificationem, tum etiam nutritio-  
nem operetur. Experientia siquidem  
constat, calorem per se ipsum, ac spon-  
tè quidem post cibi sumptionem, vt eu-  
mutet facilius, ac cōcoquat, in profun-  
dum refugere: atque hinc adeo fit, vt  
exteriora corporis membra, que ante  
vrcunque calida sentiebantur, à pran-  
dio atque cena frigore & tremore cō-  
cutiantur. Quare natura in eo, quod  
recte

## VALETUDINE. 12

recte operatur, opitulandum est. Non  
nulli vero in hunc modum exponere  
maluerūt. Ne is, scilicet, cui vena facta  
est, se subito calfaciat, sed paulatim:  
quod subite mutationes citra lassionē  
non facile contingat. In eiusmodi e-  
ním permutationibus, quod plurimum  
existit, atque repente, periculosum est  
satis: quod vero paulatim fit, tutum: vt  
inquit Galenus aph.lib.2.commen.51.  
Idem testatur etiam Aristoteles Sec.8.  
problemate. 15.

### ¶ De recreatione visus Additio.

FONS, Speculum, Gramen, hæc  
dant oculis reuelamen.  
Mane igitur montes, sub se-  
rum inquirito fontes.

Tria hoc loco recensentur, que in-  
sita natura vi & substantia quadam  
similitudine oculos recreant, & visum  
maxime consolantur.

P R I M V M, fons: per quem qualis  
bet pura & perspicua aqua, siue ea sit  
funtium, siue fluuiorum, siue etiam pu-  
teorum intelligenda est. Hæc enim ob  
cognitione & similitudine quam cum  
oculis habet, visum citra violentiā cō-  
gregans, ad naturā reducit & recreat.  
Τὸ γὰρ κατὰ εύσινος ἀπίζει τῶι  
έμοισιν, inquit Galen. aph.li.1.com.16.

Oculi

## DE CONSERVANDA

Öculi autem frigidi & humidi, perspicui atque omnium partium nitidissimi & pulchre politi sunt, perinde atque aqua, quocirca ab eiusdem aspectu eos corroborari, simul ac refici consentaneum est. Atq; hoc sane consilio Aristoteles Alexandrum illum cognomento Magnum instituens, ei p̄cepisse videtur, vt frequent ac diutius aquam viridem, claram, & perspicuam intueretur, oculosque in ipsam submergeret: eiusq; rei testim habemus non contemnendum Joannem Mesuen in opere practico de exigitudinibus oculorum. Ceterum si nulla fontium, aut fluiorum inspiciendorum facultas fuerit, oculis protectò ex aqua frigidæ, claræ, & perspicuæ in peluum viridem infuse contuitu eadem accedit commoditas.

**S E C V N D V M**, speculū, quod & ipsum utique oculorum aciem eadem ratione excitare putandum est. Oculus namq; leuis est & lucidus, ac splendens instar speculi: quod tum experientia inter omnes constat, tum à Plin. quoque lib. 11. cap. 37. ostenditur. Oculis, inquit, absoluta vis speculi, adeoque, vt tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est, vt pleriq; alitum ē manib. hominum oculis potissimum appetant, quod

## VALETUDINE. 13

quod effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata desideria sua tēdunt. Causa etiam, cur speculi inspectione, oculorum acies excitetur, adeoq; visus substantia conseruetur, hæc adsignari potest, quod radii in superficie speculi collecti, quum ob densitatem & duritatem eius vterius procedere non possint, minime dissoluantur, ac dissipentur: ob æqualitatem lænitatemq; feruentur infracti, ob nitorem vero augentur, & multò, quam prius erat, reddantur fortiores: quod nec ipsum sane Aristoteles, Mesue referente, ignorauit, cum eundem illum Alexandrum adhortaretur vti se subinde ad tersum & directum speculum contueretur, & longiori deinde temporis spacio oculo ruini aciem in ipsum desigeret.

**V I T R E A** quoque vocata conspiciilia visus substantia cōseruant, adeoque præstant, ne oculi minutioribus rebus contuendis vicii fatiscant, neve spiritus resoluantur. Atque hinc certè gemmarū sculptores & aurifices subtilliter quipiam ac ingeniose sculpturi, ciusmodi videntur conspiciliis, aut sane per vesicam ex tenui, puro atque albo vitro conflatam, eamque clara & perspicua aqua plenam, oculorum aciem rei scalpendæ intendunt. Cur verò ita visus non defatigetur, in causa

C est

## DE CONSERVANDA

est, quod species de medio clariori, ad densius permeantes, maiores simul & crassiores appareant, adeoq; visum convergent.

### Viridia.

TER TIVM , Gramen, per quod quarumlibet herbarum, frondiumque, ac aliarum etiam terum virentium contutus accipiens est. Oculis enim iucundissimum spectrum viriditas est . Atque hinc sane Aristoteles problemate . 20. Sect. 3. quærit: Quamobrem cum ceteras intuimus res, conspectus noster peius afficiatur atque fatiscat, cum ad virides, & herbescentes inspicimus, ut olera, ceteraque his similia, recreetur, meliorq; evadat? An, inquit, conspectum in alba, nigrave intendere minimè possumus, propterea quod vtrunque id genus coloris videndi viribus officit: colores autem illi, quibus oculi acquiescent, medium albii, negrive obtinent, itaque aspectus cum mediocri leniç; obvio afficiatur, nihil debilitatur: imò verò corroboratur atque reficitur. Hæc ille. Quanquam autem viridia omnia, vt pote temp̄atissima visum maximè colligant, atque oculos reficiant, inter ipsa tamen alia aliis efficaciora inueniuntur. Sic certè nullius aspectus Smaragdo iucundior est. Quod Plinius libro 37. cap. 5. dicitur in significauit verbis: Herbas viren-

tes,

## VALET VDINE.

tes, inquiens, frondesq; audiē spectamus, Smaragdos verò tātō libentius, quoniam nihil omnino viridiū comparatum illis vires. Præterea soli gemmarum contutu oculos implent, nec fatiant. Cū & ab intentione alia obscurata, aspectu Smaragdi recreatur aries . Scalpentibus gemmas non alia gravior oculis refectio est, ita viridi lenitate laſitudinem mulcent. Idem fere lib. 29. cap. 6. dc Scarabæo viridi scriptum reliquit. Scarabæi, inquit, viridis natura, contuentium visum excavuit. Itaque gemmarum sculptores cōtutu eorum acquiescent. Neq; obstar quod Galenus cap. 2. & 6. libro. 1. de Sympt. causis, vbi ex profclō de iis agit, quæ oculos aut molestant, aut tristant, & libro. 10. cap. 3. de vñ part. cœruleo & fusco recreandi & reficiendi visus quā maximā vim ineflē scribit. Sunt enim & hi colores medii atque temperati, adeoque ob id oculis gratum & iucundum spectaculum præbent, visumque morbo affectum, aut fatigatum corrigit ac reficit, quod omnibus sanè coloribus ad medium inclinantibus commune est. Hoc igitur prouidentes pictores, quando in albis coriis, & cōsilibribus rebus, quibus facile visus offenditur, pingunt, colores cœruleos ac fuscos apponunt, in quos subinde in-

C a tuen-

## DE CONSERVANDA

tuentes recreant oculos ac reficiunt.  
Atque etiam ophthalmia laborantes  
lux quidem offendit, eosq; deprehendit.  
Fulca verò ac cœrulea sine dolore  
intuentur. Quæ haec tenus dicta sunt;  
ea omnia Marſil. Ficin. libr. 2. cap. 14.  
de producenda vita, planius & diluci-  
dus iis verbis expressit. Causam, in-  
quiens, perquiremus, ob quam color  
viridis visum præ cæteris foueat, fa-  
lubriterque delectet. Inueniemus tan-  
dem naturam visus esse lucidam ac lu-  
cis amicam, volatilē tamen ac facile  
dissipabilem. Idcirco dum per lucem  
se dilatat velut amicam interdum ni-  
mio lucis excessu rapitur proflus, &  
vehementi dilatatione dissipatur: tene-  
bras autem naturaliter velut inimicas  
fugit, ideoque radios in angustum in-  
de retrahit. Optat verò visus ita per-  
frui lumine, ut per amicum hoc suum  
amplificetur quidem nec tamen inte-  
rim dissipetur. Iam verò in quoque  
colore plus admodum tenebrarum, si-  
ue nigredinis est, quam lucis, non di-  
lataatur, nec ideo delectatur radius vi-  
sus ad votum. Vbi viciſſim plus adino-  
dum spléndidi coloris est, quād. nigri,  
spargitur latius, noxia quadam volu-  
ptate distractus. Quamobrem color vi-  
ridis, maximè omnium nigrum cum  
candido temperans, præstat utrumque,  
dele-

## VALET VDINE. 15

delectans pariter atque conseruans, &  
mollī insuper & adhinc tenera qualita-  
te, sicut & aqua, radiis oculorum absq;  
offensione resistit, ne abeuntes longius  
disperdantur. Quæ enim dura sunt,  
simil & aspera, frangunt quodammo-  
do radios. Quæ vero rariſſima sunt,  
dissolutioni aditum patefaciunt. Sed  
quæ soliditatem aliquam habent, le-  
nemq; simili æqualitatem, sicut specu-  
laria corpora, nec ipsa quidem fran-  
gunt, neque longius dispersi permit-  
tunt. Quæ denique præter hæc bene-  
ficia, tenera quoque sunt & mollia, si-  
cūt aqua resq; virides, liquidis oculo-  
rum radiis mollitia blandiuntur. De-  
nique visus radius quidam est in qua-  
dam oculorum aqua naturaliter no-  
bis accensus, ac temperatum lumen in  
aqua, quodammodo resistente requi-  
rit. Itaque gaudet aqua, delectatur spe  
culis similibus, viridibus oblectatur.  
Haec tenus ille. Addit Mefues: Exercita-  
tionem quoque legendi scripta maius-  
culis literis exarata. visum corroborare,  
adeoq; non parum ad tuendā ocu-  
lorum sanitatem conducere.

POSTERIORE versu innui-  
tur, Oculos matutino quidem tépore,  
montium, vespertino verò fontium  
collustratione recreandos & reficien-  
dos: quorum ratio ex prædictis facile

## DE CONSERVANDA

elici potest. Per montes porro viridaria, hoc est, loca herbis ac plantis virentibus consita intelligenda sunt. De conseruentibus visui, plura infra capite 79. De nocentibus vero cap. 78.

¶ De diurno sive meridianio somno:  
cap. III.

**S**it breuis, aut nullus tibi somnus meridianus.

Febris, pigrices, capitis, dolor, atque catarrhus,  
Haec tibi proueniunt ex somno meridianio.

QVATVOR diurni sive meridiani somni incommoda hic referuntur.

PRIMVM, febris, quæ dupliciter per somnum diurnum accendi potest: uno quidem modo in spiritibus, altero vero in humoribus: In spiritibus quidem, quia acres & fumosæ exhalationes, quæ vigiliis dispergi solent, somno diurno non modo retinentur sed etiam augentur: Iis itaque retentis, ac vna cum spiritibus permisit contingit, ut calor inde extraneus collectus febrilis fiat. Atque hæc sine febris, cum nihil stabile, nihil firmum habeat, sed vii celeriter generatur, ita sicut etiam ἐφίμεται Græcis, hoc est, diaria vocata est, quod fere diem non

Febris.  
Causæ.

## VALET VDINE. 16

nō excedat. In humoribus autem, tum hec iam dicta febris, ratione nimirum flatuum, qui ex cruditate proueniunt, tum etiam putrida per somnum diurnum accenditur, quod calore & spiritibus interdiu ad exteriora protensis virtus concoctrix debilitetur. Perfecta enim & absoluta concoctio sit, quādo calor & spiritus cohibentur, & in profundum corporis secedunt. Ob eum namque motum calor naturalis incensus auctiorque redditus, optimè cibos, non solum in ventriculo, verum etiam per vniuersi corporis habitum conficit. Quod noctu potissimum fieri ratione cōsonum videtur, etenim tunc calor propter circumstantem extinsecus aëris frigiditatem, ad interiora refugiens, cibum facillimè mutat, concoquit, & in membra distribuit. Interdiu vero contra, ad exteriora eductus & exparsus perfectam elaborationem non attingit: quare humorum cruditatem progignit, ex cruditate deinde oppilatio, ex oppilatione putredo nascitur, ex putredine tandem humorum ad cor effumantium febris putrida accenditur, quemadmodum Auicenna. 1.4. Tract. 2. cap. 1. copiose docet.

SECUNDVM, pigrices, quæ & *Pigrices* ipsa eodem ex fonte manat ac fundi-

C 4 tur.

## DE CONSERVANDA

tur. Ex crassi nanque & incocta mate-  
ria in ventre vaporosi ac crassi exhalat-  
tur spiritus, qui ad caput elati, plus &  
quod cerebrum humectant: eo autem  
humectato, nerui quoque qui à cere-  
bro propagati per corporis partes pro-  
repunt, plurima humiditate oppletur:  
exuperantia præterea humiditatum,  
quæ ad musculos, tendines, & articu-  
los confluere solet, tantum abest, vt  
somno diurno disipetur, vt multò per  
tinacius etiam hærens augeatur. Ne-  
cessè igitur est, ex eiusmodi subinde  
sonno in omnibus motibus voluntar-  
iis pigritiam sequi, & veluti in seipo  
dissolucum hominem apparet, quem  
admodum disertè Galenus aphor. lib. 3.  
comment. 5. ostendit. Contra vero, vi-  
gilie diurnæ hoc præcipue nomine co-  
mendantur, quod non modo exupe-  
rantem cerebri humiditatem excicent,  
adeoque spiritus extenuet ac temperent,  
sed certe corpori simul atque animo  
promptitudinem quādam & robur ad  
solitos motus addant.

**Dolor capititis.** T E R T I U M , Dolor capititis, qui  
& ipse ab iisdē initiis proficiscitur. Ex  
cibo nanque incocta in ventre vapo-  
res crassi excitati in caput feruntur,  
qui ibidem, ob dictas causas retenti,  
nimia humiditate, quam potius vigi-  
liis exiccantibus absumere conuenie-  
bat,

## VALETUDINE.

17

bat, cerebrum opplent, & ob eam rem  
caput perturbant, eiusq; dolorem, gra-  
uedinem & frigidos morbos parunt:  
paululum vero inde moti, si ad cutem  
peruenerint, faciem vitiat colore infi-  
ciunt. Materia enim prava existente  
necessè est, quicquid inde defluit esse  
prauum: Quod Galenus aphor. lib. 1.  
com. 14. ita scribens innuere voluit.  
Oportet similem esse defluxum subie-  
ctæ substantiæ: vt quando humida at-  
que aërea substâta existit, tunc quod  
ab ea defluit, vaporosum est atq; sua-  
ue, & cætera.

**Catar-**  
neratim hoc loco tametsi minus pro-  
priè omne *p̄vma*, hoc est, quilibet ex-  
cremétirii humoris ex capite in subie-  
ctas partes deßensus significatur. Qui  
iuxta partium, ad quas defluit, diuersi-  
tatem, diuersa quoq; nomina fortitus  
est, quemadmodum Galenus libr. 3. ca-  
4. de Sympto. causis, Paulus libr. 3. cap.  
2. & Aëtius lib. 8. cap. 5. 3. disertè scri-  
bunt. Vbi enim ad os ac fauces, & mox  
ad stomachum sive gulam, atque inde  
in ventriculum defluxus contingit,  
simplici vocabulo Græcis *κατάρρ̄ψος*,  
& contraetè *κατάρρ̄ψης*. Latinis defluxio-  
nem dicitur. Dum ad narcs decumbit  
*καρποῦς* Græcis, Latinis grauedo vo-  
catur. Vbi vero ad palatum & aliteram

C 5 arte-

## D E C O N S E R V A N D A

arteriam delabitur , vt etiam membra-  
nam interiorem , quæ hanc integrat , ex-  
asperet , rauca vox efficitur , vocaturq;  
hoc malum Græce βράγχος , Latinis  
raucitas , sive raucedo , id quod ex hisce  
etiam versiculis , qui infra ca. 82 . haben-  
tur , manifestò apparet .

*Si fluat ad pectus , dicitur Rheuma Cathar-  
rus :*

*Si ad fauces , Branchus : si ad narcs , esto Co-  
rrixa .*

Habet autem hoc incommodum ean-  
dem omnino cum precedentibus ori-  
ginem . Vapores enim & fumi , qui vigi-  
liarum tempore per cutem resoluti ac  
disipari solent , somno diurno reten-  
ti , dum in caput impetum faciunt , ce-  
rebrum nimia humiditate replent . Ca-  
put igitur repletum , humores in subie-  
cta refundens , φένυμε progignit .

Præter hæc & alia nonnulla somni  
diurni mala Auicenna . 3 . 1 . doc . 2 . ca . 9 .  
enumerat . Nam & frigidas atque hu-  
midas ægritudines , πυρηνάσεις nimi-  
rum & defluxus ad articulos ob reten-  
tionem humiditatum , quas vigilie re-  
soluere ac dissipare solent , nonnun-  
quam procreat . Genuinum faciei colo-  
rem , velut paulò antè etiā dictum est ,  
corruptit . In sanguine enim excrēmē  
tias atque aqueas humiditates , lotio  
similes ,

## V A L E T V D I N E . 18

similes , multiplicat : quæ , cum suo tem-  
pore per vigilias non dissipentur , vna  
cum sanguine ad cutem expulsæ , ipsam  
deprauant , adeoq; subtumidam & de-  
coloratam reddunt . Iuduraram ad hæc  
splenis affectionem gignit in corpori-  
bus promptè se habentibus ad inciden-  
dum in talēm passionem . Crasius nam-  
que ad melancholicus humor , somno  
diurno in splene retentus , huic malo  
initium præbet . Quemadmodum enim  
vigilantia motum ac lib erum crassi  
humoris transitum per angustos mea-  
tus , sive canales , Solis calore vias ape-  
riete , promouere sic cōtra , eundē som-  
nus , & præcipue diurnus , transitu pro-  
hibere solet . Melancholia enim interdiu  
nullo negocio per canales suos transit ,  
& illac cū primis , qua excitadæ appetē-  
tia causa , à splene ad orificiū ventricu-  
li meatus protéditur . Etenim splen re-  
cremēta & redundantias suas per eum  
expellit , atq; eiicit , adeoq; ad cibos aui-  
ditatē reuocat . Quod interdiu potius ,  
quām nocturno tempore fieri par est .  
Quinetiam , vt idem autor tradit , cibo  
rū appetēta diurno somno plurimum  
debilitatur & restringuitur : idque par-  
tim ob prohibitionem resolutionis ,  
quæ est prima causa famis , partim ve-  
rò ob repletionem ventriculi ex fu-  
mis , vaporibus & humiditatibus orifi-  
ciorum .

## DE CONSERVANDA

cium eius relaxantibus ac saturatibus.  
His accedit nonnunquam *σωτηρία*,  
sive abscessuum generatio: superfluita-  
tes nanque ex somno diurno multi-  
plicatæ sibi in membro aliquo coa-  
ceruantur, ipsumq; tumidum reddit.   
Planè igitur ex his omnibus constat  
somnum diurnum, sive meridianum,  
à sanitatis tutela, procul abesse debe-  
re. Duas porrò causas, cur potissimum  
lædat, Paulus lib. I. cap. 97. & Auicen-  
na. 3. I. doc. 2. ca. 9. assignant. Quarum  
prima quidem est, quod cito & ante  
horam suam interrumpatur. Calor  
enim natius per somnum ad partes  
interiores recedit, contrâ verò calor  
solis eundem ad membra exteriora,  
tanquam ad simile, educit atque expâ-  
dit: vnde sanguinis ad spirituū exagita-  
tionem, qua somnum interrupat,  
cieri necesse est. Cōsulitur ergo, si quâ-  
do necesitas per id tempus dormire  
coegerit, vt in umbra & tenebroso lo-  
co, & antè potius, quam post cibum  
hoc fiat. Secunda verò, quod naturam  
stupidam, quasiq; perterritam reddat,  
adeo vt retrahatur ab eo, in quo erat,  
nimisrum à ciborum concoctione. Té-  
pus itaque, quo obdormiscent, ad ab-  
solutam ciborum concoctionem non  
sufficit quo sit, vt à meridiē resurgentes,  
subinde acidos ructus edat, & fla-  
tibus

## VALE TUDINE.

tibus repleantur: nonnulli verò flu-  
ctuatione ventris infestentur. Ceterū  
optimus somnus est nocturnus, quo-  
niā nox naturali humiditate, silen-  
tioq; animum in somnum deducens,  
absolutam molitur concoctionē. Post  
sonnum itē nocturnum plurima par-  
te ad excretionem recrementorū inflig-  
gamur. Illud tamen ignorandum non  
est, quod licet somnus diurnus in vni-  
uersum reprobetur, nocturnus verò,  
vt præstantissimus commendetur, ex  
diurno tamen minus offendat, si dor-  
miatur, prima luce ad tertiam diei par-  
tem. Id quod Hippocrates libro. 2. pro-  
gnost. aphorismo. 11. clarissime ostendit. De somno, inquit, quemadmodū  
secundum naturam nobis in consue-  
tudine est, interdiu vigilare, noctu  
dormire conuenit: si tamen hoc trans-  
gressum fuerit deterius est. Minimè ve-  
rò nocebit, si dormiatur, prima luce  
ad tertiam diei partem. Quam senten-  
tiā Galenus explicans, ita scriptum  
reliquit: Quod consuetum est, bonum  
est: Inconfuetum verò malum est. At  
verò temporibus Hippocratis non aliud  
fuit ex natura, aliud in consuetu-  
dine. Nunc verò diuites econtrariò agunt,  
tum in quibusdam aliis, tum etiam in somno, interdiu dormientes,  
noctu vigilantes.

## D E C O N S E R V A N D A

In his igitur, vt somnus minus lède  
re posít, quinque cōditiones, Bertru-  
tio authore obféruandæ funt.

P R I M A , vt sit in consuetudine. Ex  
multo enim tempore consueta, etiam si  
deteriora fuerint, inconsuetis minus  
moleſtare ſolent. Aphorismo 50.libr.2.  
S E C U N D A , ne statim à ſumpto cí-  
bo ineatur. T E R T I A , ne deprefſo,  
ſed eretto nonnihil & bene alto capite  
ſiat. Q V A R T A , ne modum excedat.  
Q V I N T A , ne tumultuosa & ſubita  
ab ipſo, ſed lenis & modeſta fiat exper-  
gefactio . Porro ꝑ ab Hippocrate dictū  
eft à prima luce ad tertiarū diei partē con-  
uenire ſomnum ; id ſpacium eft ab or-  
tu Solis quatuor aut quinq; horarum.  
Nam dies ſignificat ſpacium temporis,  
quo Sol tranſit noſtrū hemiſphēriū,  
vt etiam diſtinguitur contra noſtem.  
Quemadmodum Chriftophorus à ve-  
ga fuſius in commen.declarat.

## A D D I T I O .

Tempus itaque ſomni conuenien-  
tissimum eft vespertinum, aut nocturnum:  
ſemper ꝑ cauendum, ne statim à  
cœna ineatur, ſed viñus minimum, aut  
duarum horarum interuallo diſcluda-  
tur. Ingeſtus enim cibus, quem statim  
ſomnus excipit, in ſuprema ventricu-  
li parte ſupernatans, probè concoqui  
non potest, Galeno libr.5.cap.5.de lo-  
cis

## V A L E T V D I N E . 20

cis affectis teſte. Neque enim uentri-  
culus tum potest cibum arctè comple-  
cti, quod idem lib.3.cap.4.de facul. na-  
turali. ad bonam concoctionem cum  
primis neceſſariū eſſe ſcribit: quare  
multos vapores, qui multitudine ſua  
caput replant, ſigni neceſſe eſt, vt re-  
guliſimè idem Galenus com . 67.apho.  
lib.4.dixerit: A cibo ad ſomnum con-  
uerſis, hoc eſt, qui ſumpto cibo ſtatim  
dormiunt, impletur caput . Vt igitur  
huiusmodi periculum excludatur, len-  
ta deambulatione, aut aliqua ſimili,  
leuifima tamen exercitatione corpus  
dimoueri opus eſt, priuſquā ſomno  
indulgeatur, vt cibus in imum ventri-  
culi paulatim deſcendat. Ibi enim vt  
ſupra ex Galeno dictum eſt, concoctio-  
nis opus potiſſimum perficitur . Quo  
tempore etiam conuenit audire instru-  
menta muſica, cantus, facetias, & lu-  
ſtoriaſ iucundas, ac cōferre ſermones  
cum amicis de rebus lętioribus, do-  
nec cibus ſubfedife videatur. Ceruca-  
li vtendum eſt ſatis elato & eminenti,  
vt quoad eius fieri potest, eretto & be-  
ne alto capite dormiat, ne cibus ad  
os ventriculi regurgitans, concoctio-  
nen impedit. Hoc etiam modo cibus,  
qui ad plenum nondum ſubſedit, fa-  
cilius ad inferiores ventriculi partes  
deſcendet, probiusq; concoquetur. In-  
ter

## DE CONSERVANDA

ter dormiendum corpus pro ambientis aëris constitutione decenter tegendum est : ne calore & spiritibus circa interiora detentis , externæ corporis partes à frigore oblaudantur . Caput quoque noctū conuenient regumento, quod κεντροδόχην habeat, hoc est, foramen instar infumibuli, eliciendis vaporibus aptum, operiendū est. Calceatis verò siue vestitis pedibus dormiendum non est. Hoc enim si quid Magnino excellentissimo medico credimus, visum debilitat, memoriam laxit, & totum corpus extraneo calore extuare facit, ob vaporum reflexum. Supra dextrum latus somnus inchoādus. Hoc n. modo cibus promptius ad ventriculum descendet. Nam etsi gula exactè supra medianam cernuicis vertebrarum, & quatuor primarum thoracis sedem, in neutram partem inclinet, ad principium tamen quintæ thoracis vertebræ, ut ampliori magnæ arteriæ trunco secundū dorsi vertebras inferiora petenti cedat, non nihil in dextrum latus à media vertebrarum regione abscedit. Deinde primo somno finito reuoluendum est corpus, superius sinistram redormiendum, quo s'ilicet à iecore ventriculo incubente concoctio eius adiuuetur. Hinc rursus post breue temporis interuallum

in

## VALET VDINE.

in dextro latere ad consuetum surgen-  
di tempus continuandus est. Pronos decubitus temperatis corporibus non conuenit: ventriculi enim contorsione  
& repressionem facit, adeoque oculos obledit: ita enim cubatibus superfluitates in oculos declinant, maximè si fuerint natura debiliores. Iis tamen, quibus ingefus cibus tardius in ventriculo co-  
sicitur, interdum concedēdus est, quod calorem naturalem arctius comprehen-  
dens retinere atque augere poslit. Su-  
pinus verò grauiissimis ægritudinibus,  
læpræ nimirum, manix, incubo, epile-  
psia, apoplexiæ, stupori, neruorumq;  
resolutioni, & similibus initia præbet.  
Nam ob superfluitatum ad posteriora  
fluorem non potest iusta per narres &  
paulatim earundem fieri expulsio.  
Plinius libro. 28. cap. 4. pronos decubitus tuſſibus conducere, at ſupinos o-  
culis tradit. Idem ex Theophrasto re-  
fert, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficultius à ſupinis. Duratio autem ſomni ex alimentorum perfe-  
cta concoctione æstimanda est, ita qui-  
dem ut septem horarum ſpacio non  
fit minor, neq; octo; vel ad ſumnum  
nouem excedat, ut colligitur ex Gale-  
ni de ſanitate tuenda lib. 6. cap. 6. Plu-  
ra habentur apud Auicennam. 3. 1. doc.  
2. ca. 9. Magninum parte. 3. cap. 7. & no-

ſtræ

## DE CONSERVANDA

fr̄x etatis doctissimum Medicæ artis scriptorem Leonhartum Fuchsim capite vigesimosexto methodi peruenie di ad Medicinā. Ex iis itaq; quæ conue niūt, in hunc locū studiosi transferent.

¶ De flatu in alio detento.

Cap. IIII.

**Q**VATUOR ex vento veniunt in ventre retento.

Spasmodus, hydrops, colica, et vertigo, hoc res probat ipsa.

Hic agitur de quatuor documentis, quæ ex flatuum retentione proueniūt.

P R I M U M , est στεσμός Græci, Latinis conuulsio dicta. Flatus enim retenti influxu suo sāpe neruos plus iusto referciunt illis ita repletis, Galenus lib. 2. cap. de sympto. caulis, teste, tendi primum; ac deinde in conuulsionem incidere contingit. Ea porr̄ ibidem à Galeno in hunc modū definitur. Conuulsio malum est, quod neruos, musculosq; ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitum seruarent, ducebantur. Vel aliter, velut idem apho. lib 6. comment. 39. definit. Conuulsio est passio in voluntaria, in qua nerui atq; musculi pr̄ter voluntatem cōuelluntur, in eumq; affectum veniunt, quem et iam

## VALETUDINE. 22

etiam in motibus secundum arbitrii factis, assūmebant. In hoc enim malo nerui atque musculi in eas partes attrahuntur, quibus innascuntur. Attrac̄tio namque fieri non potest, nisi musculus ad suam originem retrahatur.

Quod ad causas eius conuulsionis, quæ primigenia affectio est, attinet, animaduertendum est, Hypocratem aph. 39. lib. 6. duas duntaxat statuisse πληρωτικὴν κένωσιν, hoc est, plenitudinem & inanitionē neruolorum cordorum. In conuulsione siquidem à plenitudine membrum crassis & ælurinosis humoribus impletum extenditur, & extensio conuelliatur, quemadmodum lora & chordæ extenduntur, ubi multa madent humiditate, & hæc subito contingit. In ea uero, quæ ab inanitione proficitur, membrum exiccatur, & ad seipsum conuelliatur, adeoque secundum longitudinem ac latitudinem contractum diminuitur, quemadmodum membranis accidit, cum igni apponuntur; & hæc sanè pavlatim, & ex longiori temporis interuallo accidere solet. Plura Galenus locis iā citatis, & lib. 2. cap. 2. & libro 3. capite. 5. & lib. 6. ca. 5. de locis affect. & lib. 8. ca. 3. de compos. medic. Iocal. & alibi s̄epius.

S E C V N D U M , ὥδη, quod malū Latini

## DE CONSERVANDA

Latinis aquam inter cutem nominant, & definitur à Bertrutio Sec. 3. tracta. 2. ca. 4. in hunc modum: Hydrops est moribus materialis, ex re frigida, extra-nea, plurima, ingrediente, & membra omnia manifeste, aut loca vacua partium, in quibus cibi & humorum concoctio perficitur, inflante, procreatus. Eadem ferè habet Auicena. 13. 3. Tract. 4. cap. 4. vel aliter sicuti ab Alexandro Tralliano lib. 2. cap. 1. definitur: Aqua inter cutem, & ipsa longus quidam affectus est, iecore adeò refrigerato proueniens, ut ipsum non amplius deinceps cibos in sanguinem, sed in aliam qualitatem, aut in aquam, aut piritum, aut flatum transmutare posat. Quod certè & Galenus aphorisi, libro. 6. commenta. 12. iis verbis confirmat. Aqua inter cutem sit, cum sanguinis generatio frustratur.

Et huius quidem cum tres sint species una enim Græcis δυκίτης, alia τυμπανίτης, & tertia υποστρέψη, στερνίτης, & λευκοφλεγματία dicitur, non de omnibus promiscuè, hoc secundum nomenclatum, sed de tympanite tantum intelligendum est, quæ quidem accidit, quum flatus ac spiritus superuacuus plurimus cum humidi momento intra membrariam, quæ περιτόναιος Græcè, Arabibus verò communis membrana-

rum

## VALETUDINE.

23

rum nomine Ziphac appellatur, & abdomen, quod iidem Mirach nominant, colligitur. Stomacho nanque & iecore frigida intemperie laborantibus, fieri non potest, vt cibus ingestus in χυλό benignum aut sanguinem mutetur, cōvertitur ergo in materiam flatulentam, quæ cum neque per superiora ruétu, neque per inferiora crepitu, nec aliunde, obstante viarum obstructione, vel sequestratrice & expultrice superfluitatum vi debili existente, aut in epto aliquo pudore prohibente, expellatur, in predictis ventris locis colligitur, & aquam intercutem contrahit, in qua abdomem percussum tympani modo crepitum elidit, qua ratione etiam Tympanites nuncupatur.

T E R T I U M, Colica passio: quæ grauis quidam ac vehementissimi dolo ris morbus est. Perinde enim ac si terbro partes perforentur, aut palus infixus sit, molestare solet, Galeno lib. 2. cap. 1. de locis affect. teste. Contingit autem in pleniore & laxiore intestino, quod κώλων Græcè vocatur: cuius etiam merito vehementes cruciatus inducit. Densum enim, crassum, & nervosum est, ac nihil quod, in illud confluit, facile dicuti potest. Et quemadmodum in hoc κώλου ἐσθύνη, ita in gracili ac superiore intestino, quod Gale-

*Colicæ  
passio.*

no,

## DE CONSERVANDA

no, Iulio Polluci, & aliis Græcis, ἀπ-  
τὸν vocatur, similis morbus existit,  
grauissimos & letales dolores inferens.  
Hippocrates in Aphorismis, & passim  
aliis in locis εἰλεσον appellat, quemad-  
modum etiam Galenus ubique & po-  
tissimum libro sexto capite secundo  
de locis affect. à circumactione nim-  
rūm doloris. Quippe εἴλεσθαι circum-  
agi, & conuolvi significat. Ideò cōou-  
ulus etiam Latinis hoc malum no-  
minatur. Rationi porrò consenta-  
neum, est flatuosum & frigidum spi-  
ritum indicis intestinis retentum;  
& egredi nequeuntem, hæc mala plu-  
rimum progignere, id quod Gale-  
nus etiam loco paulò ante citato mon-  
strat.

### Vertigo.

Q V A R T V M , Vertigo : Flatuo-  
sus enim spiritus inclusus ad cerebrum  
fertur, & in eius partibus inordinate  
mouetur, quo fit, ut obtenebratio-  
nes hebetudinesque oculis obuersen-  
tur, & omnia circumagi & rotari vi-  
eantur. His Auicenna 16.3. trac. 4. ca.  
29. Epilepsiam quoque adiungit, cuius  
eadem omnino cum præcedente ratio  
est. Porro quoniam modo hæc reten-  
tio in singulis iam dictis locis malum  
ingeneret, pulcherrimè ex Galeni lib.  
3. de Sympto. causis, cap. 6. demonstra-  
ri potest. Crepitus enim qui ad sedem  
defer-

## VALETUDINE. 24

desertur, ac vel in foro, vel alio quo-  
piam loco existentibus, aut negotio  
aliquo, quod deferere non liceat, vio-  
lenter retinetur, rursus sursum reduci-  
tur, ventremq; mordet, ac caput vapo-  
rando implet, principio quidem ab ani-  
mali organo sphinctere. i. musculo ad  
imum intestinum accepto : hinc verò  
vnoquoqne intestino retro illum à se  
ad supra se positū prudente, simili mo-  
do ac prius in præcepis trudebat, atque  
ita quidē hæc retentio, presertim fré-  
quētor, longo téporis tractu prædicta  
mala excitat. Proinde rectissimè ab  
Hippocrate lib. 2. prognost. a pho. 24.  
in hunc modum scribitur. Flatum sa-  
ne sine sonitu aut crepitu exire optimum est. Melius autem est cum sonitu  
exire, quam resolui. Hac etiam ra-  
tione inductus Claudio Cæsar, dici-  
tur meditatus edictū, quo veniā daret  
efflatum, crepitumq; ventris in conui-  
uio emittendi, cum periclitatum quen-  
dam præ pudore ex continentia repe-  
risset. Autor Suetonius in eius uita ca:  
32. Veteres enim vt Plinius lib. 28. cap.  
2. confirmat per mensas, mundicarum  
causa, deflare yetabant. Extat etiam le-  
pidissimum Nicharchi in crepitum epi-  
gramma, quo pestiferam retenti flatus  
vivim describit, quod eleganter admo-  
dum à Ioanne Laſcare Latinè reddi-  
tum,

## DE CONSERVANDA

rum, placuit hic adscribere.

Intermit crepus uetus detentus in alio.  
Et seruat, blesum dum canit ille melos.  
Ergo si perimit crepus, seruatq; canendo,  
Regibus imperium per habet hic crepus.

Atque hæc sane cùm ita se habeant  
satius fuerit, iuxta D. Erasmi Rotero-  
dami præscriptum, natura incitante,  
aut sécedere, si liceat: aut deuorato pu-  
dore iuxta vetustissimum. Prouerbiū,  
Tusī potius crepitum dissimilare, quā  
comprimento morbum accersere. Re-  
cteque Stoici, quemadmodum Cicero  
lib. 9. epist. famili. epist. 2. scribit, crepi-  
tus aiunt æquè liberos, ac ructus esse  
oportere.

¶ De Cœna. Caput. V.

EX magna coena, stomacho  
fit maxima poena.

Vt sis nocte leuis, fit tibi coe-  
na breuis.

P R A E C I P I T V R hoc loco sa-  
nitatis sue studiofis, vt instante somni  
tempore frugali coena contenti, ventri-  
culū vario ciborum genere non disten-  
dant, sed ea copia ingerant, quæ vires  
haud grauet. Nam qui noctui multum  
ingerunt, primū quidem somno de-  
stituti, corporis inquietudine agitan-  
tur: deinde verò pustulas faciei, graue-  
dinem

Cœna  
parca.

## VALETUDINE. 25

dinem capitū, graueolentiam oris, col-  
li, calculiq; dolores & podagram sibi  
accersunt. Neq; solū immodica hæc  
sub nocte ingurgitatio bonæ vale-  
tudini officit, sed alias etiā qualibet:  
vt quæ cruditatem incoctionemque,  
obstructiones, putredines, febres, apo-  
stematæ, & lepram haud raro generet.  
Atque eius sane rei grauissimus testis  
est Auicenna, qui. 13. 3. Tract. 1. cap. 36.  
scribit: Ex rebus vetriculū maximè la-  
dētibus esse immoderatā cibi ac potus  
ingestionē, & ob id fieri nō posse, vt in  
téperantiū, vinosorūq; , ac vetrici gulæq;  
deditorū corpora alātur atq; augescat.  
Coccoctio enim per vitæ intemperatiā  
impedita, necessario humorū crudita-  
tem efficit. Cruda verò, tantum abest,  
vt incrementū corpori sufficiant, vt  
omnino ne alere quidem possint: quo  
fit, vt per vitam variis etiam ægritu-  
dinibus conflictentur. Qui verò tem-  
perantes in victus ratione frugalitatē  
sæctantur, ii inculpatam vsquequaque  
ciborum appetentiam conferuant, opti-  
mèq; non in ventriculo modò, verum  
etiam per vniuersi corporis molem ci-  
bos conficiunt. Cauendum igitur vni-  
cè erit, ne venter torqueatur, adeoque  
ingestis distendatur, vt pulsus velocior  
fiat, & vix spirare liceat. Cui enim ad  
istum modum vorare in delitiis est

D variis

## DE CONSERVANDA

variis sepe periculis exponit. Simili modo & naufragia satietas, non ex crassis & prauis solū, sed etiā subtilibus & boni succi alimentis, vitāda est. Hęc enim tum febres acutas & malignas, tum etiam maximi cruciatus apostematia : illa verò articulorum & renum dolores podagram, asthma, hepatis atque lienis obstruktionem ac *oxypoy*, & ægritudines phlegmaticas & melanochlicas inducere solet. Proinde optimo quidem iure non nocturna solum, sed quilibet etiam ad nauseam usque progrediens satietas, à sanitatis tutela excludēda est. Summopere igitur hoc semper curandum, ne desiderium edendi penitus repleatur, sed locus aliquis vacuus, & edendi voluptas ventriculo relinquatur. Quod Aucenna quoque 3.1. doct. 2. cap. 7. præcipiens, in hanc ferè sententiam scribit. Cibo nemo ita replendus est, ut nihil loci sit reliquū, sed à mensa semper cum fame recedendum est. Hunc simile etiam vulgo dicitur: Nunquā adeò ventrē cibis expleo, quin apud amicos edēdi cella mihi superfis vacua. Et hoc præceptum eos cumprimis tangit, qui natura vehemētiorem ad cibos auditatem consecuti sunt. Quibus verò hęc debilior existit, iis fortasse concedi potest, vt largius paulo ingerant, quam appetunt.

Appa-

## VALETUDINE. 26

Apparandi autem, ex sententia Cornelii Celsi libr. 3. cap. 6. & Aëtii lib. 9. c. 20. cibi plures & varii ac optimo apparet, & ultra dulcedinem etiā elicentes & appetitum irritantes. De cœnæ frugalitate nonnulla etiā suprà c. 3. Visita hoc loco & à multis agitata oboritur quæstio: Vtrum videlicet liberius quidem prandendū, parcus verò coenandum sit. Quæ sane cū ad hanc materiā propriè pertineat, prætereunda nō est. Breuerit igitur hic subiungemus primò quidem argumenta, quibus Conciliator plus cibi in prandio assūmēdū esse probat: deinde verò Leonharti Fuchsii qui bus è diuerso colligit, cœnam vt pluri mū prandio pleniorē esse debere. Conciliator igitur differentia. 121. in hunc ferè modū scribit: Iuxta corporum diversitatē maior, minōrve cibī copia exhibēda est. Illa etenim aut iam in morbum lapsa sunt, aut sub latitudine sanitatis adhuc existunt. In morbū verò lapsa aut iunctū habēt humoris vitiū, aut nō. Si sine humoris vitiō fuerint, tū liberius est cœnandum. Natura enim in eis ciborū cōcoctioni solum modo, nō etiā superfluitatum, quibus carent, maturationi intenta est. Sin verò humoris vitiū adiunctum habuerint, lari- gius prādium cōcedendum est. Quod Aucenna. 1.3. tract. 5. cap. 11. iis verbis

D 2 signi-

## DE CONSERVANDA

significare voluit. Ille, inquiens, cuius consuetudo non subfinet, ut solum festinat in die reficiatur, diuidat cibum suum in tres partes: & sumat duas tercias in prandio, & reliquā tertiam, scilicet partem, in cœna post leue exercitium. Eo namq[ue] tempore, quo calor solaris viuificus natura in concoctione debili op[er]i tulatur, & major superfluitatum sit resolutio, vberior cibus sumendus est. Hoc autem circa horam prandii magis, quam cœnæ contingere solet. Ergo, &c. Ad hæc interdiu ob presentiam caloris vitalis solis & lucis, melior sit concoctio. Solenim Aristotele libro. 2. cap. 2. Physicæ, & libr. 2. cap. 10. de generat. & corrupt. teste, est vita principium. Concoctio itaque diurna duplex habet calidum, nocturna vero non. In eiusmodi etiam natura noctu circa superflorum concoctionem magis occupata est, quare multi cibi exhibitione impedienda non est. Et quamuis calor noctu spirituum ad interiora retractione, & somni reductione in quibusdam confortetur, duo tamen simul, alimentum videlicet, & superfluitates confidere non potest: in his itaq[ue] cœna nonnihil subtrahendum est. Corporibus vero, quæ sub latitudine sanitatis adhuc robusta & sufficienter sana cōsistunt, ac sensibilibus su-

per-

## VALETUDINE. 27

perfluitatibus carent, cum eas propriis meatibus omnes expellant, vberiore cœna vti expedit: vel quod eorum natura ciborum cōcoctioni tantum, non etiam superfluitatum, quibus carent, maturationi intenta sit, vel quod soli corporis robori studeant. Hoc autem noctu magis acquiritur, tum enim ampler fit & sanguificatio, & distributio, atque hinc deinde spirituum generatio. Corpora vero si a p[re]dicto temperamento ac labore nonnihil recesserint, sicut plurima in ægritudinem usque nunc prolapſa, eiusmodi aut fatigantur exercitio laborioso, vehementi, & continuo, aut non. Si quidem fatigantur, vt sunt eorum qui vixit manibus querunt, ipsis largius prandere quam cœnare conuenit. Expeditur enim alimentum, non tantum, vt nutrit, sed etiam humectet & irriget membra ne arefiant ex forti motu, & vt resolutioni ex caloris incendio prouenienti resistat. In prandio igitur vberior cibus assumendus est: eiusmodi enim corpora, propetea quod ira cōsueuerint, ob exercitia a concoctionis opere non cessant. Vsus namque, quemadmodum Avicenna. 3. 1. doct. 2. ca. 7. testatur, res est extra rationem. Calor enim ex motu auctior redditus, concoctionem ipsis accelerat. Quare ter in die eliciente ap-

D 3 pec-

## DE CONSERVANDA

potentia cibum ingerunt, & ingestum probè conficiunt. Sin verò laborioso, vehementi, & continuo exercitio, quemadmodum prædicti, non agitentur: hoc in præsentiarū dupliciter contingit. Ait enim, eo interdum solummodo, & non continuè fatigantur, aut debili tantum vtuntur, quod vtique superfluitatum copiam parit. Si exercitio plurimo, vehementi, ac laborioso vtatur, sicuti viri complures ciuiiles & plebei circa fortunæ bona negociâtes, aut sanitatis conseruationi intenti, vehementi nonnunquam & laborioso exercitio, diu nimis equitando, iter pedibus faciendo, vel aliud quiddam à consueto fortius agendo, fatigantur, his largiori vtiq; cœna, quam prandio indulgendum est. Nam si prædium augerent, cum, sicuti priores illi consueti non sint exercitio adeo vehementi ac laborioso agitari, cōcoctio ipsorum impedita, praus humores generaret: horum etiā calor superfluo motu dissipatus debilitatur, cuius quidem circa interiora aggregatio, potissima fortitudinis & concoctionis causa existit. Hæc autem noctu magis, quam interdiu contingit, quare cœna instantे nocte copiosius alimentum expetit. Eorundem etiam corpora, propterea, quod tam vehementi motu antè agitari minimè soleant,

## VALETUDINE. 28

soleant, humiditatibus referta sunt, ipsis itaque ad resistendum resolutioni & exiccationi, quæ per motū interdiu occurrentem sunt, parvus cibus sufficit. Sin verò exercitiis & occupationibus paucis & leuibus in vita vtantur, prcipiendum est eis, ut yberius prandeat, quā coenent. Et ratio eius eadem est cum illa, quæ in corporibus nunc ægrotantibus adducta est. Hi namque, cum debilem habeant virtutem concoctrice, à calore viuisco & luce Solis plurimum adiumenti percipiunt. Inde enim spiritus propter suum simile confortatur. Ipse enim ut testis est Auicina in lib. de viribus cordis, Trac. I. cap. 2. & libro. 6. naturalium, partic. 4. est lux, aut effigiem habet lucis. Adiumentum etiam ex eo percipiunt, quod superfluitates interdiu poris apertis melius quam noctu expellat. Nō oportet præterea eos noctu vel ob id multo cibo distendi, quod tum natura magis occupetur circa concoctionem crudorum humorum, quos somnus maximè conficit & benignos reddit. Licet enim virtus concoctrice noctu confortetur, tanta tamen esse non potest, ut simul & cibum & superfluitates sufficeret queat. Insuper quoque animaduertendum est, in exhibitione copiosioris, aut minoris cibi in prandio, quam-

D 4 cœna,

## DE CONSERVANDA

cœna, non nihil etiam dandum esse cōsuetudini. Hæc enim cùm in tuenda sa-  
nitate, tum etiam in profligandis ægri-  
tudinibus, plurimum valet, Hippocrate  
libro. 2. de vīct. rat. in morbis acut.  
aphorismo. 20. & sequentibus; & ibidē  
Galen. testibus. Quod vel ex eo osten-  
ditur, quod omnīs subita mutatio, si  
modū excelsit, non parvam lësionem  
afferat. Hinc non temere Damascenus,  
apho. 57. ita scriptum reliquit. Mutare  
consuetudinem, præfertim veterem,  
& noxiū & pestilentissimū habetur.  
Quare malas & prauas consuetudines  
corrigere oportet sed paulatim ac sen-  
sū ad meliora trāsferre. Neque enim  
natura patitur eas, quæ subito fiunt  
alterationes Galen. cap. 16. artis medi-  
cinalis. Plura Rhazes lib. 4. cap. 10. ad  
Alman. & infrā ca. 55. Et sic in vniuer-  
sum patet, largius prædendum, quām  
cœnandum, cùm plurimæ ægritudi-  
nes sint materiales, & corpora pluri-  
ma lapsa. Attamen si semel tantum in  
die comedatur, melius est cœnare, nisi  
oculi aut cerebrum affecta sint: tunc  
enim Haliabbæ. 1. pract. 13. teste, me-  
lius est prandere: alias non parū ægrotan-  
tis oculi & cerebrum laderentur.  
Exigua namque cœna capiti confert  
& oculis, Manardo lib. 6. epist. 4. teste  
Haec tenus ex Cœciliatore adducta, me-  
dici

## VALET VDI NE. 29

dici excellentissimi, Odis de Odis Pa-  
tauinus duob. libris de cœna & pran-  
dii portione, Hieronymus Cardanus  
lib. 1. Contradicentium trac. 5. contra-  
dic. 18. & Leonhartus Fuchsius. libro  
2. Paradox. cap. 2. magna ex parte fal-  
sa esse, firmissimis rationibus conuin-  
cit. Ex quibus Leōharti Fuchsii ratio-  
nes hic in oppositum subiungere pla-  
cuit, vt sanitatis suæ studioſis planè cō-  
staret, quid in re tam perplexa aut fu-  
gere, aut sequi dèbeant. Nemo est, in-  
quit ille, qui hodie medendi methodū  
præscribentium libros, vel à limine fa-  
lutauit, qui nesciat vulgatum atque  
tritum: hoc illius esse decretum, vt nun  
quām non prandio cœna minor sit.  
Quantum verò aberrent, facile depre-  
hendet, qui rem altius expendet. Cœ-  
nam enim in omnibus, demptis iis, qui  
morbis nocturnis & catharrhis seu de-  
stillationibus affliguntur, prandio ple-  
niorem esse conuenit. Qui enim iam  
nominatis corripiuntur morbis ho-  
rum cœna omnino modica sit, tenuis,  
sicca, ac præter aliorum morem: no-  
temq; præueniens oportet, vt ingruen-  
tibus scilicet morbis, natura ab omni-  
bus aliis muniis libera, vnius morbi  
concoctioni operā nayare queat. Sunt  
& qui confuerunt minus in cœna ci-  
borum assumere, quām in prandio,

D 5 horum

## DE CONSERVANDA.

horum certè consuetudo non temerè etiā immutanda erit. Quæ enim ex longo tempore cōsueta sunt, vt ait Hippocrates. 2. Aphorism. 50. & si deteriora fiant, insuetis minus molestare solent. Cur autem in aliis omnibus plenior cœna salubrior sit, multa in causa sunt. Primum autem omnium noctis mox accedens frigiditas, quæ extrinsecus circumstans calorem natuum in profundum secedere, & hoc nomine fortiorum fieri cogit, ita vt necessariò ciborum, tum melior fiat concoctio. Et certè idem potest noctis frigiditas, quod alias anni tempus hypernum, aut regio frigida potest. Horum enim vnumquaq; calorem natuum adaugere potis est. Testis Hippocrates, qui libro. 6. epidem. Tom. 6. apho. 6. sic inquit: Perfrigidior in tempore & regio ne frigidis, per calidior erit. In. 1. aph. 15. quoq; vêtres hyeme & vere natura calidissimos esse afferit. Deinceps est S O M N V S, qui cœnā sublēquitur: hic enim nimurum in modum concoctionem adiuuat. Sanguis enim in somno ad interiora magis refugit, vt testatur. Hippocrates. 6. epidem. Tom. 5. apho. 29. Cūm itaq; sanguis, cumque eo calor nativus per somnum ad interiora secedat, quid mirum si calor auctus fortiorum tum ciborum coctionem efficiat?

## VALE TUDINE. 30

ciar Hinc rectissimè Hippocrat. libr. 6. epidem. Tom. 5. apho. 10. dixit: Labor articulis & carnibus, cibus verò ac somnus visceribus prodeat. Somnum quoque optimè cibum concoquere testatur Galenus libr. 1. de Sympto. causis cap. 8. ita scribens: Itaq; toro hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas quietescere, naturalis verò validius agere videtur. Cuius rei conjecturā ex eo facies, tum quod ipsa, si quando laborauerit, post somnum robustior eudat, idque maximè, cūm à modico cibo somnum admittimus, tum etiā, quod per somnum cibus optimè concoquitur, non solum in ventriculo, verum etiam per vniuersi corporis habitum. Cui subicribit quoq; Paulus Aegineta lib. 1. cap. 97. dicens: Somnus est animalium facultatū quies, ab utili humore cerebrū madefaciēte proueniēs, hunc quietē capesfit, multa consequitur cōmoda. Cibos enim conficit, humores digerit. Quod autē hac ratione plenior cœna esse debet, testatur Galenus, vel quisquis tandem eius libri autor fuit, in lib. de dissolutione continui, in hanc sententiā scribens: Antiqui cœnā prādio præferabant, præcipientes plus ciborum in cœna sumendum esse, ob caloris circa interiora aggregationem noctis frigiditate, & per somnum fractam:

D 6 calor

## DE CONSERVANDA

calor namque in somno ad interiora corporis reuocatur, eademq; calefacit, perinde ut in vigilia contrarium plane accidit. Id quod Hippocrates etiam èpidem. 6. Tom. 4. aphor. 12. iis verbis indicauit. Planè vigilans calidior circa exteriora, frigidior verò circa interiora: dormiens contrà. Sed hic reclamabunt quidam, pleniorēm q; cœnam ideo daminabunt, quod pleno ventre ingrata sit, quies, atque adeo somnus minus conueniens. His ita responsum volo. Nemo est tam sine sensu communis, qui nesciat inter cœnam & somnum aliquid temporis interuenire debere, neque quemadmodum in brutis, nullam aliam nisi vorandi ac mox dormiendi vicisitudinem esse, quum omnium Medicorum consensu cōsultum sit, quo aut hora aut, amplius interfit. Neque etiam est, vt pleniorē cœnam quis eam esse putet, qua multa ingeruntur tanta voracitate, vt vix spirare licet, & periculum sit, ne vel crepent, qui ita sese replēt, sed frugalem potius: talem tamen in qua plus, quam in prandio absimitur ciborū. Quod si tamen hic peccatum fuerit, melius certe in cœna quam in prandio fertur, quod somnus post cœnam non diu subsequens, facilius delictum quam vigilia, quæ prandium concomitur, corrigat. In somno

## VALET VDINE. 31

somno enim, vt diximus, calor interiora petit, & quæ illic sunt, cibis concoquendis solis vacat. Interdiu vero ad exteriora protrahitur, neque iis, quæ intus sunt, proposcere potest, adeo ut verisimile dixerit Hippocrates. 2. vi etus acutorum. 59. Vigilia vehemens cruditatem incoctionemque ciborum tum potlonis efficit. Porro cur cœna prandio pleniorē esse oporteat, & hæc ratio, quod rara admodum existat corporis facultas, quæ paulò liberalius prandium spacio vel quinque vel sex horarum, quod ferè inter prandium & cœnam interest, confidere poscit. Quantum autem incommodi adfert, si quis nondum planè concocto eo, quod prius ingestum fuit, aliud ingreditur? morbum nimirum facit: Vbi enim cibus præter naturam plus ingestus est, vt ait Hippocrates lib. 2. aphor. 17. hic morbum facit. Et si denuo obiecerit, vtrunque somnum à cœna differa mus, tamen quando fieri non poscit, quin ad somnum conuersis, quod materia tum ad interiora tendat, caput impletur, huic Galenus quidem respondebit, qui lib. 4. aphor. 67. ita scribit. Et quidem sicuti à cibo ad somnum conuersis impletur caput, sic in plethoricis dispositionibus somni ipsum repellentes aggrauant cerebrum. Et somni

D. 7. vide-

## DE CONSERVANDA

uidelicet semper nocrent, quatenus ad profundum & uiscera materia confluit, nisi coctionis ratione plus afferrent utilitatis, quam sit dñum, quod ex motu ad interiora consequitur. Et hæc ad uulga rem multisq; communè errorem explodendum sufficient.

¶ De dispositione ante cibi sumptionem, e-  
dendi item atque ciborum ratione.

Caput V I.

TV nunquam comedas, stoma chum ni noueris esfe

Purgatum, uacuumq; cibo, quem sumpsferis ante.

Ex desiderio id poteris cognoscere certo.

Haec sint signa tibi, subtilis in ore diaeta.

Hic traduntur præcepta quædam ante cibi sumptionem seruanda.

PRIMVM, ne sumatur cibus, cū ventriculus quibusdam humoribus uitiosis adhuc plenus extiterit. Corrumpit enim simul alimentum, quod insuper ingeritur, unā cum prauis humoribus, qui prius sunt in corpore, ita ut ipsorum quidem quantitas augearur, qualitas uero seruetur. Eos igitur, ut libro.6.capite. 9. de Sanitate tuenda.

Gale-

## VALETUDINE. 32

Galenus autor est, uomitione, in iis, qui suapte natura facile uomere possunt, expellere prius, quā cibus ingeneratur, oportet. Impura namque corpora & uitiosis humoribus referta, uacuatione potius, quā ea, q̄ræ per cibos fit, refectione egere, testatur cum primis Hippocrat.apho.8.& 10.lib.2. & ibidē Galenus in commen. Ventriculum uero uitiosis humoribus esse plenum, è nō doribus & ruſtibus deprehēdi potest, quēadmodū copioſe admodum Galen. lib.1.cap.4.de loc. affect. docet, ad quā sanè Lectorem nunc ablegamus.

SECVNDVM, ne priore cibo nō dum cōcoctō, necdum in aliū demifuso, alius sumatur: qui enim eo modo supereditur, naturā à prius ingestī cōcoctione deturbat, quò fit, ut quicquid eius confectū ex uentre à uenis mēfriacis in hepā deducitur, reliqua statim omnia etiā inconcocta secū in corruptionē trahat, adeoq; tum uasa ipsa, tum totū corporis habitum cruditatis, & uitiosorū humorū multitudine replete, ac ob id ipsum morbis non raro tentet. Proinde rectissimē Gale.lib.7.ca.6.meth.medē.principit, ut uacuus purusq; ventriculus secundum cibum excipiat. Quinetiam Auicenna.3.1. doct.2. capite.7.idem præscribens, ita ferè inquit: Nemo sanitatis suæ studio

sus

## DE CONSERVANDA

fus aliquid comedat , nisi ad hoc certo prius iu tante desiderio , & ventriculo vna cum reliquis superioribus intestinis à p̄fumpto cibo vacuatis . Priore enim cibo nondum concocto , aliud insuper ingerere , corpori perniciosum est . Porro ex ructu nullam alimenti prioris qualitatē referente , ventriculi tumore iam submisso , recremen torum deiectione , & vrinarum coloratione , licebit conicere , num prior cibis ad vnguem confectus , ac in aluū de missus sit , quemadmodum Galen . libr . 7 . cap . 6 . metho . meden . & post eū Paulus lib . 1 . cap . 97 . luculenter & perspicue docuerunt . Vrina enim que aquæ speciem præfert , crudum adhuc in venis succum esse indicat eum , qui à ventre submittitur . Quæ vero fulua biliosaq; est , iamdudum concoctum esse huiusmodi succum portendit . Quæ modicè paller , peractæ modò secundæ confectionis est signum , quemadmodum eleganter Galenus lib . 2 . de sanita . tuēda cap . 4 . Cornelius Celsus libr . 1 . cap . 2 . & Plinius lib . 28 cap . 6 . docuerunt . Imperfectæ aut concoctionis , vt testis est . 6 . sectio . apho . com . 1 . Galenus acidus ructus certum indicium est . Signa etiam , quibus certò comprehendi poshit , vtrum à vitiosis illis humoribus , ac prius ingestu cibo vacuis fit

ven-

## VALETUDINE . 33

venter , nec ne , & hic subiunguntur . PRIMVM , desideriū certūm , hoc est , vehementior & vera noui alimenti appetentia , siue fames . Nam de Medicorum ferè omnium sententia duplex fames est , vna quidem vera & naturalis , altera verò mendosa . Veram de scribit Galenus apho . lib . 1 . comment . 16 . sic inquiens : Famescere illos dicimus , qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt . Idem libr . 1 . cap . 7 . de causis sympto . diertè admodum & copiosè harum appetentiarum rationem & diuersitatem describit , quem locum , vt pote scitu dignissimum , hic integrum subiicere placuit . Nam quoniā inquit , cutetenus vñquodq; animal in ambiētē aërem digeritur , accedit , vt membra , quæ sub ea sunt , prima vacuentur : quorum ingenita vis ex proximis sibi alimentum trahit , id scilicet , quod vacuatur reficiens : deinde rursus illa , ex iis , quæ sibi sunt proxima : sicut quæ tertio loco sunt polita , ab iis , quæ sibi . Atque ita semper per continuum , veluti in chorō quoniā translatione celerrimē facta , ad venas , quæ ad ventriculum pertinent , vacuatio peruenit . Hæ verò & solent pariter , & natae sunt ex ventriculo nutrimentum trahere , perinde vt stirpium radices , quæ in terrā sunt demis-

## DE CONSERVANDA

demissæ ab ea. Cum n. hoc opus uniuersum naturale sit, nō animale, similiiter in stirpibus & animalibus perficitur. At in stirpibus quidem, terra perpetuo paratum, largumq; alimentum rigantis ritu subministrat: quamdiu coelitus temporum status pro natura se habet. Quando si ex terra squaloris excessu siccatus est humor, stirpes nutrimenti penuria marcescunt. Animalibus autem, vt pote terræ non affixis, præter utique pauca quædam, natura ventrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit, quemadmodum stirpibus terram. Dedit autem animalibus & penuriæ sensum: quo scilicet ad cibum potionemq; proritata, in tempore compleantur. Vocaturq; eiusmodi implendi desiderium appetentia. Fit autem ex penuriæ sensu: cum scilicet venæ ex ipso ventriculo, veluti emulgentes suggentesq; aliquid trahunt. Non ferens autem eum suctum ventriculus, sed veluti diuulsus, offensæ eius medelam cibum comparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos conuertuntur: atque ex iis nutrimentum trahunt: nequaquam ex ventriculo. Fitq; post cibi sumptuinem, vt & venæ simul ad cibos se conuertant, & ventriculus ex iis, quātum prius per venas est exhaustum, in se ipsum trahat. Ac suctus quidem ipsius

sen-

## VALETUDINE. 34

sensus, famæ est. Hæc Galenus. Cū igitur ventriculus non appetit, signum est, membra nondum refectione indigere, sed satis adhuc alimentorum in promptu habere. Quod certè & ipsum Galenus libr. 3. cap. 13. de facult. natura lib. innuere voluit, inquiens: Venter si melius paratiusq; nutrimentum habet, externum non postulat. Cibi igitur exhibitus diutius adhuc differenda est: nam quicquid tum ingeritur, grauat naturam, non iuuat. Porro mendosa famæ, est cibi appetentia corpore non indigente. Quæ quidem, vt idem Galenus libro. 1. capite. 7. de causis sympt. docet, tum maximè fieri solet cum acidus quispiam vitiosus succus ventriculum mordet. vitiosus nanque succus, qui frigidus est, similē suctui mortuum infert. Appetentiam verò proritat naturalis affectus similitudine. Alimenti autem, non potus desiderium excitat propter frigus. At uitiosò succo, qui falsus & biliosus fit ventrem mortidente, potio magis quam cibus expectatur. Præterquam enim quod calefiat, siceturq; ab eo ventriculus, quæ utique sitis causâ sunt, etiam liquari funditq; tum in eo, tum uenis succos contingit. Fundendorum autem succorū Symptoma, ea quibus continentur implet, quemadmodū frigiditas uacuat.

Itaque

## DE CONSERVANDA

Itaque etiam non parum ad esuriem frigiditas eorum, quæ in ventre habentur, confert. Cum & corpora eorum, tunicasq; vacuet, & cogendo constringendoque ad appetentiam irritet. Atq; ita quidem virtuosus succus acidus, stypticus, & frigidus mendoſe famis existit cauſa.

SECVNDVM variaz famis signū, est subtilis diæta, videlicet præcedens, hoc est, parua cibæ exhibito; quādo enim & hanc fames sequitur, tūc illā & veram & naturalem esse significatur. Vnicè igitur semper cauēdū, vt nū quā neq; prandieatur, neq; cœnetur, nisi cōfuerat hora, ac illiciente prius appetitu, nec eo cibum exigente differatur. Omnis enim mora illi nocuæ est, nisi suspectus sit esse mēdosus, qualis ebrio rū, & fastidio laborantiū esse solet. Nā si vētriculus alimentū postulat, vt Galenus li. 3. ca. 13. de facul. naturalibus autor est, nec eius copia est, excrementis impletur. Ea sunt sānies quādam biliōse, pituitosq; ; atque ferosæ, quas solas trahenti illi, tum scilicet, cum nutrimento indiget, iecur remittit. Hinc non temerē hastenus hoc usurpatum est. Diutius tolerare famem, vētriculum malis ac putridis replet humoribus, quos attrahit ad se loco cibi. Et hoc quidē experientia constat. Quando

## VALETUDINE. 35

do enim ieunamns, tunc per noctem auiditate quadam ac cibos imitari solemus, sed illis denegatis, nullam omnino appetentiam postero die percipi mus. Vnde satis liquet, uentriculum, & maximè orificium eius, iam dudum uitiosis humoribus esse plenum, quæ ramen non uera, sed mēdosa replerio est, & ob id paucō assūpto cibo regreditur statim appetentia. Cauendū etiā ne cibus assūmatur, non præunte corporis exercitio. Neque enim temerē ab Hippo. 6. epidem. part. 4. a pho. 28. dictum est, *πῶοι στίλων οὐ εἰσώσαντες*. Labores cibos præcedant. Nam qui cibus manē, antequām prior descende Ciborū rit, uel paulo antē exercitationem in geritur, is Galeno lib. 3. cap. 1. de causis Sympt. teste, & intempestiuē sumitur, & cruditatis etiam causa existit. In ciborum præterea ratione, quemadmodum cap. 24. method. perueniendi ad medic. Leonhartus Fuchsius diligentes admonet, id quoque unicè obseruandum, ne illi præpostero ordine ingenerantur: id quod fiet, si concoctu facilia iis, quæ difficulter concoquuntur, præmittantur: & si liquida solidis & aridis, & lubricantia astringentibus antecedant. Ordo, uerbi gratia, præsterus erit, si cotonea aut punica mala primum ingerantur, postremum autē olera

## DE CONSERVANDA

olerā ex garo. Debent etiam ea præmit  
ti, quæ facilē & nullo fermè labore sub  
fidunt, ut sunt liquida: quæ uerò tena-  
cious hærent & difficulter labuntur, ut  
solida & arida, postremo: idq; si uen-  
triculus naturaliter s; habeat. Nam si  
cui uentriculus sit natura laxior, huic  
præstiterit adstringentia magis laxan-  
tibus præposuisse, quo ab illis robo-  
ratus uentriculus reliqua melius con-  
ficeret posse. Hæc eadem ferè docent  
Cornelius Celsus libro. 1. capite. 1. &  
Galenus lib. 2. cap. 11. de alimentorum  
facultatibus. Iam uerò cautio etiam sit  
ne in una eademq; refectiōne multi si-  
mul & uarii afflūmātūr cibi, ac tempus  
deinde comedendo ultra quām satis  
est producatur, præsertim si ex diuer-  
sis illi constent facultatibus. Ex eo au-  
tem genere cum primis fuerint cibi ua-  
riæ substantiæ, ut exēpli caufa, ab Au-  
ceenna ponuntur, carnes & pisces, uel  
pulli & suilla, &c. Nam quæ ad istum  
ingeruntur modum, uarie corpus pro-  
succorum diueritate afficiunt, & cōco-  
ctionem non, ut par est, fortiuntur. Po-  
stremo enim accedente cibo, iam pri-  
mi incepta cōcoctiō est, atq; ita partes  
quidem in coquendo redduntur dissi-  
miles adeo, ut primo loco ingesta, con-  
fecte ferè sint prius, quam ad extremū  
sumptæ, medium concoctionis suæ at-  
tingant,

## VALET UDINE.

36

tingant, unde sépenuimero posterius  
coquendorum sequitur corruptiō . Id  
quidem Auicenna quoque innuere vo-  
luit. 3. 1. doc. 2. cap. 7. in hanc ferme sen-  
tentiam scribens: Nihil quidem dete-  
rius est, quām si multa simul ac uaria  
ciborum genera coniungantur, atque  
iustò longius deinde in comedendo té-  
pus protrahatur: cùm enim postremū  
accedit nutrimentum, primum iam ali  
quo modo confectum est: partes ergo  
in coquendo nō adsimilātur. Atq; inde  
sane morborum scaturigo, qui ex repu-  
gnantium sibi humorum discordia na-  
scuntur. Iam ipsius quoque uarius co-  
quendi modus bonæ corporis tempera-  
turæ non parum officit: ut si in eadem  
refectiōne multi elixi, frixi, & asfi cibi  
sepius inuicem modo liquidi, modò  
solidi & aridi ministrentur. Atq; hinc  
est, quod Horatius lib. 1. Serm. Saty. 2.  
ubi uictum frugalem ac simplicem pro-  
dignitate laudasset, hanc saporum cōdi-  
mentorūm; aceruationem, ut perni-  
ciosam, his uersibus detestatus sit.

Cibis  
sq.

Accipe nunc uictus tenuis que, quantaq; se-  
cum.

Adserat, in primis ualeas bene, nā uaria res.  
Vi noceat homini, credas, memor illius efca,  
Quæ simplex olim tibi federit, ac simul asis-  
Miscueris elixa, simul conchylia turdis.

Dulcia

## DE CONSERVANDA

Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum.

Lenta feret pituita, rides, ut pallidus omnis,  
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum  
Hesternis vitejs animum quoque pregravat  
una.

Atq; effigit humo diuine particulam aure.

Pari modo & plin.lib. 11. ca. 52. hæc  
saporū aceruationē dānauit. Homini,  
inquiēs, cibis vtilissimus, simplex. A-  
ceruation saporī pefifera, & condimen-  
ta perniciofiora. Atqui hic nobis for-  
tasle obtrudet, q; spīā pleruq; uenit &  
gulæ mirificè deditos, qui sèle à primo  
statim diluculo ad summā vsq; noctem  
multo uarioq; cibo & potu nō impleāt  
folūm, sed etiā distendant, adeoq; cibū  
cibo excipiāt, & toti sint in cōpotatio-  
nibus, cùm nihil tamen inde mali per-  
cipiant, immò uero multis incōmodis  
difficultatisq; afficiantur, si uel mi-  
nimū ab ista cōsuetudine deflexerint.  
Huic Galenus quidem respondebit,  
qui in libr. de cibis boni & mali succi  
cap. 12. ita scriptum reliquit. Hæc enim  
quāmuis protinus nullam iuuenum  
corporibus sensibilem lēsionem infe-  
rant, sensim tamen, occulteq; crescente  
uitio cùm iam artas progresū tempo-  
ris inclinarit, articulos, neruosq; que, &  
uiscera iis morbis uexāt, qui uel diffi-  
culter

Gulosi  
valentes.

## VALETUDINE. 37

cultur admodum, vel omnino tolli non  
poslunt, neq; id quidē temerē : namque  
ea pars corporis, quæ natura imbecil-  
lisima est, à leudente quolibet partitur.  
Quod aurē vitiosi humores morbiq;  
gignantur, cruditas assidua in causa  
maximē, siue ea ex boni siue ex mali  
succi oriatur cibis. Quin Auicē. quoq;  
31.doc.2.ca.7. idē cōfirmans sic ferme  
inquit: Ille, cui mala nutrimenta con-  
coquūtur, non gaudeat ex hoc. Noxa  
enim etiā ad tempus fortasse delitescit  
temporis tamen successu sese exerit, &  
grauissimam certissimamque neglectæ  
artis medicæ pœnam adfert. Atq; hinc  
adeo pauci eorum, qui istum uiuendi  
modum sectantur, destinatam senectu-  
tis metam contingunt, sed crudis ex  
intemperantia aceruaris succis, poda-  
gra, cālculo, lepra, carcinomate, febri-  
bus aliiq; id genus malis prius torti,  
vitam cum morte commutant. Præstat  
igitur, vt disertè à Fuchsio nostro scri-  
bitur, temperantia & parcitate animū  
corpusq; vegetum ac sanum seruare,  
quam crapulam, crebrisq; compotatio-  
nibus, & immoderatione infirmum,  
morbosum, Deoq; & hominibus odio-  
sum reddere, ac ne illud quidem silen-  
tio prætereundū hoc loco, quod pro-  
tracta ad vnam ferē horam mora, ac  
iustæ commanducionis & deglu-  
tionis

E

**DE CONSERVANDA**  
tionis gratia comedioni interposita,  
non laudabilis modò, sed ad tuendam  
etiam valetudinem utilissima censatur.  
Cibus enim qui exactè dentibus man-  
ditur, extenuatur, & molitur, ac sensim  
deinde atque tardè deglutitur, et si im-  
perfectam ac modicam omnino, ali-  
quam tamen, ut in suo genere estiman-  
dam alterationem in ore consequitur,  
quemadmodū libr. 3. cap. 7. de naturali  
facul. Galeno & Auicennæ. 1. l. do. &. 4.  
cap. 2. vñsum est. Cæterum imperfecta  
commādūcātio vt concoctioni contumax  
est, ita etiam horrorem quendam  
& insuauitatem adferens, ciborum ap-  
petentiam auertit. Mora verò quæ in-  
ter edendum, multis vñtrò citroq; ser-  
monibus collocationibusq; interposi-  
tis, ad duas vel tres horas protrahitur,  
admodum noxia est, eamq; nocumen-  
ta haec tamen enumerata sequuntur.  
Ultimus versus in quibusdam Exem-  
plaribus hoc etiam modo legitur.

Haec sint signa tibi, subtilis in  
ore saliuia.

N E C male quidē. Nam saliuia quæ  
subtilis & nulla qualitate infecta, sed  
perinde quasi aquosa gustui offertur,  
tum coctionis, tum absolutæ sanitatis  
etiam indicia ostendit, Galeno l. 3. ca.  
6. de locis affectis teste.

¶ De

**VALETUDINE.** 38  
¶ De Melancholicis & vitandis cibis.  
Caput VII.

Perfica, poma, pyra, et lac, ca-  
feus, et caro salsa,  
Et caro ceruina, et leporina,  
bouina, caprina,  
Atra haec bile nocent, suntq; in  
firmis inimica.

H I C recensentur decem ciborū ge-  
nera, quæ sanguinem ferosum & Melā-  
cholicū efficiunt, eoq; infirmis nocent.

P R I M V M, perficæ de quibus lib.  
2. cap. 19. de aliment. facult. disertè ita **Perfica**  
Galenus scribit. Isporum succus, & ve-  
luti caro facile corruptur, prauaque  
omnino est. Quocirca (quod quidem  
facere solent) non sunt post alios cibos  
mandenda: corruptuntur enim in su-  
perficie natantia, sed in omnibus, quæ  
praui quidem, sunt succi, verùm humi-  
da sunt ac lubrica, & quæ subduci fa-  
cilè queant, id communiter tenēdum,  
ea ob hoc ipsum ante alios cibos esse  
sumenda. Ita enim fieri: ut & citius sub-  
ducantur, & aliis cibis viam muniant.  
Quæ si sumpta postrema fuerint, vñ  
secum alia quoque corruptent. Atque  
inde sanè patet, hoc dictum de iis intel-  
ligendum perficis, quæ matura post  
alios cibos vltima eduntur. Præsum-

E 2 pta

## DE CONSERVANDA

pta enim stomacho conferunt, ventrem leniant, & ciborum appetentiam praestant. Diocorides etiam lib. i.ca. 130. idem testatur in eum modum scribens: Persica matura tam stomacho, quam ventri utilia sunt: Acerba aluum cohibent, sed secca vehementius. Decotum è fiscis alui stomachiq; fluxiones fistit, Simeon quoque Sethi de persicis hæc refert. Persica, inquit, quidam in tertio ordine refrigerantium humectantiumq; posuerunt, alii in primo, alii verò in secundo, quod etiam certius est Phlegma generant, non facile concoquuntur, celerrimè in vetriculo cor rumpuntur: propterea qui crebrius ad satietatem his vtuntur, in febres incidunt: lœdunt & neruos proprietate quadam. Oportet verò hæc ante cetera cibaria assumere, & super his meracum bibere. Quæ ex his matura sunt, ventrem ducunt: immatura contra fistunt, eoq; efficacius secca. Foliorum succus in potu sumptus, lumbricos ventris perimit: idem perficit, si cum foliis vmbilico apponatur. Suscitant quoq; ciborum appetentiam persica, profundit & inflammato ventriculo; & genitali semini adiiciunt, serosum tamen sanguinem parant: sèpiusque post vnum vel altero mensem ob putredinem febris tum longiores, tum etiam difficul-

ter

## VALETUDINE. 39

ter solubiles gigantunt.

Illud etiam obseruare oportet, ne super hæc aqua bibatur. His amplius addit Plinius Valerianus, perficorum foliis fiscis, & in puluerem redactis, plagas cruentorum vulnerum claudi, quam facultatem Serapion ipsis etiam persicis fiscis attribuit. Quanquam autem persica iam dictis viribus prædicta sunt, quia tamen humor inde genitus facilè corrumpitur & putreficit, noxia sunt infirmis, & maximè si præpostero ordine ac intempestiuè sumuntur.

Infrà cap. 42.

S E C V N D V M, poma siue mala: In quibus, auctore Simeone Sethi, multa differentia est: quæcunque enim ad stringunt, frigidū habent & terrestre suum. Quæ acris sunt, frigidum quide verum tenuem illum habent. Mediis autem temperamenti sunt dulcia, quæ ad caliditatem magis vergunt. Omnia certè quadam peculiari proprietate neruis nocent: nocent & quæ matura non sunt. Dicuntur & lapidem seu calculum gignere iis, qui ad satietatem ipsis vtuntur. Verum utilia sunt ad *λεποθυπιας*, i. animi deliquia, & cordis debilitatem. Spiritum quoque flatulen tum in secunda concoctione generant eoque infirmis nocent, sicuti de pyris inox dietur. Neque verò ab his folium

E 3 fructi-

## DE CONSERVANDA

fructibus, sed ab omnibus etiam quæ sanguinem seroso ac ebulliente succo replet, ægrotos abstinere conuenit. Eiusmodi plane sunt recentes, & qui ante perfectâ maturitatē eduntur: cum enim humidius alimentum, ob idque excrementosius præbeant, non fecus in corpore humano feruent & ebulliunt, atque vinum, quod nuper ex fructibus vel vuis expressum est, in dolis: & hoc quidem ob caliditatē ipsiſ à Sole, cum matureſcerent, ingenitam, quemadmodum lib. 4. ca. 3. de vſu partium Galenus attestatur. Et hoc certè Auicen. 3. 1. doc. 2. ca. 7. teste, commune est omnibus cibariis, quæ sanguinem seroso succo implent. Porrò & si verò hoc interim ſpacio, quo manduntur, haueſtent, ob fucci tamen ebullitionem propte in ventriculo corrumpuntur, & ſanguini putrido gignendo accommodatiſimi ſunt, qua de cauſa nō temerè Auicen. 1. 4. trac. 2. ca. 7. fructus recentes omnes febricitantibus interdixit. Plura Galenus lib. 2. ca. 21. de ali. men. facul. & infrā, cap. 39.

TER TIVM pyra. quæ ſanè, perinde vt & alii fructus recetes ac crudi, cōmuniter: hoc poſſident, vt ſeroſo ebulliēteq; ſucco ſanguinē expleat, eūq; putrefactiōni obnoxium reddant: quo fit, vt corū cibis Pli. libr. 13. ca. 7. teste, non

## VALETUDINE. 40

non ægrotis ſolum, ſed ualentibus etiam onerosius ſit. Inflationes quoque excitant, & ob id crebrius effrata colicos affectus uſcitat. Sed innoxia fiunt, ſi vna cum carminatius fulgo dictis, hoc eſt, calfactientib. tenuantib. & flatu expellentib. comedantur, vel ſuper hiſ vinū vetus & odoratū bibatur. Quod Galenus lib. 1. cap. 26. de alimen. facul. palam etiā ita ſcribens confirmat. Quicquid omnibus cibariis inefl flatulentum, id per calfactientia & tenuantia corrigitur. Pyris præterea ea facultas inefl, vt inter ceteros fructus quam maximè impinguent: quare ſues ipſorum eſu magis quam quorumlibet aliorum fructuum pingueſcant. Laudatio ra ſunt odorata, & dulcia, & ex ipſis cocta, quam cruda, meliora. Coquenda vero cum foeniculo, aniso, & ſaccharo. Infra cap. 13. & 39.

QVARTVM, lac hoc enim faciliè corrumpitur, inq; nidore in aciditate in impuro ventriculo transit. Quapropter putrida febre correptis exhibendum non eſt, quia plurimo calor conuerſatum, in nidorem statim abit. Huc accedit, quod in ventriculo febricitantium haud concoquatur, ſed potius corrumpitur, adeoq; febres auget. Caput quoque dolentibus malum eſt, quod conuermat Galen. qui lib. 3. de Lac.

## DE CONSERVANDA

alimen. facul. ca. 14. lac capiti, nisi quis  
ipsum habeat admodum firmum, non  
esse accommodum tradit. Cuius qui-  
dem rei causa alia non est, quam quod  
lac sit nidorosum, ac facile evaporet,  
caputq; petat, adeoque dolorē augeat.  
Nocet præterea sitibundis, & aliis nō-  
nullis, de quibus Hippocrates aphor.  
64. libr. 5. & ibidem Galenus. In phthisi-  
ta tamen, hecūca, & aliis quibusdam  
passionibus, vt Hippocrates loco iam  
citato autor est, vtilissimè conceditur.  
Quā de re copiosius in fr̄a ca. 34. Quan-  
quam autem lac infirmis ex v̄su non  
fit, in fānis tamen ad bonos humores  
gignendos, ex iis præsertim animali-  
bus, quā bono corporis habitu sunt,  
probatisimum habetur: Et hoc qui-  
dem si in ventriculo & hepate perfe-  
ctè concoquatur. Tunc enim mor-  
daces succos, quo sunque inuenierit,  
expurgat, quā de causa in vrinæ diffi-  
cultate & acri egestione alii, non solū  
bibere conducit, sed etiam infernē per  
clysterem infundere. Ad acres enim &  
mordaces fluxiones commodissimum  
est, non solum abluens ipsas de parti-  
bus infestatis atque hoc per extenso-  
riam humiditatem, quam in serosa sui  
parte complectitur, sed etiam crastifie  
ac pinguedine sua corporibus oblitum  
ac inducum, non finit influxum acrē

nudis

nudis ipsis allabi. Ad pulmonis itaque  
ac intestinorum vlcera, item renum,  
vesica, ac vteri, & ad papularum eru-  
ptiones, & furunculos, & alias cutis a-  
sperritudines conuenientissimum est in  
potu, adeoque cutem ipsam pulchram  
ac nitidam reddit. Ad hæc lancinga-  
menta ex veneti potionē, & quā in vrinæ  
meatu fiunt, compescit. Item ad eos  
qui cantharidas hauserunt, aut bupre-  
stis, & in summa ad medicamenta erò-  
denta ac exulcerantia, & ad hyoscya-  
num velut peculiare remedium est.  
Nam statim resipiscere affectos facit.  
Cæterū in gutturis exulcerationi-  
bus, quā cūm alias ob causās multas,  
tum ex anginis fiunt, & his qui ephe-  
merum sumpserunt, lac gargarisare  
conducit. Corporibus præterea tem-  
peratis, quorum ventriculis nihil bi-  
liosi & phlegmatici humoris insidet,  
vtilissimum habetur. His enim bene  
concoctum multum nutrimenti su-  
mittit, probum succum generat, bonā  
earnem longè meliorem reddit, & cor-  
pus conuenienter humectat. Hoc ta-  
men imprimis cauere debet, qui lac bi-  
bere voluerit, vt interim à reliquis ci-  
bis ac potibus abstineat, donec conco-  
ctum sit, ac sécesserit. Si enim ante eius  
concoctionem, alium cibum quis su-  
mat, necesse est & ipsum lac corrumpi,

E S &amp;

## DE CONSERVANDA

& cibum qui superingestus est. Præstat autem manè bibere recens multum, & tunc plures labores detrahere, quiete ac sensim ambulare, & intetim celfare, citra somni admissionem. Qui enim hoc modò se gesllerit, potum lac excernet, idque inutiliter secum educet. Opus est enim si quid aliud, primum acceptum secedere, quo facta aliud bibere. Principio igitur secedit alio cōmodè purgans, non totam corporis molem, sed quæ in alio & intestinis sunt partibusque vicinis. Post hæc in venas defertur, optimèque nutrit, & non amplius secedit, sed ventrem fistit. Corporibus verò disteperatis infestū inimicumque est. In calidioribus enim citò in nidorē atq; bilem, in frigidioribus verò in aciditatem & putredinē commutatur. Circa electionem denique lactis sciendum, pro ipsorum animalium specie haud parvum esse differentiam, Boum namq; lac crassissimum ac pinguissimum & concoctu difficile est, & ob id in ventriculo inflatus vertitur, venarumq; obstructionem parit. Liquidissimum autem ac minime pinguë, est camelorum, mox equarum, deinde asinorum: medixa autem cōsistenter est caprarum, hoc crassius ouium. Lac igitur caprarum, cum inter cætera lactis genera moderate se habeat, neque pingue

VALETUDINE. 41

gue admodum, neque crassum sit, meritò in virtutis salubris ratione præferatur. Quin & caprarum inter se in unicemque collatarum, & secundum anni tempora non parva differentia est. Earū enim quæ modò pepererunt, lac liquidissimum, sed tēporis progreßu magis semper ac magis incrassescit. Aestate verò media, ipsum etiam in medio suæ naturæ coſtituit, post id tempus sensim iam incrassescit, quod penitus deficit. Vere autē vt liquidissimum, ita etiam copiosissimum est. Quo sit, vt eligendum sit lac caprari, nō quidē prægnanti, sed enixarū, quæ tamē, quod ad partū ipsum attinet, mediocriter se habeat, hoc est, quæ neq; nuper enixa sint, neque multum à partu recesserint: hoc interīm non neglecto, vt ipsi etiā alimēta propria affatim sappetā. Ac ne illud quidē silentio prætereundum hoc loco, q; lac caprinū sine melle sum p̄t, haud citra periculum sit. Plerisq; enim qui purū illud hauferunt, cōctū est in vētriculo in speciem calei: quod quidē quā accidit, mirum est, quā aggrauer hūminem ac strangulet. Ob eā causam, lac vbi fumū nonnulli, ne in vētriculo coaguletur, mellis, aquæ & faliis nonnulli admiscant. Atque hæc quidē hoc loco de lacte sufficiant. Plura Galaeus libr. 3. ca. 14. de alimen-

## DE CONSERVANDA

facul. & libro. 10. cap. 7. de medica. simili facul. & in libro de cibis boni & mali succi c. 6. Oribalii lib. 1. 4. Sinopleos ad Eustathiū c. 12. 18. & 40. Paulus lib. 1. c. 86. & 87. & Aetius lib. 1. ca. 9. & 93.

Cafens.

QVINTVM, Cafens: quod quidem cū in omni cafēorū genere, tum de inutero. cum primis intelligendum est. Hic n. ob coaguli & salis, dum præpararetur iniectionē, tēporis progreſſus acrimonīā afflūpsit, humiditatēq; omnem depositū, quare scipio etiā acrior est, & manifeste calidior, atq; ardētior evanescit, & ob id ipsum peioris quoque & crassioris succi, & ægrius cōcoctilis effectus est: præsumptorum quidem concoctionē adiuuat certè, sed ipse difficultius concoquitur. Atque hinc adeo iam vulgo dici solet:

Cafens est nequam, quia concoquit omnia, sē quam.

Nutrimentū habet exile, stomacho nocet, & ubi forte fortuna in corpore supercalefactus fuerit, quemadmodum dīferē Galenus lib. 3. ca. 6. de Io. affec. scribit, facile melancholicum humorē parit: recēs flatuosus quidē minus est, sed ventrem magis magisq; siccūlo fus & flatuosus est, nec ad calculatorū in remib. procreationem minus existit no-

xius.

## VALETUDINE. 45

xius. Deterriūm præterea edulium est iis, quemadmodum hoc ipsum Hippocrates libro 4. de vict. rat. in morbis acu. apho. 92. clarissimē ostendit, qui se potū replerunt. Grauitat siquidem os ventris primumq; corruptitur, & alia deinceps secū corrūpit. Fugiendus igitur est eiusmodi, ut qui nihil conferat, neq; ad coctionē, neque ad distributio- nē, neq; ad mouendā virinā, neq; ad ventris deiectionē, ceu vtique nec ad succi probitatem: porrò recens ac mollis ca- feus, frigidū humidiq; temperamen- ti est, & duro siccōque flatuosior exi- fit, sed eo minus adstringit: minusq; crassi succi est, nihilominus tamen ægrè conficitur, obstruitque & calcu- los gignit. At verò qui inter vtrūque, recentem nimirū & inueteratum, glutinosū & friabilem, durum ac mollem rarum laxūmve & validē den- sum coactūmve medius exiſtit, quiq; dulcedine nonnulla participat, modi- ceq; salis est, neque lachrymas, cum incidunt, profundit, neque tardius al- uo fecedit, sed odore & sapore iucundus, moderatēque pinguis est, atque ex bono lacte pulcherimē elaboratus ī vtique reliquis omnibus longe mul- tumq; præstat. Verūm post alios ci- bos ultimo loco, & exigua plane co- pia ingerendus est, alioquin & ipfe, ni-

E 7 hilo

## DE CONSERVANDA

hilo secius ac reliqui casei, ventriculū grauat, coctionē impedit, aluū cohiberet crassis humores, atq; flatus in corpore, lapidēq; in renib. parit: Solus igitur Caseus ille bonus, quem dat avaram manus.

Plura de hoc apud Galenum. libr. 3. cap. 16. de alimen. facul. & lib. 10. ca. 9. de simpl. medi. facul. in lib. de cibis boni & mali succi cap. 6. Paulum lib. 1. ca. pte. 89. & Aetium lib. 2. cap. 101.

**Caro sal  
sa.** SEXTVM, caro falsa. Caro enim sale cōdita, atq; Sole deinde aut vento siue fumo exarefacta, cuiuscunque ea generis, vel animalis fuerit, substantia cū duriore, tum ad coquendū etiā difficiliore constat, & tardius permeat. Alimentum quoque corpori præbet exiguū & mali succi, ideoq; sanguis inde generatus crassus existit, atq; melancholicus, ac proinde, si frequens eius vīsus fuerit, non solū infirmis, verum etiam sanis officit, quemadmodū idipsum ex Galeni libr. 3. cap. 6. de loc. affect. & cōment. 18. lib. 2. apho. & post eum ex Auicenne. 1. doct. 2. in fine capitis. 15. aperte colligitur.

**Caro cer  
niva.** SEPTIMVM, caro ceruina, cui & ipsi lane cū omni bus duris & siccioribus carnibus hoc commune est, vt succum vitiosum, concoctu difficilem, ac melancholicum generet. Id quod Galenus in lib. de renum affec. digno. &

## VALETUDINE. 44

& medicat. ca. 26. clarissimè ostendit, Ceruinam, inquit, carnē vitabis, quippe quæ dura sit, concoctu difficilem, & melancholica. De ea hoc amplius Simeon Sethi scribit: Vnicè cauendum, ne quis carne vescatur ceruorum, qui per æstatem capiuntur, quod eo nimis tempore viperas siccè & serpentes deuorent, atque ideo sitibundi admodū fiant. Attamen, cùm natura instinctu edicti nouerint sibi futurum exitio, si ante illorum concoctionē aquā hauserint, fortiter sitim tolerant, eaq; incenduntur. Cerorū igitur carnes eo anni tépore venenosæ ac valde noxiæ sunt: & idcirco obſeruandū, ne quis eis per æstatem vescatur. At verò hyeme tutius sumuntur, meliusq; ab innato calore superantur. Nisi enim probe concoquuntur, crassum humorē generant, iecurq; & splenem obſeruent obſtruuntq; Quinetiā corpus tremulum atque infirmum euadere ex frequenti & immoderato eius vīsu traditur.

OCCTAVVM caro leporina. Hac Paulus Psellus, & Rhazes inter cibaria atram bilem gigantia connumebant. Simeon Sethi, quasi colligens. quæcunque à veteribus dicta erant, in hunc modum de ea scribit: Leporum carnes, his qui exicare corpus volunt, sunt

**Caro le  
porina.**

## DE CONSERVANDA

sunt valde yiles. Qui verò temperatu-  
ra sunt sicciora, minus conferunt: san-  
guinem enim crassiarum partium & me-  
lancholicum dignant, aluum cohibet,  
& vrinam proritant. Quod si tamen  
probè concocta fuerint, non omnino  
male nutriunt. Contrà verò, obstruc-  
tionem hepatis ac spleni efficiunt, pul-  
monique nocent, & immodicis tor-  
quent vigilias: Isaacus in diætis vniuer-  
salibus, leporinam pro pharmaco po-  
tius quam alimento habendam ce-  
set. At ne hoc quidem ignorandum,  
quod tum hæc caro, tum ceruina quo-  
que, si fuerint animalium ætate de-  
clinantium, simpliciter sint euitandæ.  
Si quis tamen comedere omnino ex-  
petat, ei sine partui propinquiores  
sunt eligendæ, quo nimirum natura-  
lis earum siccitas ab ætate temperetur.  
Eadem ratione & pinguiores longe co-  
teris antecellunt. Siccitas namque pri-  
mæ correcta ad mediocritatem in eiusmodi animalibus inflectitur.  
Verum de hac ipsa Ioanne Manardo  
libro. 13. epistola. 4. diligentius nemo  
differuit.

**Caro bo-**  
**wina.** N O N V M, caro bouina: circa quā  
notandum in primis, & foemina ip-  
sam, que vacca dicitur, & utrumq; ma-  
rem, tam eum, qui castratus est, quām  
cum etiam, qui integer ad speciei pro-  
paga-

## VALETUDINE. 45

pagationem reseruatus, taurus nomi-  
natur, communi hac boum appellatio-  
ne significari. Atq; hi sancè non parum  
inter se ætatis ratione differunt. Exte-  
mæ nanq; ætates, vt in aliis non pau-  
cis, ita in his quoque vitiosæ sunt. Me-  
diæ verò optimæ & saluberrimæ. Vi-  
tulorum igitur recens editorum caro-  
nimis mucosæ & excrementitia est. Bi-  
mestres auté, quiq; paulò ultra citrâve  
eam ætatem confidunt, temperamen-  
to viciniores sunt, & carnes habent  
ad concoquendū perfectis bobus præ-  
stantiores, & multum alimenti corpo-  
ribus exhibent, boniq; succi habetur.  
Profectiores verò, qui tamen floren-  
tem ætatem nondum attigerunt, tem-  
peramento sunt quām fenes minus sic-  
co, magisq; iis iuuenib. conueniunt,  
qui bono sunt corporis habitu. His  
perfectæ ætatis boves valentius qui-  
dem alunt, sed ægrius tum cōcoquen-  
tur, tum in membra distrahitur. Por-  
rò ad senium vergentium, atque ipso-  
rum etiam senum carnes duræ, siccæ,  
neruofæ, concoctioni q; rebelles sunt,  
& melancholicum humorem efficiunt,  
folisque uentriculos habentibus cali-  
diores, atque illis, insuper, qui vehe-  
menter fœse atque immoderatus exer-  
cent, concedi possunt. Quod libr. 4. de  
vict. rat. in morb. acu. a pho. 99. Hippo-  
crates

**D E C O N S E R V A N D A**  
brates etiam ita scribens attestatur. Bubula carnes melacholica proritant *πτερια*. Nempe horū natura insuperabilis est, nec quiuis ventriculus eas cōcoquere potest. Galenus quoque li. 3. cap. 1. de alim. facul. idē iis ferē confirmat verbis. Carnes bubulæ alimentum quidem & ipsa corpori suggestur non mediocre, neque dissipatu facile: sanguinem tamen generant, quam conueniat crassiorem. Quod si quis temperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholicoprehendetur, si largius his vescatur. Affectus autem melancholici sunt, Cácer, elaphas, scabies, lepra, febris quartana, & qua peculiari nomine melan-cholia nominatur. Lien itē quibusdā à tali sicco intumescit: quā rēm *καχεξία*. i. prauis habitus, & hydropes sape numero confequitur. Cæterum qua ratione incommodis, quā frequentiorem earum ysum excipere solent, prouidentur sit, luculent & perspicuè. Simeō Sethi in hunc modū scribens edocuit: Si quis eas edere velit, summaq; cupiditate appetat, vel cogatur etiā, is medeatur nocturno, quod inde futurū speratur, acero & aliis cum ruta intingens. Idem quoque autor est, earundē iure sue brodio, *ζωμων* Gracis appellato, fluxus vētris ex flaua bile cohiberi.

Vacci-

**V A L E T U D I N E.** 46

Vaccinæ, cūm præter succi prauitatem etiam sexus ratione frigidiores sint, meritò à sanitatis tutela eximuntur, non tamē ab eis, quemadmodum nec ab aliis, quæ hac tenus dicta sunt, ex toto abstinentur est: sed omnibus interdum, optimis verò, quantum fieri potest, sèpius vtendum.

**D E C I M V M**, caro caprina: de qua idē ferme quod de bouina dicēdū. Hœdi enim perinde ac vituli, carnes ad conficiendum perfectis capris meliores, & tuenda valetudini accommodatores habent. Moderatè nutriunt, sanguinemq; tenuem & humidum lignunt: Præstantiores & probioris succi sunt lactentes adhuc, & maximè si neque tenelli admodum, neque natu grandiores fuerint. Simeone Sethi rufos & glaucos, Rhazes verò rubros in nigrum inclinantes, ac pingues præfert Baldacho fœmellæ quām masculi carnem temperatiorem, & à siccitate remortiorem esse placet. Mirificè calidis & siccis temperaturis, atque insuper delicatis & ociosis vītæ deditis, conserunt. Hirci carnem quidem habent minimum humidam, pituitosam, ac lentam, ob factorem tamen ingratam, & stomacho inimicā, ægrè concoquitur, & ad succum bonum generandum parum idonea est. Hanc sequitur arietū,

*Caro caprina.*

*Arietin*

pōst

## DE CONSERVANDA

pōst taurorum. Porrō in iis omnibus carnes castratorum sunt præstantiores: senum autem pessimæ. Caprina in tota valetudinis cura obseruatione quæ viranda est. Nam Hippocrate lib. 4. de vict. ratione in morb. acut. teste, habet mala, quæ in bubulis sunt omnia, & cruditatem, est quæ flatuosior, & ructus magis generat: acris est, malumque succum efficit. In eunte tamen aestate, & circa eius medium capræ melius agunt, longe quæ seipsis in cibo præstantiores euadunt. Tunc enim arborum & fruticum surculi & germina, quæ iis maximè idoneam præbent alimoniam, frequentissima sunt. Ac proinde habitiores etiam, ac pinguiores, nobilisque aleidis accomodationes sunt. Quod autem alimonias ad carnis bonitatem plurimum posuit, argumento sunt euidētissimo vulpes, quæ autumno probacissimam ob vuas habent carnem. Sic passier & ficedula per idem tempus maximè laudabilem carnem obtinent. De caprina plura Galenus lib. 3. cap. 1. de aliment. facul. & de attenuante dicta cap. 6. & comment. 10. & 102. in libro. 4. Hippocratis de vict. rat. in morb. acut. & Paulus libr. 1. cap. 84. & Aëtius libr. 2. cap. 119. Atque hancenus quidem de cibis & carnibus vitandis. Exigit nunc ordo, ut de electio-

ne

## VALETUDINE. 47

ne alimenti, quod partim à iam dictis partim verò ab aliis quibusdam animalibus sumitur, non nihil etiam dicitur. Siquidem de eo haud parua inter ipsos artis medicæ scriptores controversia est. Galenus enim ut & alii non nulli, porcinæ palmam vetylit: Rhazes verò, Aucenna & Auerroës hædinem prætulerunt. Sunt etiam quibus vitulina præstantior videatur. Porro electio hæc & præstantia multipliciter attendi potest. Et primo quidem ratione tum similitudinis, quam cum humanis obtinent carnibus, tum maioris. quoque & discusfiū difficilioris alimenti. Quo sanè modo porcina cæteris omnibus longè antecellit. Maxima enim illi cum humano corpore similitudo est, quemadmodum Galenus lib. 3. de alimen. facul. cap. 1. disertè iis verbis ostendit. Suilla carnis similitudinem cum humana ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes humanas pro suilla sine villa in gustu uel olfactu suspicione comederunt: id enim ab improbis hospitibus, & aliis quibusdam factum fuisse, iam compertum est. Idem lib. 10. de simpl. med. fac. cap. 2. Sanguis, inquit, suillus humano maximè temperie similis est. Siquidem & carnes sium humanis sunt similes. Comperi enim sunt hospites &

coqui

## DE CONSERVANDA

coqui cōplures , qui humanas carnes pro suillis venderent : tametsi qui eas edissent , nullum omnino discrimen percipere poruerint . Quin & ipse narrantes audiui viros fide dignos , sese in diuersorio publico ius estitasse delicatum cū carnibus suauissimis : cæterū cū iam pene saruri essent , inuenisse dīgitī partem anteriorē , quā videlicet ad vnguem est , quo percussi ac metuentes eos qui agebant in diuersorio , ne scilicet se quoque vorarent , ceu ei rei assue ti , protinus quidem illinc exiere , ac vomitu redditis quā ederant , ita iter de novo ingressi sunt . Sed & in ipso facinore homines maciantes deprehensoris , non ita multò post referabant . Itaque iure quispam existimet suillā carnem humanā esse simillimam . Quod deinde suillam carnem validissimè nutritre diximus , hoc Galen . libr . 3 . cap . 1 . de alimen . facul . in eum modum scribens confirmat . Omniū ciborum suū caro potentissimè nutrit . Cuius rei athletæ certissimum tibi præbent indicium . Si enim paribus exercitationibus param molem alterius cibi pridie totum diem commederint , postero die statim sentient sese redditos imbecilliores . Quod si pluribus deinceps diebus id fecerint , nō imbecilliores modo , verum etiam alimenti penuria macilenteriores

## VALET VDINE . 48

tiores palam conspicuntur . Idem lib . 7 . metho . meden . cap . 6 . iis etiam testatur verbis : Omnia , quos nouimus ciborum , maximè nutriens suilla caro est . Quin & ipse Hippocrates libr . 6 . epi dem . part . 3 . apho . 4 . quum iam corpus ex multis exercitiis conciderit , suillas carnes aslatas exhibere præcipit . Porro alimento , quod inde sumitur , firmum esse , neque dissipatu facile , satiis confirmat Galenus in libr . de attenuante diæta , cap . 6 . Vbi sic scriptum reliquit : Suum domesticorum caro , omnium aliorum ciborum firmissime nutrit . Multum enim in seipso habet lentorem , tum propter vitam desidiosam , tum propter cibi humidioris affluentiam . Et similiter in li . de renum affect . dignot . & medic . cap . 26 . E pedestribus optimi succi est caro suilla , & hominibus maximopere familiaris , maxime quæ tum nutritibilis , tum corroborans ob id qui diutius evicitant , iecoris & renum obstruktione corripiuntur , quibus hæc à natura astrictos meatus habent , coquæ longiori ab ea interallo abstinentur . Quia vero glutinosum , vt dictum est , & crassum luccum generat , ideo Hippocrates aslatam exhibere iusit : quo nimis rum viscositate ac crastifie ab ignis caliditate nonnihil consumpta , mi-

nus

## DE CONSERVANDA

nus humida ac glutinosa edatur. Idem lib. 4. de vīct. rat. in morb. caut. aphor. 103 . ciuiusmodi carnem absque pelle , hoc est , cute mandendam esse docuit. Cutis enim animalis , vt pote frigidior carni similiter concoqui nata non est. Quæ autem ob afflationem ambusta est , tum ad succi bonitatem , tum ad cō coctionem inhabilis existit , cholera magna parit propter eam quæ huic accedit acrimoniam. Ibidem pinguisimam quoque suum carnem , ea , quam medii & bene carnosi habent , dereriorem existimat , suspicionem humiditatis habens: ob quam pinguedo omnis carne sui generis deterior , tum ad cōcoctionem , tum nutritionem existit. De suilla hoc amplius Galenus in libro de cibis boni & mali succi cap. 4. Suilla caro , si exactè in ventriculo concoquatur , tum in sanguinem à iecinore conuertatur , probatissimos humores gignat. Quod intelligendum vtique , non de carne suum veruissimum : ea enim ob siccitatem & duritatem ægrè concoquitur , ac succum vitiosum generat : neque parculorum lactentium : nempe hi terrestrium ferè omnium , quæ vorant homines animalium , maximè humidam & incrementitiā obtinent carnem. Atque eam ob rem pluri-  
ma inde generatur pituita. Sed ætate medio-

## VALET VDINE. 49

mediocrum , anniculorum videlicet , vel bimorum. Idem Galenus etiam libro paulò ante citato , capite duodeci mō attestatur. Ex animantibus , inquietens , quorum natura ad bonos humores gignendos aptissima est , & sues mediocris ætatis habentur: qui enim ad summum crequerint , hominibus vi gentis ætatis , seque exercentibus : qui vero adhuc increscunt , iis , quorum ætas inclinat , idonei sunt. Caro ex potellis parvulis excremētis scater. Quare & pedestribus animantibus suilla caro probatissimus cibus est . Et hoc quidem tametsi in ytroq; genere , tam domesticorum , quam agrestium vere dicatur , agrestes tamen a Galeno longè ceteris anteferuntur. Atque hinc adeò in libro de attenu. diæta cap. 6. sic inquit : Apri suis domesticis in cibo sunt antepondi. Et lib. 8. meth. meden. cap. 2. Ex ipsis suillis carnis optima est montana. Cuius causam Galenus lib. 3. de alimen. facul. cap. 13. hæc esse tradit. Domestici , inquit , sues tem perie humidiiores sunt , quam agrestes tum ob aëris , in quo degunt , humiditatem , tum vero ob viræ ignauiam. Qui uero in montibus degunt , multū exercentur , ac fatigantur : præterea in aëre sicciore viuunt : quapropter eoru caro est durior , nulliusque prorsus

F pin-

## DE CONSERVANDA

pinguedinis, aut paucissimꝫ particeps, & alimentum, quod inde prouenit, minus habet excrementi: contra excrementium est, quod à domesticis sumitur. Necesse igitur est, alimentum ejusmodi nutrire valentius, quam alterum, succunque gignere multò meliorem. Addit præterea Auicenna lib. 2. Cano. capite. 146. eisdem hyeme meliorem sanguinis habitum consequi, longeque seipsis in cibo euadere præstantiores. Ex omnibus, haec tenus ad ductis, satis iam liquet, hominibus ætate florēibus, fortibus, sanis, & quilibet fortè ac vehementē actionē obeūtibus, utpote fossoribus, agricolis, mesloribus, ceterisq; id genus operariis, modò ab oppilationibus puri atq; vacui sint, ac deniq; iis etiam, qui impinguari cupiunt, suillam potissimꝫ adhibendam. Ad eiusmodi enim corporū conseruationem alimento plurimo, firmo, atque ægrè dissipabili opus est. Recitè itaq; Rhazes lib. 3. ad Almā. ca. 9. Crastā, inquit, caro multū sese exercitibus conuenit: iis vero, qui vitam in maiori ocio ac quiete degunt, subtilis & extenuans. Quod Auicenna quoque. 3. 1. doct. 2. cap. 7. ita fermè scribens confirmat: Vehementer sese exercētes, multoq; labore fatigari, firma magis & crastā alimenta requirunt.

S E -

## VALET UDINE.

SECUNDĀ vero cariū electio à temperamento, concoctione, & sicci inde geniti probitate sumitur: atque ea quidem ratione hœdina longè ceteris præferuntur. Nam vt Rhazes loco paulo antè citato autor est, temperatura sunt mediocri, nullius prauitatis participes, facile concoquuntur, tum sanguinem quoque inter subtilem & crassum, calidum ac frigidum temperatum efficiunt. Illis tamen, qui multum exercentur, in cibo minus idonea sunt: siquidem alimentū, quod corpori summittunt, forti exercitio, siue labore celeriter discutitur. Iuuenibus temperatis mediocri exercitio ventibus, quemadmodum ex illis quoque, de quibus suprā dictum est, magis conueniunt. Porro quemadmodū hac ratione inter animalia domestica caro hœdina præstantior est, sic inter agrestia quoque capreoli facile primas obtinent: post hœdinam autem secundum locum arietina sibi vendicat, si quid Rhazæ atq; Auerhoi credimus. Quorum ille quidem libr. 3. ad Alman. ca. 9. ita scriptū reliquit: Caro arietina q; hœdina crassior est, viresq; magis auget, sed plures efficit superfluitates, in bonitate tamē hœdinā sequitur carnē. Hic vero lib. 5. suorū collecta cap. 32. de eadē hæc ferè prodidit.

F 2 Post

## DE CONSERVANDA

Post carnem, inquit, hædinam est arietina, atq; ita omnes propè medici sentiunt, præter Galenum, qui arietum carnes abominatur: perfusum enim habet vitulinam arietinam longè melioris esse nutrimenti. Sed Galenus forsitan hanc præstantiam ex eo attendit, quod vitulina plurimum nutrit, & nutrimentum eius ægrius dissipetur. Arietina vero insigni humiditate prædita sit. Nam humidius alimentum, ut distribuitur, ita etiam discutitur, celerius. Locus Galeni, quem Auerrhoës citat, est (ni fallor) in libro de cibis boni & mali succi capite. 12. verba Galeni sic habent: Ex pedestribus animalibus caro suilla probatisimus cibus est, deinde hædina, mox vitulina. Agnina vero humida, tum lentorem, mucoremque in se habere censetur. Quod idem in libro de attenuante dicta cap. 7. velut repertens inquit: Ex terrestribus animalibus, hirci & arietes, & genus omne ouium, ac caprarum, non undequaque laudabilis sunt alimenti. Solis autem hædis innoxie utare. Agnorum fæsus propter insignem humiditatem est fugiendus. Ex quibus utique locis fit hoc etiam perspicuum apud Rhazzen atq; Auerrhoën, agnos masculos, qui aliquantulum increuerint, per arietes esse intelligendos. Id quod

VALET VDINE. 51  
quod ipsem Auerrhoës his verbis confirmare videtur. Magna pars Medicorum laudat carnes arietum iue-  
num, & cætera.

TER TIA demum carniū electio sive præstantia in eo sita est, vt neque insuauie, neq; mali odoris, neq; glutinosum quicquam gustu repreäsentent. Tales autem imprimis vitulinæ sunt, quemadmodum Auerrhoës loco citato iis ferè verbis ostendit. Carnes, inquit, vitulinæ bonæ sunt: minus enim quam boum ætate declinantur carnes habent tum viscositas, tum frigiditatis ac siccitatis, tum odore quoque cæteris carnisbus suauiores, & iucundiores sunt. Qua certe cōsideratione ipsi etiam hædinis præferuntur. Siquidem in coctura hædinarum mucago, hoc est, lensor, sive viscositas quædam deprehenditur, quæ in vitulinis non apparet. Hædinx tamen vitulinis succi probitate præstant. Ex omnibus, quæ hactenus adducta sunt, liquido iam constat, non esse tantam inter Medicos de carnium electione controvèrsiam, quanta prima facie appetat. Hoc quoque scire in vniuersum oportet, quod siccorum animalium carnes in prima ætate, quæ humidior est, præstantiores sint, & minori momento conficiantur. Cum vero adoleuerint,

## DE CONSERVANDA

ob siccitate ègrè concoquantur. Contra humidioribus animalibus carnes progressu téporis cōsumpta humiditate fúperflua, aptiores, & ad concoquendū & ad nutriendū fiant. Quod Galenus etiam lib. 3. de aliment. facult. cap. 1. in hunc scribens modum innuerre voluit. Iis, inquit, animalibus, quæ natura temperamento sunt sicciores, adolescens zetas ad mediocritatem ipsam confert: humidiorum verò natura, quod sibi ad probam ac conuenientem temperiem deest, id ab ætate florenti adsumit. Non modo itaq; vituli carnes habent ad conficiendum perfectis bobus præstantiores, sed etiam hœdi capris: velut contra verueces anniculi agnis lactentibus, & porci anniculi vel bimini poculis paruis. Hinc non temerè ab Auicenna. 3. 1. doct. 2. capite. 7. dictum est. Oportet ut cibus, nimirum sanitati conueniens sit, qualis caro est, præcipue hœdorum, vitulorum lactentium, & agnorum anniculorum.

Ex quibus omnibus sequitur tandem, carnes hircorum, caprarum, arietum, ouium, boum, atq; verriū antiquorum, non vndequaque laudabilis esse alimenti. Carnes verò vitulorum iuuenum, agnorum anniculorum, & malium anniculorum vel bimorum vale-

## VALETUDINE.

52  
valetudini tuendæ esse accommodatis. Hoc quoque agnrandum non est, quod carnes naturali tempore sicciores, sint exliandæ: quod nimirum ab aquæ humiditate contéperentur. Elixatio enim siccitatē tēperat. Humidiores verò aständæ, neimpè vt earum humiditate ab ignis calore attenuata nonnihil atq; immunita, mediocritatem consequantur. Assatio enim ex Galeni sententia, humiditatem moderatur. Quo fit vt carnes leporum, cuniculorum, ceruorum, boū, & capreolorum elixæ: porcellorum verò ac veruecum astæ sint preferendæ. Eadem etiam ratione in ætatis, temperaturis, atq; anni constitutionibus humidis, sicciores & astæ carnes magis conuenient: In siccioribus vero humidæ atque elixæ.

### ¶ De cibis bene nutrientibus.

#### Caput VIII.

O Varcentia, vina rubentia,  
pinguia iura,  
Cum simila pura, naturæ  
sunt ualitura.

Tria alimentorum genera exigua  
mole plurimum nutritia his versibus comprehenduntur.

PRIMVM, oua recentia: de quā Ora.

F 4 bus

## DE CONSERVANDA

bus Galenus libro. 3. de aliment. facult. cap. 21. in eis scribit modum: Oua recentia veteribus plurimum præstant: quippe optima sunt recentissima: vetustissima autem pessima. Quæ vero in horum medio sunt proportione recessus ab extremis, bonitate aut prauitate inter se differunt. Idem lib. 1. aph. comment. 4. oua inter alimenta pleni viætus numeravit. Quam sententiam Auicenna quoque cum aliis plerisque locis, tum maximè 4. 1. cap. 1. iis fere verbis confirmat. Quandoque est nutritiens paruæ quantitatis plurimo sufficiens alimentum: eius generis sunt potissimum oua & testes gallinacei, quorum fere nutrimentum cum ipso forum pensatur pôdere. Porro ouorum multæ inter se sunt differentiæ: Et prima quidem penes propriam substantiam. Gallinarum enim, perdicum, & phasianorum iuuenum ac pinguium omnibus præstant, & ad viætus salubris rationem accommodatisima sunt: anatum vero anserum, paonum, struthionum & camelorum & similiūm deteriora habentur. In figura quoque ouorum aliquod bonitatis discrimen est: paruula enim, oblonga & candida reliquis, succi probitate excellere creduntur, id quod vulgaris etiam hisce versiculis comprobatur:

Ouorum  
differentiæ.

Regula

## VALETUDINE. 53

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,  
Quod bona sint oua, candida, longa, noua,

Quin ab Horatio quoq; hoc obseruatum esse, etiam Plinius meminit, qui libro. 10. natural. histori capite. 52. ita scriptu reliquit, Quæ oblonga sunt oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Locus est libro. 2. Sermonum, Satyra. 4.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento  
Et succi melioris, & ut magis alba rotundis.  
Ponere.

Candida præstantiora dixit, atque eius rei vel inde certissimum indicium colligas, quod anatum, & anserum oua plus aquæ naturæ posideant, pallidoraque, & ob id cibo minus idonea sint. Quanquam vero oua per se quidem salubria sunt, cocturæ tamen ratione non parum immutantur, adeo ut interdum insalubria fieri possint: Nam quædam diutius coquuntur: pallia ad mediocrem usque consistentiæ: alia in aqua eisque dantur, dum incaluerint, lixantur. Secundum quas differentias, alia quidem è pôde, id est, cocta vocantur: alia ῥρητæ. 1. tremula: alia vero ῥοτητæ. 1. fortilia. Tremula itaque, hoc est, quæ eatenus per conditionem insipiduntur, ut in manu tenentis in testa sive putamine suo tremitere videantur, omnium sunt præstâ-

F 5 tissima,

**D E C O N S E R V A N D A**  
tissima, pluriū alimenti & optimi  
fucci corporibus exhibent, facillimeq;  
tum concoquuntur, tum distribuuntur,  
& sanguinem cordi quam maxi-  
me congruentem generant. Quare iis  
cumprimis, qui ex morbo debiles ad-  
huc sese colligunt, senibus, & imbe-  
cillis conueniunt, præcipue vero  
eorum vitelli. Quod Auicenna quo-  
que in libro de viribus cordis Tract.  
2. cap.3. Vbi ex professio de ouis agit,  
sic ferme scribens confirmat: Oua ta-  
metri cordis medicina non sint, ad  
refectionem tamen eius adsciscuntur.  
Nam ipsum valde corroborant, &  
potissimum eorum vitelli, dummo-  
do sumuntur ex ouis bona carnis au-  
ium, velut gallinarum, perdicam, ac  
phasianorum. Eiusmodi enim tempe-  
ratura constant mediocri, cito in san-  
guinem convertuntur, & post tran-  
mutationem parum superfluitatis re-  
linquent: sanguis autem inde genitus  
est subtilis ac clarus, cor maxime cor-  
roborans: quo sit, ut ouorum vitelli  
in dissolutione substantia spiritus, &  
imminutio ipsius sanguinis vitalis,  
ceteris alimentis iure præferantur.  
Sorbillia autem oua tremulis minus qui-  
dem nutriunt, sed faciliter subducun-  
tur, & fauicum asperitates ex vocife-  
ratione, aut ex humorū acrimonia la-  
uigant:

**V A L E T V D I N E.** 54  
uigant: humorum quoq; lentoē in pe-  
store pulmoneq; incident. Oua verò  
immoderatiōe coctura penitus denā-  
ta, quæ Græcis εφθα vocari diximus,  
& ad coquendū sunt difficultia, &  
tardi transitis, crassiusq; alimento  
corpori tribuunt. Porro isdem ex va-  
rio pæreparationis modo maior adiun-  
gitur, aut bonitatis aut prauitatis oc-  
casio: nam hæc quidem assuntur, alia  
elixantur, nonnulla friguntur, quæ  
dam denique in iure coquuntur. Assa  
igitur elixis crassioris sunt fucci, ac  
difficilioris cōcoctionis: corū enim ge-  
nuina humiditas à foci caliditate de-  
paficitur; atque hinc sanè eosque assa-  
ta, donec adurantur ac tetur odorem  
reddant, venenosam qualitatē induūt  
quemadmodū Marsilius Ficinus in lib.  
de vita cœlitus cōparanda cap. 22. di-  
ligenter admonuit. Solent autem bifa-  
riam assari: aut enim cum putamine  
feruentibus cineribus integra obrui-  
tur, aut in testis suis franguntur.  
Quorum hæc quidem deteriora sunt.  
Illa vero rursus duobus modis paran-  
tur: aut enim tota cinere cooperiuntur,  
aut ex parte nuda ad prunas col-  
locantur. Quæ cinere tota obruuntur  
peiora evadunt, quia densata vndique  
a circumfuso igne extima parte, fumo  
rū exhalatio intercipitur. Nada verà

## DE CONSERVANDA

prunis imposta fumos exhalant de-  
puranturque. Elixa aspis præstantio-  
ra sunt : nam aquæ humiditas , ne foci  
caliditate exiccentur , obſiftit . Parau-  
tur & hæc quoq; dupliciter . Vel enim  
integra caldariis supernè infusa elixā-  
tur , vel ex tefis fractis in aquam fer-  
me feruidā coniecta coquuntur . Quo-  
rum illa quidem , vbi penitus incrassa-  
ta fuerint : deteriora habentur : testæ  
enim quo minus crassities eorum arte  
nuetur , ac fumi disperguntur , obſtant  
& impeditunt : sed si ab igne , cùm liqui-  
dum adhuc coactū denſatūque non  
fit , auferantur , meliora fiunt . Hæc ve-  
ro calor penetrat , crassitatemque atte-  
nuat , & odoris insuavitatem auertit ,  
vnde cæteris omnibus laudabiliora  
censentur . Longe verò ſcīpſis meliora  
adhuc redderentur , si ad mediocrem  
confidentiam coctis , confeſſiūque à  
foco ſummotis aceti nonnihil cum bu-  
tyro & croci momento commixtum  
inspergeret . Qæ vero ταγηνια , id est , in ſartagine ſpifiantur , at  
que ob id ipsum ταγηνια , id est , fri-  
xa nuncupantur , pefumum habent  
omnibus modis alimentum , tardeque  
tranſeunt . Nam interim dum in ven-  
triculo concoquuntur , in nidore ac  
fumum abeant , ſecumq; admiftos cibos  
corruſpunt , & ſuccus inde progra-  
tus ,

## VALETUDINE.

55  
tus , non ſolū crassus , verum etiam  
prausus atq; excrementius eſt . Quapropter  
inter deterrimas earum rerum  
habentur , quæ concoqui nequeunt . Iis  
verò nocentiora adhuc fiunt , quæ in  
verere & ferrea ſartagine triguſunt .  
In iure denique cocta , Ifaco in dietis  
vniuersalibus teſte , locum inter aſſa ac  
ea , quæ in aquam feruidam coniecta  
coquuntur , medium obtinent . Porrò  
quæ πυρτα , id eſt , ſuffocata appellantur  
elixis & aspis ſunt meliora . Ea Ga-  
lenus ad hunc modum parare docet :  
Vbi ipſa oleo ac garo & paucō vini cō-  
ſpersa fuerint , vas quo continentur ,  
cacabo aquam calidam habenti indi-  
tur : deinde vbi ipſum totum ſupernè  
obtutur ſuerit , ignis ſubſtruitur , quo  
ad oua mediocrem habeant confiſten-  
tiam . Quæ enim ſupra modum fiunt  
crasſa , elixis & aſſa ſunt ſimilia . Quæ  
verò ad mediocrem crassitatem perue-  
nerunt , melius quam dura conco-  
quuntur , & alimentum corpori dant  
præstantius . In ipſis quoque ouorū  
partibus diſcrimen eſt . Vitellus namq;  
ſicuti à Rhaze libr . 3. ad Almanſo . cap.  
14. ſcribitur , in caliditate temperatus  
existens optimè nutrit . Albumen ve-  
rò frigidum & glutinosum eſt , argè  
concoquuntur , & ſanguinem prauum  
generat , eaq; ratione adducti nouu-  
li ,

## DE CONSERVANDA

ii, albumen debilioribus exhibendum negant . Vitellus quoque proprietate quadam substantie facile inflammatur , & in fumos abit , quo fit , vt in febribus & aggritudinibus calidioribus non nisi probè alteratus , exhiberi debeat . Alteratur autem ex Ioannis Michaelis Saquonarolæ tententia , ad horas plus minus sex in aqua frigida infusus . Simeon Sethi hoc quoq; addit: Oua proprietate quadam peculiari εὐφύιαν , id est , ingenii felicitatem & bonam habitudinem tribuere iis , qui τὰ νερά τοις θυγατέρων ταύτης καὶ βετύρης , hoc est , cū textura filiajum tauri , id est , melle & buryro assiduè estauerint . Sed Galenus libro . 5. de sanita. tuen . cap . 8. de cibis , ex quibus obstru ctio incidit , mentionem faciens , senes hortatur , vt à multo ouorum esu abstineant , quod nimiriū crassum lentumq; succum creent . Qui vrique loccus non simpliciter de omnibus ouis intelligendus venit , sed de iis , quæ vel elixa , vel rosta penitus densata sunt , item de frixis & veteribus . Leonhardtus Fuchsius hunc Galeni locum in Grecis exemplaribus corruptum putat , & pro ὁστὴν legendum esse τόνι id est , forborū , οὐα enim τὸ οὐα Græcis , Galeno lib . 8. de simp . medicam . facult . ca . 13. teste , forba sunt , quæ certè , vt idem

tra-

## VALÉTUDINE.

56

tradit , adstringentem acque adeò obstrucentem faciunt atem obtinent . Leon-tius apud Conitancinum Casarem li . 14. de agricultura ca . 17. etiam modum tradit quo oua diu à corruptela feruari posint . Oua ipsa , inquiens , scernabis , hyeme quidem in paleis , winterate in furfuribus . Alii aqua abluta oua , sale tenui intingunt , & sic conseruant . Quidam ad tres aut quatuor horas in muriam tepidam mergunt , deinde extracta in furfures aut paleas depo-nunt . Attamen ei , quod in muriam aut salem impositum est , pars aliqua dece-det . Cæterum plenum ouum , aut non plenum , cognoscet ex immisso in a-quam : defectuosum enim innatabit , plenum deorsum demergetur . Eadem etiam à Columella de re rusticalib . 8. cap . 6. & à Plinio libr . 10. cap . 54. & 60. prodita sunt . De ouis plura Galenus libr . 3. de alimen . facult . ca . 21. & in lib . de cibis boni & mali succi , cap . 7. Pau-lus libro . 1. cap . 83. & Aëtius libro . 2. cap . 132.

S E C V N D V M , vina rubentia : vbi ante omnia sciendum , vinum quidem ex eorum esse numero , quæ nostrum corpus alunt . Nam si modo quicquid alit , alimentum est , vinum etiam in ge-nere alimentorum est ponendum . Ve-rum per magna eius secundum colorem dif-

## DE CONSERVANDA

*Vini dif  
ferentia.* differentia est. Nam hæc quidem alba sunt; alia rubra & clara, nonnulla rufa, siue, ut vulgo dicuntur: citrina, quædam verò nigra. alia rursus medium inter hæc obtinent. Ex quibus omnibus alba ceteris tum imbecilliora ac minus calida habentur, tum minoris etiam alimenti: non ergo ab re capiti- nariisque noxia sunt. vrinam cident, & meatus aperiunt. Quod debiliora sint, manifestissimum omnibus sit ex iis, quæ Galenus com. i. in tertium librum Hippocratis de vixus ratione in morbis acutis scribit, inquiens: Vi- num potens vehementer celeriterque corpus calfacit, caputq; ferit. Imbecil- lum contrario agit modo. Cùm igitur minus & calfaciat, & caput tentet, necessariò etiā imbecillus erit. Quod deinde minus calfaciant, idem com. 6. in citatum Hippo. lib. clarissime ostendit. Nempe, inquit, ex vinis albis nul- lum valenter calfacere potest. Quoc- enim summè calidum est, id continuè & flauū existit, veluti & quod ab ipso est fuluum. Mox ab his rubrū, & deinde dulce. Album autem minus quidē his omnibus calfacit. Quod verum vti- que experientia comprobabit, si vina eiusdem inter se territorii comparen- tur. Nam inter vina rubra & rufa Gal- lica nonnulla albis quibusdam alibi natis

## VALETUDINE. 57

natis longè & potentia & caliditate inferiora reperias. Quare eiusdem ter- ritorii vina inter se conferenda sunt. Quod verò vina alba minus quam re- liqua alant, declarat ipsorum natura, præterea Galenus comment. i. libr. 2. apho. idipsum, in eum scribens modū confirmat: Vina aquosa (sic autem no- minat alba & tenuia) sicut aquæ simile formæ habent, ita etiā vim: quare vri- nam cident, & minimum nutriunt. Idē comment. i. 8. eiusdem libri. Vina, in- quid, aquosa exiguum præbent corpo- ri aliumentum. Sunt autem hæc colore quidem alba, tenuia vero substantia. Idem in libro de cibis boni & mali succi cap. 17. de iisdem ita scriptum re- liquit: Vina quæ aquosa, tenuiqt; sub- stantia sunt, vrinam mouent, & pau- cisimi sunt nutrimenti. Quod minus etiani caput feriant, Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 5. iis ostendit verbis. Vinum album atque modicè astrin- gens, ut ventriculum robustum effi- cit, ita haud quaquam tentat caput, id quod facere solent ea, quæ vehementes vires obtinent. Auicenna quoque . 3. i. doc. 2. ca. 8. in hunc prope modum scri- bens idem confirmat: Vinum album & tenuie calorificis præstat non enim ca- pitis dolorem efficit, sed cundem po- tius ubi fortiè ex stomachi ardore ini- tiuum

## DE CONSERVANDA

rium duxerit, humectando leuat. *Cat*  
autem cæteris caput minus feriant, ei-  
ius rei causa alia non est, quam quod  
minus fument euaporentur. Quod de-  
niq; meatus aperiant, vrinamque mo-  
ueant, Hippocrates lib. 3. de viuctus ra-  
tio. in morb. acut. aphor. 6. iis verbis  
disertè significauit: Ad vesicam alio  
vino magis penetrat, vrinasque pro-  
uocat, & perperuo perrupit, atque mul-  
ta ad opem his morbis ferendam fa-  
cit. Rationem eius rei tradit Galenus  
libro. 7. methodi medendi cap. 6. in e-  
um scribens modum: Vina aquosa vi-  
res organorum adaugent, & expel-  
lendis excrementis viam faciunt. Eo-  
que fit, vt etiam talia vina præter ca-  
tera vrinam moueant, quando & ipsa  
totum corpus celeriter transeunt, &  
imperu cursus sui excrements secum  
expellunt. Celeriter certè transeunt,  
tum quia tenuia & tepida sunt, tum  
quia astingunt. Tenuitate enim &  
repiditate promptè mobilia fiunt, ad-  
strictio autem ipsa magis impellit. Ex  
quibus iam illud quoq; elicetur nem-  
pe alba & tenuia vina tutò exhiberi  
corporibus intemperie vel naturali,  
vel quoquo modo aduentitia biliosis:  
æque verò & studiosis, & quibuscum-  
que caput vel naturæ ipsius habitu,  
vel ab alia quapiam extrinsecus obre-  
pen-

## VALE TUDINE.

58

pente causa, imbecillius existit: par-  
modo & iis, qui calidam & humidam  
cerebri temperaturam obtinent: quip-  
pe vina potentia ira adfectis aduersi-  
fima sunt. Cumulatim enim, quemad-  
modum loco iam citato Auicenna o-  
stendit, caput humoribus vaporibus  
que & caliditate replent, valideque ce-  
rebrum perturbant, & maturius ebric  
tatem inducent. Quod si tamen res co-  
gat aliquando eis uti, copiosiore pri-  
us aqua diluenda sunt. Iam uero & ca-  
lidiorum uentriculi atque hepatis tem-  
peraturam habentibus, nimioq; æstu  
& ardore, fameq; , aut incerore uexa-  
tis, atque item in anni tempore, regio-  
ne, tempestateque calida, uina debilio-  
ra magis conferunt: ut in quibus cali-  
da vina eos, qui refrigerandi sunt im-  
pensius calciant, capitisque dolores,  
& febres facile inferant, neruosoq; læ-  
dant.

Vina verò rubra & clara, cuiusmo-  
di Bellouacēsia cumprimis habentur,  
cæteris calidiora sunt. Quod breuisfi-  
me Galenus cōmen. 6. in 3. Hippo. lib.  
de viuct. rat. in morb. acut. iis verbis si-  
gnificauit: vinum quod summè cali-  
dum est, id continuò & flauum exi-  
stit. Eadem cæteris quoque valentius  
aleres, idem commen. 11. lib. 2. apo-  
rif. ita scribens attestatur: Quæ crastia  
sunt

## DE CONSERVANDA

sunt & colore rubea, plus alimenti habent, quam reliqua vina. Inest autem eis, & critissime implere corpora evacuata, & ob hoc indigentia actione. Quod ita sicut intelligendum venit, ut vina rubea ea de causa firmius alere dicantur, quod ex ipsis plus in membrorum substantiam cōvertatur. Hac ratione & nigra ceteris præferri possunt, quod & ipsa nimirum non mediocre, neque dissipatu facile alimentum corpori tribuant. Atque hinc certe non temerè à Galeno comment. 18. lib. 2. aphor. ita scriptum est: Crastis & falsa multò quidem magis corpus alunt, sed tantum vincuntur à nigris in nutriendo plurimū, quantum suerant in præstanto aceriuatum & velox alimentum. Eodem planè modo & illa intelligenda, quæ ab Isaaco in dīxitis particularibus scribuntur: vbi vinum nigrum plenioris alimenti quam rubrum esse contendit. Ceterum vina quidem hæc colore rubea, ut vrinam leuius, quam alba crient, ita maiorem capiti noxam adferunt. Animalis enim facultas promptius quam naturalis aut vitalis, calido offenditur: Quia calidum caput prompte ferit, ac spiritu animalem difficit. Spiritus enim hic subtilis, ac vt ab omni excellente calido discutiatur, idoneus est. Quo fit, vt eiuf-

## VALETUDINE.

59

eiusmodi vina debile cerebrum habentibus exhibanda non sint, nisi diluta, & exigua planè copia. Ab iis vero qui bus bona cerebri habitudine ac firma sanitate frui datum est, tutius ebibuntur. Firma nanque cerebri constitutio, vt eleuat is ad se se vaporibus strenue obsistit, ita ab iisdem etiam minus offenditur. Vbi hoc quoque ignorandum non est, nempe motus ingeniorum in eiusmodi hominibus, si vino bono ac potente moderatè vtantur, longe seipsis & ad excogitandum acutiores, & ad explicandum ornandumq; vberiores, & ad memoriam denique firmiores atque diurniores euadere. Spiritus enim tenues, clari, & puri ex bono uino potius, quam quovis alio potu generantur. Hinc est quod Theologica in cōtemplatione circa sacrafan età Dominicæ passionis mysteria, optimâ cum primis vina deligunt, quæ ob id idipsum iam pasim etiâ Theologica nominatur. Hæc utiliter iis quoque dantur, qui calfaciendi sunt, utpote pituitosis frigidisq; temperamentis, crudisq; humoris copia referatis, tum iis, qui frigidis in locis ociosius uiuunt. Dantur quoque in hyeme frigidaq; & humida tempestate. His enim omnibus, ideo quod frigiditate corrigit, & obstrukiones tollant, accom-

Vina  
Theologi  
ca.

## DE CONSERVANDA

accommodatisima sunt. Genuinum calorem refocillant, vnde concoctio melior & sanguis probus euadit, cibū per omnia corporis membra, vt quæ facilè penetrēt, deducunt. Quamobrem ex morbo emaciatos reficiunt, corporaq; ipsorum augent. Etenim cibi cupiditatem faciunt, pituitam extenuant, & in sanguinem commutat, bonum colorem conciliant, animo lætiriam voluptatemq; pariunt, & robur adiiciunt. Harum itaq; commoditatū moderata vini potio, immoderata verò contrariorum occasionem præbet.

VINA vero rufa, sive citrina, minus quidem quam rubea & clara, excellentius tamen quam alba tum calfaciunt, tum nutriunt: quo sit, vt caput etiam quam alba magis offendant quemadmodum fusus comment. 1. & 6. in 3. Hippoc. lib. de viet. rat. in mor. acut. Galenus monstrauit. Hæc etiam alba à quibusdam vocari solent: hinc est quod quidam dicunt, vina alba cito plurimum calfacere.

VINA verò nigra minus quam rufa calfaciunt, vnde minus etiam caput feriunt: sed cum tardius per aluum quam alba transeant, vrinamq; leuius moueant, vehementius etiam quam alba caput tentant. Et hæc ipsa plenius quidem quam alba & rufa, minus verò quam

## VALETUDINE. 60

quam rubea nutriunt, vt copiosius locis paulò antè citatis Galen. ostendit.

TERTIVM, pingua iura: hoc est Iura & sorbillia ex iusculis carnium, & præcī-

puè pullorum cōfecta, ζωμοὶ καὶ ζωμι

δια Grecis, Brodia verò vulgo appellantur.

Quæ sanè cùm natura amica

sint, citius tum concoquuntur, tum

per ventrem subeunt: nam quæcumque

cum voluptate assumuntur, ista

ventriculus audius amplectitur, faciliusq; concoquit: plurimum corpori

būs exhibent alimentum, & bonum

sanguinem producunt, idq; excellen-

tius adhuc si cum simulaco p̄ne pre-

parentur. Similā. n. vel similago. i. sub-

tilissima ac purissima delicatissimi tri-

cici farina, σεμιδάλις à Grecis dicta,

copiosum & laudabile corporibus ali-

mentum præstat, vt testis est Rhazes

lib. 3. ad almans. ca. 3. Tria hæc alimen-

torum genera, quæ exigua mole plu-

rum nutrire ostendimus, Auicen-

na quoque. 2. 1. doct. 1. Sum. 3. cap. 15.

breuiter iis ferè verbis complexus est:

Cibus subtilis, boni succi, & plurimi

alimenti, est, exempli gratia, vt ius car-

nium, vinum, & ova, eaq; tum sorbi-

lia, tum tremula. Talia enim exigua

mole plurimum nutriunt, quia maxi-

ma substantia ipsorum portio in ali-

mentum transit. Vnde sequitur tandem

DE CONSERVANDA  
& robur insigne conciliare iis, qui ipsi  
fisi sepius vni fuerint.

Additio iocosa de vino Theologico ex  
Chil. 3. cent. 2. Proverb. 38. Eraf. Rot.

Hactenestate, inquit, apud Parisios  
vulgari ioco vinum Theologicum vo-  
cant, quod si validissimum, minimeq;  
dilutum. Nec infestiusiter quidam hu-  
iustice Proverbii caulam rogatus, respō-  
dit; A iureconsultis occupari, quas vo-  
cant Præbendas, Decanatus, & Archidi-  
aconatus, Theologis nihil reliquum  
fieri præter curata, quæ vocant, sacer-  
dotia. Cæterum quoniam de pastori-  
bus scriptum est, Peccata populi come-  
detis, nimirum ad cibi tam duri con-  
coctionem opus esse vino efficacissimo  
atq; hinc esse natum vulgi dictum.

¶ De cibis bene nutrientibus &  
impinguantibus.

Caput IX.

N Vtrit triticum et impinguat,  
lac, caseus infans,  
Teſticuli, porcina caro, cere-  
bella, medullæ,  
Dulcia uina, cibus gusto iucun-  
dior, oua  
Sorbilia, et ficus maturae, vuæ-  
que recentes.

DVO.

VALETUDINE. 61

D V O D C I M alimentorum ge-  
nera plurimum nutrientia & impin-  
guantia hoc loco referuntur.

P R I M V M , Triticum : vt panem *Triticum*.

videlicet triticum per triticum intelligas.

Hic enim Auicenna teste. 2. Cano. cap.

572. celeriter impinguat, præfertim si

ex novo tritico præparatus fuerit.

Porrò quod ad tritici temperamentum

attinet, ipsum est primi ordinis excal-

faciens: non tamen nec reficcare,

nec refrigerare manifestò potest, quē

admodum Galenus libr. 8. capite. 72.

de simpl. medicam. facult. & post eum

Paulus libro. 7. luculenter & perspicue

docuerunt. Hinc etiam Rhazes libr. 3.

ad Almans. capi. 2. ita ferè scriptum re-

liquit: Triticum moderato proximum

aut paulò calidius est, præstantia e-

ius sumitur, partim quidem à propria

substancia, partim verò à præparatio-

nis modo. Quod quidem ad substanciam

attinet, est & in tritico non par-

ua speciæ differentia: quippe quod

graue est ac densum, & in profundo

flavum, copiosissimi id alimenti est,

crassique succi ac lenti: contrà quod

leue est & rarum & album, minus nu-

trit, succumque gignit crassum mi-

nus ac lentum. Atque cius rei locupleti-

simus idemque grauissimus testis

est Galenus, qui lib. 1. de alimèt. facult.

G cap. 9.

## DE CONSERVANDA

cap.9. Ita scribit : inter tritica plurimū habent alimenti , quæ densa sunt , totamq; substantiam habent adeo compactam , ut dentibus vix diuidi queāt . Talia enim exigua mole corpora plurimum nutritiunt : quæ verò iis sunt cōtraria , quæque dentibus quidem facile franguntur fractaque rara ac laxa apparent , magna mole exiguum reddunt alimentum . Quod si vtrorum parem modum pendere libuerit , quæ densa sunt , multè grauiora esse compries . Hæc autem sunt , colore etiam laxis flauiora . Explorare autem horum naturam non simpliciter oportet , superficiem externam duntaxat contemplando , sed diuidendo quoque , ut diximus , ac frangendo : multa enim quæ extrinsecus flaua ac densa fuerint visa , rara intus , ac laxa albaq; apparuerunt . Hæc ille . E quibus sanè verbis illud etiam sequitur , nempe panem ex denso , graui , ac flauo tritico confectum , omnium esse tum præstantissimum , tum maximi alimenti adeoque magis etiam victus salubris rationi cōuenire , quam qui ex quibuslibet aliis granis confectus sit . Panem autem , qui ex nigro atque inueterato tritico preparatur , nemo affatim citra sanitatis dispendum mandet . Quod si quis ei non assueverit , etiamsi minimum sum-

## VALETUDINE. 62

fumpserit , ægrotabit . Est enim iniuncundus , grauis , concoctu difficultis , & mali succi . Contra vero , qui ex electo tritico conficitur , non modò ad concoendum est facilis , sed hominum etiam corporibus est saluberrimus , ut qui sanguinem medium consistentia generet . Medium autem Galenus libr . 3 . de alimen . facul . ca . 27 . vocat , qui neque admodum tenuis est , neque aquosus , neque vehementer crassus . Verum hactenus de tritici secundum substantiam electione hæc dixisse huic sermoni , in quo præstantiam inquirere instuitimus , satis sit , nunc reliquæ est , ut de præparatione nonnihil etiam dicitur .

S C I E N D V M igitur , quod omnia , quæ ex farina tritici friguntur , crassi sint succi , & tardè transeat , iecorisque meatus , per quos fertur alimentū , obstruant , lienis imbecillitatem augeant , calculos denique in renibus gignant . Quod si tamen cocta bellè fuerint , atq; in sanguinem mutata , admodum nutrient . Triticum verò elixum , graue & concoctu difficile est eduliu , & inflationes creat . Vires tamen haber magnas , si sic sumptum concoquatur , nutritque validè corpus , ac robur insigne iis , qui ipso vis fuerint , conciliat , ut li . 1 . ca . 14 . de Alim . fac . & in lib . de attenuante dicta capite . 5 . testatur

G 2 Gale-

## DE CONSERVANDA

Galenus. Concoctu autem inter panes sunt facilissimi, qui plurimum sunt fermentati, & pulcherrimè subacti, qui que in cibano igne moderato fuerunt assati. Nam ignis ardenter primo statim occurruit superficiem externam circumurens in teste modum indurat, acciditq; duplice nomine prauum panem fieri: priori quidem, quod partem internam habeat crudam atque illaboratam: posteriori verò, quod externam sicciam habeat, ac præflatam ac testaceam. Porrò ignis moderato remisior, panem minus bellè elaborat, sed ipsum crudiorem relinquit, & maximè partem omnem eius internam. Qui autem in igne moderato, largiori spacio per totos seipsoz æquabiliter assati fuerint, ita tū bellissime in ventriculo concoquétur, tum ad cæteras actiones, quæ coctione in consequuntur, erunt accòmodatis simili.

Pessimi autem panes ii sunt habendi, quibus nihil memoratorum antè, adest. Plura Galenus libro 1. de alim. facul. cap. 9. & infra capit. 24. huius opusculi.

**S E C U N D U M**, lac, quod de eo lactis genere cum primis intelligendu videtur, quod δέρυξ οἱ Έλλαῖς, Arabes adohoc vel adahohē, Barbari verò balbucam nominant, id est, lac acidum abutyratum, Germanicè Batermelc.

Galli-

Lxx.

## VALETUDINE. 63

Galicè Lait au beurre. Hispanicè Leche manteca. Hoc euim cnm plane calido sive recenti sumptuarum corpora maximè impinguat. Verùm cùm frigidum sit, ac crassi siveci, non simpli- citer omnibus, sed iis solis, qui id pro- bò concoquant, exhibendam est. A vetriculo enim qui quavis de causa frigidior est, minus belle conficitur: à temperato verò, quamvis ægrè, conficitur tamen aliquantum. Contra ven- triculi iusto calidiores, sive ab initio tales fuerint, sive à quapiam causa po- stea in eam temperiem sint adducti, præterquam quod nihil ab huiuscemo- di edulis lèduntur, commodo etiam aliquo fruuntur. Sed de hoc copiosius Galenus lib. 3. de aliment. façult. c. 15. Intelligi etiam de lacte caprino potest, de quo cap. 7. abundè diximus.

**T E R T I U M**, Caseus infans sive **Cafens** recens: de quo Dioscorides lib. 2. c. 63. **recens** ita scriptum reliquit: Caseus recens si- ne sale sumptus alit, stomacho utilis est, & facile in membra delegatur: cor- pus auget, aluum modicè emollit: aliis tamen alio præstantior, pro nutu- ra lastis, à quo conficitur. Eadem ferè tradit & Auen. 2. Cano. cap. 127. Et si verò caseus iam dictus abundanter alit & corpus impinguat nihilominus

G 3 tamea

## DE CONSERVANDA

tamen & ipsius esum consequitur no-  
cumenta illa, quæ cap. 7. recensuimus.  
Quare ad secundæ valetudinis vñ-  
stilis habetur.

**Testiculi** Q V A R T V M , Testiculi : quod  
primo quidem de gallorū saginatoř  
testiculis intelligendum est . De illis  
enim Galenus lib. 3. de aliment. facult.  
cap. 5. in eum scribit modum : Gallo-  
rum gallinaceorum altillum testes &  
suauissimi sunt , & laudabile corpori  
præbent alimentum. Et iterum vbi su-  
pra capite. 6. Soli gallorum gallinaceo-  
rum testes vndeque sunt præstan-  
tissimi , & potissimum eorum , qui sa-  
ginati fuerint. Et multò clarius adhuc  
cap. 20. eiusdē libri . Gallorum, inquit,  
gallinaceorū testes sunt præstissimi ,  
principiū altillum , & multò magis , si  
cibus eorum , quo sunt nutriti , feroſo  
lacte fuerit imbutus : nam & boni sunt  
succī , & validè nutriunt , & ad coquen-  
dum sunt facillimi. Quinetiam Auicē-  
na testimonio. 2. Cano. cap. 7 19. eadem  
confirmantur. Exigua prætere à mole ,  
codem Auicen. 4. 1. cap. 1. teste , pluri-  
mū nutriunt. Deinde verò intelligē-  
dum etiam de testibus suum iuuenum  
mediocriter pinguium , qui nondum  
coierunt. Nam quanto suum caro aliis  
est præstantior , tanto horum quoque  
testes aliorum animatiū testibus sunt

me-

## VALETUDINE. 64

meliores , quemadmodū disertè admō-  
dum Galenus libro. 3. capite. 6. de ali-  
ment. facult. demonstrauit. Illud quo-  
que hoc loco ignorandum non est ,  
nempe adultiorum animalium testicu-  
los , in quibus semen iam fermentatum  
est , ad coquendū est difficile , ac ma-  
li succi : Iuniorum vero , quæ nondum  
coierunt , & in quibus semen nondum  
fermentatum est , præstantiores sunt ,  
& laudabile corpori tribuunt ali-  
mentum , si belle consificantur , alii magis ,  
alii minus , pro ea proportione , quam  
in carne ineflē diximus.

*Caro porcina.*

Q V I N T V M , porcina caro : de  
cuius præstātia & effectu satis superē  
diximus capite septimo.

S E X T V M , Cerebrum : de quo co-  
pioso admodum Galenus libro . 3. de  
aliment. facult. cap. 7. in eum scribit  
modum : Cerebrum omne , cibus est pi-  
tuitosior crassiisque succi , & tardè per-  
means : ac ad coquendū difficilis. Non  
minimum etiam cerebrum omne sto-  
macho nocet. Quidā autē ipsius molli-  
cie decepti , ipsum ægrotis exhibent ,  
cum præter alia naufeam etiam conci-  
tet. Quinimo , cùm cuipiam à cibo vo-  
mitum mouere vis , huius partem pin-  
guitur cōditam , postremis epulis eden-  
dam exhibe . Illis vero caue exhibeas ,  
qui cibum non appetunt , quos veteres

*Cerebrum.*

## D E C O N S E R V A N D A

*deosiris* appellabat. Meritò igitur nō  
mo cerebrum ab aliis epulis mandit,  
cūm omnes ipsa experientia docti,  
sciant ipsum nauseam excitare. Iure  
etiam pleriq; cum origano mandunt,  
vti nonnulli cum sale variis modis ap-  
parato : quippe cūm crassi sit succi, &  
excrementium, omnino fit accom-  
modatiū, quando cum incidētibus, &  
calfscientibus fuerit paratū. Si tamen  
recte conficiatur, alimentum corpori  
præstabit non contemnendum. Hæc  
ille. Sunt etiam qui cerebrum, prius  
quām mandatur, super craticulam  
pro be inasfandū esse moneant: quod  
scilicet eius immoderatio per ignis  
caliditatem magna ex parte corrige-  
tur ac temperetur. Rhazes lib. 3. ad Al-  
mans. cap. xi. hoc etiam adiungit, nem  
pe, cerebrum calide quidem tempe-  
raturæ hominibus in cibo esse vtile,  
frigidioribus vero, quique vitam fri-  
gidis passionibus obnoxiam degunt,  
aduersissimum. Neq; id quidem teme-  
re. Quippe similibus, vt testis est Gale-  
nus cūm alibi sèpius, tum præcipùè li-  
i. de sanitate tuer. cap. 10. quilibet ex-  
cessus augescit, contrariis emendatur  
ac minuitur. Ut autem summarim de  
cerebro perstringam, ad viñtus salu-  
bris rationem parum accommodum  
est: quare ex iteruallo potius ac parcè,  
quām

## VALETUDINE. 65

quām assidue atque affluenter eo ve-  
scentur, qui sanitatis tuendæ curam su-  
sceperint. Quorundam tamen anima-  
lium cerebrum ceu medicamentum va-  
let. Sic cerebrum capreoli aduersus ve-  
nena, & virulentarum bestiarum mor-  
sus remedio est. Terrefris leporis inaf-  
fatum cerebrum manditur iuuādis tre-  
moribus, qui valetudine cōtracti sunt:  
affrictu aut cibo facilem infantibus dē-  
titionem præstet. Quidam etiam ad-  
uersus metū utiliter edi prodiderunt.  
Cerebrum pulli & caponis in vino bi-  
bendum datur contra serpentium mor-  
sus, sanguinem à cerebri mēbrana pro-  
fluente sistit, & in cibo cerebri sub-  
stantiam aūget, vnde & his, qui tardio-  
ri leuiorique ingenio ac mente sunt,  
prodeste dicitur. Quod ad electionem  
attinet, Animalia volucria exiguum  
quidem habent cerebrum, sed ipsum  
tamen tantò pedestrium cerebro est  
præstantius, quantò & siccus: volu-  
crium autem ipsorum, mozzana cere-  
brum habent quām palustria præstan-  
tius, pro aliarum omnium partium pro-  
portione. Porro ex pedestribus anima-  
libus Avisenna agnitaum præferi, post  
hoc verò virtutinum præcipue commen-  
dat. Cano. cap. 129.

SEPTIMVM, medalla; de en Ga <sup>menta</sup>  
lenus libro. 3. de aliment. facial. cap. 8. <sup>ofsum</sup>

G 5 hæc

## D E C O N S E R V A N D A

hæc prodidit: Medulla , inquit, quæ in osib[us] inuenitur, cerebro est dulcior , incundior , ac pinguior : adeò, vt si ea inter se comparando gustes , p[ro]taturus sis cerebrum aust[er]um etiam aliquid inse habere . Porrò medulla naufragia provocat , si liberalius sumatur, quemadmodum & cerebrum : nutrit tamen & ipsa , si probè conficiatur Auicenna cum seminib[us]& pipere condit .<sup>2</sup>.cano.ca.496. Quod delicati quidam lurcones , & artis obsonatricis periti faciunt cydoniis & passulis. Laudissima est ceruina , mox vitulina, post hanc taurina , dein caprina , & ouilla Diofco. lib.2.cap.69.

O C T A V V M, Dulcia vina, de quibus infrā cap. II.

N O N V M, cibus gestu iucundior: talis enim non exiguum corpori tribuit alimentum, quemadmodum Hippocrates etiā libr.2.apho.38.monet, ubi sic scriptum reliquit , Paulò dete[ri]or & potus & cibus, verū iucundior, melioribus quidem , sed iniucundioribus præferendus est . Quam sententiā ipse exponens Galenus, Quæcumque, inquit, cum voluptate asſumuntur ista ventriculus arctius amplexatur , & facilius concoquit . Refugere autem consuevit ea , quæ iniucunda & infusa- via sunt, utpote quæ vel nauseae, vel

in-

## V A L E T V D I N E. 66

inflationes , vel fluctuationes pariant: quod quidem in plurimis etiam iis qui boni sunt succi cibis, accidit. Quādo verò paulò fuerit deterior , tunc in iis , qui libenter hunc asſumunt , non modò non etiam deterior , sed quandoque melior redditur.

D E C I M V M, oua forabilia, quæ sa <sup>Oua, for</sup> nè præcedenti capite parua mole plu- bilia . rium alere ostendimus.

V N D E C I M V M, Maturæ ficus:

De quibus Simeon Sethi hæc tradit: Fi <sup>Ficus.</sup> cus admodum nutrunt , carnem tamē non compactam, neq[ue] firmā generant , ceu panis & suilla, sed sublaxam ac subinanem, vt fabæ. Ventrem flatibus implet , nisi probè concoquātur, Minus verò ceteris oporis sunt mali succi, & ventrē proritant, & facile exeunt. E flatu dignam abstergendi facultatem obtinent , quo fit, vt post ipsarum esum nephretici multas arenas excernant . Maturæ ficus nihil prope- modum omnino lœdunt , proximeque ad caricas accedunt, multaque cum il- lis utilia habent . Si quis tamen largi- us esitauerit , in vna re ab eis offendetur : quandoquidem sanguinem non admodum probum gignunt : quo fit, vt ex ipsarū vī pedicularorum multitu- do proueniat . Oportet autē post vsū fi- cuū alimētū quod incidat & extenuet,

G 6 inge-

## DE CONSERVANDA

ingerere. Ad hæc sibi pulmonē & thoracem iuuant. Aliunt insuper contra venena facultatem habere, si quis singularis diebus iejunus iis vtatur. Cari-  
cæ pectus iuuant, & ad tusses faciunt, vrinam cident, satifq; nutrit, corporis etiam bonam habitudinem efficiunt. Ante cibum sumptæ ventrem irri-  
tant, sed nisi celerius ventrem pertransi-  
cent, non bonum sanguinem gignunt. Quapropter si ad satietatem vñq; cre-  
bro edantur, scabiem & pruritum ex-  
citant. Cibus autē bonus est, & aduer-  
sus venena remediū, si cū nucibus aut  
amygdalis comedantur. Renes expur-  
gant, & iecoris lieniique obstruc-  
tiones auferunt, sverū calfacti, & fitim  
inferunt, & flauum in calidioribus té-  
peramentis bilem procreant. Addit Ga-  
lenus: Iecori lieniique inflammatione  
obsessis esse noxias, quemadmodum  
& ficus, non peculiari quadā & eximia  
facultate, sed communi ratione dul-  
cium omnium ciborum ac potuum:  
obstructis autem illis, aut στήσθαι adfe-  
ctis, ipsas ex se se nil commodare, nec  
officere: sed medicamentis incidenti-  
bus ac extenuantibus & abstergéntibus  
misitas, non mediocriter iuuare. Proin-  
de nonnulli medicorū in dictis lienis,  
ac hepatis affectibus, exhibet ipsius lon-  
ge ante cibum cum thymo, aut pipere,  
aut

## VALETUDINE. 67

aut zingibere, aut pulegio, aut fatu-  
reia, aut calamintha, aut origano, aut  
hissopo. Ad eundem autem modum, si  
caricæ cum alio quopiam eorum, quæ  
facultatem habent acrem, aut crinino  
incidenti ac extenuandi, assumentur,  
iuuabunt non solum sic affectos, sed  
etiam sanos. Siquidē iecoris meatus,  
per quos fertur alimentum, apertos  
esse non ægrotis modò, sed satis etiam  
est tutissimum. Ad eum igitur modum  
vulgo ficibus cum attenuantibus, fa-  
le, aceto, & garo preparatis, vescuntur,  
quod ipsas viles esse experientia didi-  
cerint. Plura Dioscorides libro. i. capi.  
144. Galenus libro. 2. de aliment. facil.  
capite. 8. Paulus libro. i. capite. 81. &  
Aërius libro. 1.

D V O D E C I M V M, Vuæ recètes VIII.  
idest, dulces & maturæ. Nam ficus &  
vux, quemadmodum inter fructus au-  
tumnales principatum obtinent, ita  
fugacibus omnibus magis nutrit, pre-  
minimumque praui succi habent, pre-  
sertim cum exactam maturitatem fue-  
rint adepta. Porrò quod ipsa nutrit, maximo arguento sunt ii qui vinearum  
fructum custodiunt, qui cum du-  
ois mensis solis vuis ac ficibus, quo-  
rum custodiz presunt, vescuntur (nisi  
fortè panis quidpiam cum illis addat)  
corpulenti tamen admودum fiunt: At

## DE CONSERVANDA

caro, quæ ex ipsis gignitur, haud quam est firma ac densa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus sit: sed laxa est ac præhumida: ob id celeriter etiā: cùm vesci ipsis desierint, constringitur ac confidet. Verū vuæ minus alunt quām fucus, maximumq; id ipsis inest commodum, quod velociter subeant. Quocirca, si quando hæserint, grauiter lœdunt neq; enim retentæ bellè concoquuntur, & dū in iecur ac venas distribuuntur, succū crudum generant, qui non facilè in probum sanguinem mutetur. Vinacorū siue nucleorum substantia sicca est, & quodammodo adstringens, omniaq; intellina peruadit, nihil quod sensu deprehendi queat, à se se mutata. Vuæ verò tantisper à collectione dum membrana extrinsecus ambiens detumuerit, penfles aëri expositæ, neque fistūlæ ventrem, neq; proritant, minusq; flatibus implent, cæteris autem facilius cōcoquuntur, & melius nutrunt. Non parua autem est inter vuas differentia, quod alia sint dulces, aliae acidæ, aliae austere, aliae denique quæ nullam vehementem habent qualitatem, vocant autem ipsis vinofas. Ceterum vuæ dulces sunt, succum habent calidiorē, & ob id sunt sitibundæ: austere verò & acidæ frigidiores: vinofæ autem locum inter cali-

## VALETUDINE. 68

calidum ac frigidum medium obtinent. Aluum subducunt dulces, & maximè si fint humide. Omnium quidem certè vīsus (si quis moderatè sumat) est tutissimus, quum natura fuerint carnosæ, ac maturæ, siue in vite summam maturitatem obtainuerunt, siue quod maturitati deerat, ex consequenti suspensione sint adeptæ. Vuæ quæ albæ sunt, vehementius aluum turbant & subducunt, magisq; stomachum inflant, quām nigræ. Omnes verò ciborum appetitiam excitant, & Venarem. Conuenit cùm eduntur, membranam & nucleos expuere, quod difficulter conficiantur, quemadmodum luculenter & perspicuè docuit Galenus lib. 2. de alimen. facul. c. 9. & li. 1. de locis affec. cap. 4. & postenim Simeon Sethi in Syntagma de eibariorum facul. Cæterum vuæ recentes, è quibus vinacei exempti sunt, & celerrimè per transeunt, cibisque aliis præeunt, si in ventriculū purū inciderint, & sumptæ primis epulis fuerint. Quod si sumptæ post alios cibos fuerint, aut etiā prauū succū in ventriculo offenderint, celerri mè vnā cū aliis cibis corrūpuntur. Idē de aliis quoq; fructibus aluum subducētibus intelligendū. Si cui viridibus ac recentibus vuas vesci placuerit, ad horam ferè in aqua feruida vt maceret,

ac

## DE CONSERVANDA

ac frigida, deinde abluat oportet prius, quam mandere ipsas aggrediatur; quæ enim ita præparantur innoxiae sunt. Vuas, quæ subtilem ac tenuem habent corticem, citius deorsum concedere, minusque ventrem flatibus implere: his verò contrarias contraria operari, Rhazes libro 3. ad Alman. capite. 20. autor est. Vuæ acerbæ atque immaturæ, frigidæ & humidæ sunt, ventrem constipant, stomachum corrobant, & caliditatem à flava bile ortam sedant, sed parum nutriunt. Succus inde expresius, qui Grecè vocatur ἐμπάχιος, vulgo Italorum & officinis Agresta, bibitur ad recentem sanguinis excretionem, etiam si rupta parte aliqua contingat: sed paucò & aquatiore est vtendem. Plurimis verò ante diebus inueteratus, cumq[ue] stillatio rofarum liquore decoctus atque exhibitus, naufragantibus, & his qui cibaria in ventriculo non retinent, succurrit. In cibo astringit, bilioso alui profluuo & dysenteria proficit. Sunt præter has etiam vuæ siccæ, quæ, quod in siccâdo Solei patientur & ignem, passim sive pastilæ vocantur: haæ sunt alii vuvis calidores, stomacho gratiore. valentius aliunt, sed minus subducunt aluum, eandemque fermè cum aliis vuvis habent rationem, quam carice cum

## VALET VDINE. 69

tum sicibus. Multæ enim sunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ: plurimæ verò ex vulci & austera qualitate sunt mixtæ: quanquam dulces non nihil quoque austere qualitatis habent, & austere dulcedinis. Cæterum vt dulces temperamento sunt calidiores, ita austere frigidiores. Ad hoc, austere stomachum roborant, & ventrem constipant, & his multo magis acerbæ: medium autem quodammodo inter ipsas constitutionem dulces obtinent vt quæ nec stomachum dissoluant: nec aluum subducant. Dulcibus tamen, vt vis quedam semper inest contemprandi, ita & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus exiguae mordicationes, quæ os ventriculi infestant, obtundunt: bellè nutrunt, exacinatae pectus & pulmonem iuuant, stomachum, iecur, & lienem corrobant. Cum nucleis manducatæ conductunt intestinis. Est tamen præstabilius nucleos expuere, propter duritatem & terram ipsorum efficiatam. Vuæ pastilæ pingues septem drachmarum pondere, per sex dies sumptæ ab iejuno, purgant phlegma, & sanguinem abundare faciunt. Tota sunstantia familiares sunt: hepaticæ, & vñi crebro consuetæ. Nutriunt enim ipsum & impinguant, sanguini bonum colorem præstant,

&

## DE CONSERVANDA.

& humores percoquunt: ob id felicissimè, exemptis vinaceis, miscentur medicamentis hepaticis. Sed si paulò largius sumantur, incendunt & exurunt sanguinem. Præstantiores autem sunt quæ tum pingues sunt, tum corticem habent tenuem, dulcioresq;. Passilæ minus quidem quām caricae ventrem mouent absterguntque, stomacho tamē magis acc ommodātur. Plura Galenus li. 2. de alimento. facult. ca. 9. & 10. Paulus lib. 1. ca. 8. 1. Aëtius lib. 1. Simeō Sethi in Syntagmate. Rhazes libro. 3. ad Almā. ca. 20. Auicenna. 2. Cano. ca. 737. Auerrhoës. 5. collectam. c. 37. Rabbi Moses Trac. 3. ad Sultanum Babyloniam, & Iacobus Sylvius lib. 1. de medicamen. simpl. natura. Ex quibus sane omnibus fatis liquet, quæ de recentibus hoc loco dīcuntur vniuersi, ea etiam de passilis esse intelligenda.

¶ De boni vini proprietatibus.

Caput X.

V Ina probiantur odore, sapore, nitore, colore.

Si bona uina cupis, quinque haec laudantur in illis:

Fortia, formosa, et fragrantia, fri-  
gida, frisca.

Qua-

## VALETUDINE. 70

Quatuor generalis boni vini differentias primus versus complectitur, cuiq; ex omnes insunt, id ipsum vulga-  
ri ioco, nimirum ob colorem, odorem  
& saporem, COS appellari solet.

P R I M A quidem Odor est. Vinum Vini. enim in istar aromatis vnguentiq; sua-  
der. ueolens, Constantino Africano lib. 5.

Theorices ca. 28. teste. alimentum corpori supeditat nō mediocre, succum gignit laudabilem, partes principes facultatum, ceu fontes corroborat, facultates animamq; exhilarat, spiritus quoq; tenues adauget, eosque languidos tantumq; non exolutos reficit & recreat: quo fit, ut solo etiam olfactu λειποθυμία languentibus sœpe animum reuocet. Iucundo enim odore, quemadmodum in libro de alimentis Hippocrates testatur, vires celerrimè reficiuntur. Contra, quod foetidū est, natura abominatur: Spiritus nanque crastis & melacholicos, & malum succum generat, prauamq; humorum qualitatem sursum transmittens capiti dolorem infert. Humani verò siue Ioannitius de vini differentia, quæ ab odore sumitur, in supplemento comment. 1. Galeni in libr. 3. Hippo. de vñct. rat. in morb. acut. in hunc fermè modum scriptum reliquit: Vinum boni odoris succū quidem gignit laudabilem, sed cum

## DE CONSERVANDA

cum calidore sit temperamento subtilioreque substantia, corpus celeriter calcacit & caput vaporum copia infestat. Quod vero non boni odoris existit, sed ferientem quandam & in suauem natum est qualitatem, et si prauo procreat succum, capiti tamen o frigiditatem & crassitudinem suam minorem noxam suggerit. Quod nullo denique pacto odorem habet, sed est aquæ instar inodorum, hoc ipsum, cum insigni crassitudine præditum sit, tantum abest ut caput offendat, ut ei ne vapores quidem aut fumos communicare possit.

infus.  
m.

S E C V N D A, Sapor: quod præcedente capite de iucundiore cibo diximus, si ad iucundiorem etiam vini sapor rem transstuleris, nihil erit quod nos de ipso nouum dicere oporteat. Etenim & hoc quoque cum voluptate affluitur, auditus à ventriculo attrahitur, & melius nutrit. Non ignorandum tamen hoc loco, quod & vini secundum gustandi qualitatem permagna sit diversitas. Dulcia enim eodem Constantino teste, plus aliis nutrunt, sanguinem crassorem generant, ventrem humectant, concoctioni renituntur, & simili excitant. Fontica siue *SVÆTICA* stomachum quidem corroborant, ventrem constipant, & intestinis conueniunt

## VALETUDINE. 71

tint, sed in thoracis pulmonisq; agritudinibus, in quibus spiritum detinetur, inhabilia sunt, neque facile concoquuntur. Acerba, quæ etiam sunt, hoc est, quemadmodum infra capite quadragesimo quarto ostendetur, vrinam prouocant, crassos humores incident atq; dissoluunt. Amara minore caliditate participant.

T E R T I A, Nitores siue splendor: qui *Vini nubes* sanè non ipsius modo vini, sed etiam *tor* spirituum, qui inde ortum habebunt, subtilitatem arguit.

Q V A R T A, Color: quod enim *Vini color* ad uini nutrimentū attinet, non parua *lor*, eius secundum colorē differentia est. Rubicundiora namque ( si ipsi cætera omnia antè pariter adfuerint) potenter quam alba nutriunt, atque ea de causa macris etiam quam alba conuenientiora sunt. Contrà verò obesis ac pinguibus alba magis conferunt. Verum de hac vini differentia capite. 8. abundè diximus. D V O sequentes versus quinque speciales boni vini notas continent. Quarū prima quidem est, *Vinum* vt sit fortè: fortitudo vero ex effectu *forte*. Deprehenditur. Vinum enim potens Galeno commen. t. in lib. 3. Hippo. de vict. rat. in morbis acut. teste, uehementer celiterq; corpus calcitat, caputq; ferit. Idem etiam comment. in citatum

## DE CONSERVANDA

sum Hippocratis librum, iis confirmat verbis: Fortia vina vehementer calfa- cientia, caput humoribus vaporibusq; & caliditate replet. Eiusmodi namq; vina præterquam quod non medicoter corpus alunt, spirituum etiam non exiguum copiam generant. Ab- stinendum tamen ab ipsis, nisi diluta sint, iis potissimum, qui debile cere- brum habent. Cum enim vaporosa ad- modum sint, facile caput grauant, eaq; occasione cerebrum offendunt.

**Vinū formosum.** S E C V N D A, vt sit formosum: Vi- num enim formorum sive pulchrū ma- iori cum voluptate aspernitur, probius concoquitur, & facilius in corpus di- stribuitur, promptiusque nutrit.

**Vinū frangans.** T E R T I A, vt sit frangans. Vinum enim frangans, sive suaveolens & aromaticum, vires maximè roborat, &, vt paulò ante dictum est, spiritus te- nues generat.

**Vinū frigidum.** Q V A R T A, vt sit frigidum. Nam vinum acutū sive *φαρασία* frigidum es- se debet, non autem facultate aut po- tentia. Quod enim ab externo aliquo calido incalescit, hoc ratiū statim & tenuius penetrantiusque, vt omnia su- beat, redditur: qua ratione nisi quis ipsum parcissimè sumperit, citius ine- briat, neruos debilitat, & caput lædit.

**Vinū friscum.** Q V I N T A, vt sit friscum, sive leue,

Tale

## VALETUDINE. 72

Tale autem cùmprimis censendum, quòd effundendo sonū efficit, spumā- que agit in medio tenuē, ac facile labi- lē ceu euanescentem: vel per cuius fu- suram modò sursum, modò deorsum disurrentes conspicuntur *ἀτροποιοι*, id est, minutissima quædam corpuscula, qualia, in Sole videntur, quū per fene- strā radios ac lumen immittit. Nisi e- nim ita affectum fuerit, pendulum di- citur: ac multò etiam magis, si penitus sone atque atomis destituantur. Quod verò spumā habet cum magnis ampul- lis ad scyphi latus diu hærentibus, de- sile sive dilutum esse dignoscitur.

### Annotationcula.

In tertio versu *τερόποιοι* est, nam singula eius verba similiter incipiunt.

¶ De *vino dulci & albo.*

Caput XI.

COrpora plus augent tibi dul- cia, candida uina.

D O C E T V R hoc versu, candida & dulcia vina, si ipsis cetera quoq; ad fuerint, quam reliqua maioris esse nu- trimenti. Cuius quidē rei causa dulce dini attribuenda est. Nutrimentū n.ho minis, vt copiose admodū li.4. de simp. medi. facul.ca. 14. Galenus monstrat, dulce, aut dulci permistū esse oportet.

Quip-

*Vinū ca-  
didum es  
dulce.*

## DE CONSERVANDA

Quippe dulcia, cùm naturæ sanguinis nostri & carnis proximè congruant, non solum ori & palato, verùm & aliis plerisq; visceribus accepta sunt ideo, vt ab illis audiſsimè excipiantur. Vnguentum enim, impletum, & restituunt erosas particulas. Atque ita sanè fit, vt vina quoque, quæ capit. 8. in numero corpus nostrum alentium possumus, quo dulciora sunt, eo magis nutritiāt. Quod etiam Auic. testimonio confirmatur qui. 3. 1. doct. 2. cap. 8. ita ferè scriptum reliquit: Vinum quod crassum simul est & dulce, iis potissimum cōuenit, qui corporis robur ac molem sibi parare student. Idem trac. 1. 2. can. cap. 3. causam cur dulcia plurimum allant, hanc esse tradit, Nēpe quod dulcibus natura delectetur, & quæ visceribus inest trahendi vis, eadem audiſsimè rapiat. Quanquam verò hic virsus de omni vino dulci rectè intelligitur mediocre tamen, quod summum ulcedines gradum non attingit, præferendum est. Nam quæ excellenter dulcia sunt, quale Apianum est, quod muscatellum siue muscatellinum nulgo dicitur, sanguinem corrumpunt, Naturalis enim uis hepatis ea ex uenetriculo, priusquam concocta & a superfuitatibus secreta sint: exugit atq; attrahit: quare sanguis serosis & crudis

## VALETUDINE. 73

dis expletur humoribus, adeoq; vt ebulliat atque putrefaciat, idoneus efficiatur. Neque id solum de vino, sed & de omnibus extremè dulcibus estimandum est. Ad hæc, dulcia omnia, quæ sumuntur immodicè, corporibus ad patientium paratis triplex noxæ genus important. Quorum primum quidem est fastidium: dulcia enim caliditate atque humiditate sua os ventriculi leniunt ac leuigant, illiq; affectionem inanitioni ac corrugationi, famis causæ, contrariam inducunt. Secundum, velox inflammatio atq; in flauâ bilē conuersio: ad cuius generationem dulces humores omnes idonei sunt. Quod fit, vt omnī horū maximè mel bilescat, quod dulcisimum sit: deinde & dulcia vina. Hæc eadem & sicut faciunt propter tum caliditatem, tum crassitatem, nec conferunt fabricantibus, neque biliosis: quemadmodum Galenus comment. 2. in lib. 3. de viet. rat. in morb. acutis luculēter & perspicuè docuit. Tertiū, hepatis atq; lienis obstruc̄io. Hæc enim viscera, dulcia vehemēter appetunt, eaq; ante perfectam concoctionem ad se vñā cum fæcibus trahunt, & maximè hepar, vnde facilius etiā in obstruktionis periculū adducuntur, crassa nimis substantia, in qua dulcis sapor fixus, ac fundatus est,

## DE CONSERVANDA

ad hoc cooperante , vt testis est tract. n<sup>o</sup>, secundi cano.cap.3. Auicen. Eadem ratione reliquis etiam lotium minus ciant ac profundunt . Cæterum aduersus iam dicta tria incommoda acidia cū, primis remedio sunt . Appetentiam enim aciditate renocant, inflammacionem frigiditate restringunt, & obstrunctiones substatiæ subtilitate recludunt. Et licet vina aliaq; nutrimenta dulcia, hepar atque lienem obsepiant, in pulmone tamen contrarium operantur: hunc enim ab obstructione liberant. Nam in descensu per οισοφαγαν, qui Arabibus Meri appellatur, nihil ad ipsū à dulcibus refudat nisi subtile: neque sanguis ex rebus dulcibus genitus ad pulmonē penetrat, nisi prius in hepate depuratus, atque in corde tenuatus. fuerit, quemadmodum id ipsum Galenus comment.2. libro.3. de viet. rat. in morb. acut. clarissimè ostendit. vina item dulcia minus inebriat. Cuius rei grauissimum habemus testem Hippocratem, qui lib.2. de viet. rat. in morb. acu. aph.2. in eum scribit modum: Vīnū dulce vīnoso minus caput grauat, minusq; mentem ferit. Rationem reddit Macrobius. libro.7. cap.7. Saturnal. Ex dictis iam omnibus colligitur, corpori, quod vel nature ipsius habitu, vel ab alia quaquam extrinsecus obre-

pen-

## VALET VDINE.

74

pente causa extenuatum est, vīnū dulce cū primis, & crassum, ac sufficienter coloratum exhibendum esse. Hoc enim evidenter nutrit, substantiamq; corporis deperditā restituit, & impinguat. Sed corpori obeso ac pingui vīna tenuia, odore & sapore iucunda subalbida, & moderate fortia, magis ex vīsu sunt. Sitis restiictioni adhibendum est vīnum albū, tenue ac debile. Hoc enim non refrigerat solūm, sed validē etiam humectat: quōd sit, vt sitim etiam facilius depellat: & quanto sitis urgentior fuerit, tanto illud conuenientius sumitur. Ad spiritum verò & virtutum tum instauracionem, tum roborationē, vīnum subtile, odoratum, sapore gratum, colore moderatum, & sufficientis fortitudinis vītius bibitur, idque cum pauco cibo. Porro affectus thoracis ac pulmonis, qui diuturni sunt, & sine febre, à viuis mediocris substatiæ & sapore dulci, multum iuuantur, & potissimum qui humoris per spūta expectoratione purgantur, quemadmodum copiosius in libro de attenuante diæta cap. ultimo Galenus docet. Eadem ad alii subductionem per quam vīlia habentur.

¶ De vīno rubro. Cap. XII.

H 2

Si

## DE CONSERVANDA

**S**I vinum rubrum nimium quandoque bibatur,  
Venter stipatur, uox limpi-  
da turbificatur.

HIC recensentur duo incommoda ex immoderata vini rubri potatione.  
**P R I M U M**, ventris constipatio: cuius rei causam nonnulli hanc assignant, nempe quod vinum rubrum, si cetera consentiunt, reliquis impensis tum calfaciat, tum alat: ac calliditatis quide ratione magis desiccat: ratione vero nugritionis audius a natura detineatur. Alii vero ad immodicam vini rubri styptici, siue pontici assumptionem referunt. Hoc enim cum constipandi densandi, & astringendi vim habeat, non solum aegre in corpus distribuitur, sed alium quoque supprimit.

**Fascium ex-sphaerio.** SECUNDUM, gutturus & fauciū exasperatio, siue raucitas. Ea enim vina quedam impense rubra siccitat & terrena essentia sua efficiunt. In horum numero vina quoque rubra Brabantie reponēda sunt. Nam & ipsa fannè ob siccitatem & terrenam essentiam fauces exasperant, idq; potissimum faciunt cum aliud musta sunt, alio tamen non cohibent. Musta enim admodum rubentia ventris felonidi vim habet, & hoc quidem ex multa terrene fecis

ad-

**Vinum Laudo-  
tum.**

**V A L E T V D I N E.** 75  
admissione. Hec enim propterēa quod nitrofa ac falsa qualitate prædicta sint, intellectina mordicantes & abstergentes alii subductione moluntur. Ab eiusmo di igitur dum musta, id est, turbida sunt ac feruent, abstinendum est: Ex quo enim mordicant, mordax etiam fumus ab ipsis resolutur, qui ad cerebrum sublatuſ, oculos acrimonia sua corrodit atque rubefacit. Idem de mustis quoque Brabantia, siue ea rubra, siue alba fuerint, astimandū est. Causa autem, cur fumus iste mordicet, ex eo est, quod vinum, unde dissoluitur, sit mordacissimum. Oportet enim sumitem esse defluxum subiecta substantiae, ut commen. 14. lib. 1. apho. & com. 2. li. 3. de viet. ratio. in morb. acut. Galenus clarissime ostendit. In vniuersum, vina crastina pontica siue *suntus*, rubra vel nigra opportunè ad retentorū facultatis ventriculi aliorumque viscerum corroborationem bibuntur: quando nimis recrementa vel plura insto, vel ramentosā descendunt, velut in aliis profluvio atque dysenteria contingit, sicuti & vina alba austera, & quæcunque alia adstringentia medica metu. In eum usum & fulua vina, profund, non tamen simpliciter fulua, sed fulua austera, quemadmodum Hippocrates libro . 3. de viet. ratio. in morb.

H 3 acu-

## DE CONSERVANDA

acut.apho. 7. & post eum in suis cōmētariis Galenus manifeste docuerunt. Quibus autē venter non facile concowitz, iis vina subtilia, vel substantia & colore mediocria, odorata, sapore iucunda sufficienter fortia, ac stypticitate quadam participantia, conferunt.

¶ De lethalium venenorum remedys.

### Caput XIII.

A llia, ruta, pyra, Et raphanus,  
cum theriaca nux,  
Praestant antidotum contra  
lhetale venenum

H IC sex referuntur

& remedia contra lethalia venena, ac  
vénenatorum morsus'. *ἀντιράρπανος*

Allium. PRIMVM, alium: quod cum aduersus omne venenorum genus, tum  
imprimis aduersus vitiōsē ac corrup-  
tē aquā noxas remedio est. Pr̄sum-  
ptum enim, quemadmodum idipsum  
Dioscorides li.2.ca.145. Plinius li. 20.  
ca.6. & Constantinus Cesar. lib. 12.ca.  
30. de agricultura clarissimē ostendunt  
vires eius, quæ per imprudentiam bi-  
bitur, inefficaces atque irritans reddit.  
Anicenna. 1. Cano. cap. 123. parē facul-  
tatē & Cēpe attribuit, quo sit, vt sub  
alio hoc quoque comprehendi debeat.  
Idem. 3. 1. doct. 5. capit. 7. ceu theriacen  
vitiosarum aquarum cēpe commen-  
dat,

## VALETUDINE. 78

dat, & maximē quidem si cum aceto  
sumatur: Nam cēpe, cū extenuan-  
di, incidendi, cūq; flypticitate  
quadam abstergendī, & non ignau-  
ter aperiendi vires obtineat, calore  
quē tertium ordinem accedat, malas  
aquas, ne frigiditate ventriculum of-  
fendat, temperat, crassasque, vt prom-  
ptius descedant, extenuat, Acetum ve-  
rō cum ipso permistum, non modō  
virtutem eius in aquarum tum exte-  
nuatione tum penetratione auget, sed  
à siti quoq; quam cēpe mouere solet,  
pr̄seruat. Eadem & in alio ratio est:  
quare post crassę & turpidę aquę po-  
tum pr̄cipue commendatur. Eas e-  
nim vt citō descendant, extenuat, &  
ne ventriculo ac intestinis officiant,  
venās obstruant, iuuamentum pr̄-  
stat. Allium pr̄terea, Auicenna. 3. 1.  
doct. 5. capit. 4. teste iter facientibus  
contra occurrentis aëris frigidita-  
tem mirificè prodest: qua ex causā  
per diuersas mundi plagas oberran-  
tibus, varioq; potu vrentibus, utilif-  
simē pr̄sumuntur: id quod Macer libro.  
1. capit. 5. hisce etiam versibus innue-  
re voluit:

Allia qui mane ieiuso sumperit ore,  
Hunc ignotarum nō latet potius aquarum.  
Nec diversorum mutatio facta locorum.

H 4 AL-

DE CONSERVANDA  
ALLIVIUM quoq; contra virulen-  
tarum bestiarum, serpentium, & viperarum  
ictus, & priuatum hemorrhoi, pro-  
dest, ita vt nō aliud magis, si cum vino  
iugiter adsumatur, aut tritum in eodē  
eibatur. Contra rabiosorū mortis &  
illitū & cibo valet. Venenatis *μυραλήσ*  
hoc est, muris arenci mortibus, efficacis  
sunt cum fuculneis frondibus & cymi-  
no illinitur. Quin & venenata ani-  
malia allii odore fugantur, vt ex illo  
Vergiliano disticho pater :

*Thestylū & rapido fessis messoribus estu.*  
*Allia serpillumq; herbas contundit olētes.*  
Eius rei causam Aemilius Macer loco  
paulò ante citato, his versibus exponit:  
*Hac idēo miscere cibis messoribus est*  
*mot.*  
*Vt si forte sapor fassos depresso sit illos*  
*Vermibus à nocuī tuti requiescere posit.*

Porrò cùm foetor allii, qui id non  
degustarunt, longè grauisimus &  
molestissimus sit, ei quoque rei, ne qui  
sumpserunt, alios offendant, remediū  
aliquod adhibendum est. Menan-  
der itaque è Gracis autor est, allium  
edentibus, si radicem betæ in pruna  
tostam superederint, odorem extin-  
gui. Quidā tradunt, ipsa grauem haliti-  
ta non esse factura, si quis ab ipsorum  
efu

VALETUDINE. II 77  
efu crudam fabā insuper mandat. Hie-  
ronymus Tragus candem facultatem  
viridibus etiam ruta & foliis adsignat.  
Macer libr. 3. cap. 6. zedoariæ radicem  
id efficere, his verbis tradit:  
*Allia quem faciat saturem pellit ab ore.*  
CAEPE quoq; ex Dioscoridis Ana-  
zarbei sententia rabiosi canis morti-  
bus cum aceto, ruta, & melle illitum  
auxiliatur. Eadem ad verbum ferè mu-  
tuatus est Auicenna. 2. cano. ca. 113. Ve-  
rū in hoc dislentit, quod acetum omni-  
ferit, & salē in mellis locum suffice-  
rit. Cæpe præterea flatus Venenatorū  
in cibo discutit atque expellit. Et suc-  
cus, qui ex eius efū plurimus in stomacho  
gignitur, peculiari quadam pro-  
prietate venenatorū noxas frange-  
re a quibusdam creditur. Ceterum si  
lentio illud hoc loco minimè prætere-  
undū est, quod alliū, cæpe ac porru in  
cibo non conueniant, neque tempera-  
tis, neque calidis corporibus. Nam ex-  
tra hoc, quod paucis linium & prauum  
dant alimentum, acrem etiam atque  
pungentem sanguinem, maximè si cru-  
da ingerantur, generant: humores tamē  
crastis tenuant, lentosq; incident. In  
totum, omnia hæc si cruda edantur,  
peiores quam costa succos procreant,  
ac plus humoris excrementiū con-  
tinent. PORRVM Simeon Sethi

## DE CONSERVANDA

calidum & secum in secundo facit ordine. Vrinam cit, & noxiū secum creat. Aſſiduē cometum viſus habet dinem, & capitī dolorem efficit. Stomacho aduersatur. Difficilia inuehit ſomnia. Nervos, dentes, & gingiuas acrīmonia ſua lādit, & ſanguinem ni- grum atque melancholicum generat. Bilioſis itaque & melancholicis vitandum eſt, potiſſimum ſi crudum fuerit. C AE P AE ex quarto ſunt ordine ex- calſcientium: eārumq̄e effēntia craſ- farum eſt partium. Si ſuccum expri- mas, quod reliquum eſt admodum ter- rex ſubſtantia eſt, eiusque calida: At ſuccus aquæ aēreꝝque caliditas. Si crudæ edantur, humores in ſtoma- cho malos, putridos, & corruptibileſ generant, Difficilia & terribilia indu- cunt ſomnia. Largiore cibo capitī do- lores cient: In morbiſ coctæ etiam la- thargicos & phreniticos efficiunt, me- moriam & rationem, vt aliqui ferunt, lādunt. Si verò cum electa carnis iuf- culo coquuntur, plurimum malignita- tis deponunt, appetentiam inuitant, concoctionem promouent, & frigi- dos cibos, quibus cum percoquuntur, temperant. Si quis tamen crebrius hi- vtatur, in lienis vitia incidit. Tutus igi- tur eſt, eas raro attingere. ALLIVM, vt Galeno placet, excalſacit quarto

ex-

## VALETVDINE. 78

exceſſu, humiditate quidem partici- par aliqua, ſed minore qm̄e expe. In- flationes permuat alteratve. Veterem tuſim crudum coctūm comeſtum lenit. Asperas arterias clarificat, & ſcre- atum prouocat. Aciem oculorum eſtu hebetat. Capitis dolorem facit. De eo hoc amplius Galenus libro duodeci- me metho-medendi, capite octauo: Eſt inquit, allium ex eorum ciborum ge- nere, qui & flarum diſcuriant, & mini- mè ſitum inferant. Sunt qui, patum id experti, exiftiment maiorem quam cæ- pas ſitum excitare ſed planè errore: cum non modò non maiorem qm̄e cæ- pæ, ſed nec omnino ſitum faciat. Idem omuium planè eduliorum maximè flatum diſcurbit. Itaque ipſe certè a- greſtium theriacen id appello. Abſtinendum tamen, vt paulo ante di- fuit, ab aſſiduo horum trium vi- ſu, & potiſſimum cū iis, qui ipſis ve- ſicunt, natura fuerit bilioſis. Solis enim qui vel ſuccum pituitolūm, vel crudum & craſlum ac lentum acer- uarint, cibi eiusmodi ſunt accommo- dati.

SECVNDVM, Ruta: Eius duo ſunt genera. Vnum ſatiuum atque hor Ruta tenſe. Alterum montanum ſyluestre- que. Ruta montana ſylvestrisque in- cis damnatur, quod ex quarto ſit

H 6 or-

## DE CONSERVANDA

ordine excalfacentium & siccantium: Sativa verò cum ex tertio sit, in cibos magis admittitur. Et autem non solū gultu acri, sed & amaro. Ex quo sane etiam digerere atque incidere crassos lentoſq; humores potest. Ob eam vim & per vrinas euacuat. Quin & tenui-um est partium, flatusque extinguit. Quare ad inflationes coll, vteri, & re-eti intestini competit, ac Veneris appe-titum cohobet. Discutit atque exiccat strenue: est enim eorū ex numero me-dicamentorum, quæ valenter desiccāt. Traditur etiam quod cruda, saleque condita ac comesta, virus aciem mi-rum in modum exacuat: ob id antiqui sculptores & pictores hoc cibo aspidæ vrebantur. Nonnulli & succum eius cum succo foeniculi & melle commi-scentes, medicamentum ad oculorum aciem acuendam conficiunt. verū cum acrimonia quedam oculis infe-ſta, succo eius inſit, ventilando appli-carī debet, vt vapor eius tantum, & non ſubſtantia oculos pertingat. Quæ cunque autem ruta & per ſe pro lethali-um medicamentorum antidoto val-let, foliis tritis, & ex vino ſumpis: Contra zonitum maximè & ixiam. Item fungos, ſive in potu derur, ſive in cibo. Valet & contra ſcorpionum iectus, & araneorum, apum, crabro-num,

## VALET VDINE. 79

num, vesp̄parum aculeos & cantha-ridas, ac falāmandras, canisue rabiofi morbi. Acetabuli mensura ſuc-cus ſue ſemen ē vino bibitur, & fo-lia trita vel commanducata imponun-tur cum melle & ſale, vel cum aceto & pice decocta: Succo verd̄ perundos, aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis: Serpentesq; ſi vratur ru-ta, nidore fugere. Folia per ſe pr̄fum-p̄ta, aut cum nuce iuglande, aridisque ſicubus, inefficaces venenorū vires red-dunt: contra serpentes simili modo fu-mere conuenit. Ariſtoles lib.9.cap.6. de historia animalium tradit, muſte-lam dimicaturam cum ſerpente, rutam comedere. Odor enim eius infestus est ſerpentibus. Ruta quoque cum fi-cubus & amygdalis dulcibus mane ſumpta, à veneno preferuat. In ſanctuariis Mithridatis maximi regis de-nicti, Cn. Pompeius inuenit in pecu-liari coſumentario iphius manu com-positionem antidoti, ē duabus nuci-bus ſiccis, item ficiſ totidem, & ru-ta foliis virginis ſimul tritis, addito fa-lis grano: & qui hoc ieſiunus ſummat, nul-lum venenū nociturnum illo die. Au-tor est Plinius lib.23.natu.histo. capite.8.eadem Galenus quoq; lib.2. de an-tidotis cap.43.& lib.1.de alimen. fa-cult. cap.18.& in libro de cibis boni &

## DE CONSERVANDA

mali succi capite . 14. confirmat . De ruta plura leges apud Dioscoridem libro tertio capite . 43 . Plinium libro vigesimo , capite . 13 . Galenum libro . 8 . capite . 49 . de simpl . medicament . facult . Constantinum Cæsarem lib . 12 . ca . 25 . de Agricult . & Simeonem Sethi in Syntagma .

Fyrz.

TER TIVM , Pyra : Hæc namq ; veneni , & præcipue fungorum malignitatem pellunt abiguntque . Quod quidem de pyris syluestribus cum primis intelligendum videatur : De eis enim Dioscorides libro . 1 . capite . 132 . ita scripsit reliquit : Aint Fungos , si sylvestria pyra cum eis coquantur , innocios fieri . Et lib . 6 . cap . 23 . Fructus aut folia pyrastræ cum fungis decocta , strangulantem illam vim auferunt , estrata que eisdem auxiliantur . Quod Paulus Aegineta lib . 5 . cap . 55 . in eum scribens modum innuere etiæ voluit : Pyra sylvestria , aut folia simul incosta , vim strangulandi : quæ fungis inest , tollunt , eademq ; in cibo conferunt . Hanc pyrorum contra fungos efficaciam , Plinius lib . 23 . capite . 7 . ponderi & pugnanti succo attribuit . Intelligi præterea potest & de pyris aromaticis , quæ sanè cum spiritus fragrantia sua corroborent , venenij etiam noxam pellunt .

QVAR-

## VALET VDINE . 80

QVARTVM , raphanus : Eius Græ Raphæci duo faciunt genera , sativii & sylvestris . Sativus hodie peculiariter raphanus minor dicitur , Germanicè Radys . Gallicè une Rane ou Refori . Hispanicè Rauano . Sylvestris , Plinio libro . 19 . cap . 5 . teste , Latinis Armaria appellatur , Germanicè Meeradys . Sativus excalfacit ordine tertio , deficcat secundo : Sylvestris autem in virtute efficacior est . Quin & semen ipsum planta efficacius est . Sativus contra viperarum ictus auxiliatur . His qui fungis strangulantur , tam cibo , quam potu salutaris est . Si quis ieiunus ipso accipiat , securus erit , vt ne à medicamentis ledatur . Succus ipsorum ex aqua acceptus , boletis & venenis resistit . Si verò raphani succo quis manus suas probè illinat , ac confricet , intrepidè & citra periculum reptilia ac serpentes apprehendet . Scorpis impoñiti raphani , euestigo ipso interficiunt , & succus in hoc expertus magis ac fortior est . Si quis præsumpto raphano à scorpio percutiatur , non solum non morietur , sed etiam celarem sanitatem adipiscetur . Raphanus autem ob eā etiæ causam contra venena valere dicitur , quod vomitiones moueat , quibus stomachus à noxiis humoribus expurgetur . Semen quoque vene-

nis

DE CONSERVANDA  
nis & venenatis vermitibus aduersatur.  
Contra ceratits morbus, potum ex vi-  
no auxilio est.

Raphanus ipse cum manifesta calfa-  
ctione attenuandi atque incidendi fa-  
cultatem habet. Nam qualitas acris in  
ipso superat: quibus rebus pituita scin-  
dit & absunt. Sanguinem acrem atq;  
pugnentem efficit, eoque biliosis nocet.  
Stomacho aduersatur, ructus ciet, hu-  
morem erasum ac lentum, &c. si virtus  
concoctrix debilis fuerit, crudum etiā  
generat. Vomitum cieri per raphanum  
sumptum ante reliquum cibum, dicit  
Dioscorides lib.2.cap.105. vt pote qui  
hoc modo cibum eleuet, & ad euomē-  
dum protrudat. A reliquo autem ci-  
bo sumptuū, ἀγάθοντι, hoc est, distri-  
butionem ciborum in corpus iuuare  
perhibet, his verbis: Summo tamen  
cibo sumi deber, quo magis eius distri-  
butionem adiuuet: cùm autem præsu-  
mitur, cibum suspendit: quare vomi-  
turis commodiſſime datur ante cibum.  
Verum Galenus libr.2. de aliment. fa-  
cult. cap.70. se mirari ait, tum Medi-  
cos, tū Idiotas, qui raphanos crudos à  
coena εὐπεψίας εὐεξεῖ, id est, bona cō-  
coctionis gratia edunt. Ipsi quidem, in  
quit, hanc rem experientia satis sibi  
exploratam esse affirmant, qui tamen  
ipsos sunt imitati, omnes lēxi fuerunt.

Sum-

VALETUDINE. 81

Sumptu enim post cibum, coctionem  
non iuuant, sed impediunt potius. Sub  
inde enim eructant, ventriculum pro-  
bè claudi non sinunt, caput vaporibus  
replent, eique grauitatem inducunt.  
Minus tamen officiunt, qui exigua co-  
pia a cena cum sale & acito ingerun-  
tur. Inde ἐυριπίας καὶ τλίου διάβολας εὐε-  
τίσθολος, id est, bonam ingenii habitu-  
dinem ac industriam homini, menteq;  
quaꝝ recte ac perspicue percipiāt, atq;  
intelligat, efficere tradunt. Dioscori-  
di sensuum etiam aciem excitant. Lic-  
inem extenuant, iecinori & lumborum  
doloribus profundunt. Nonnulli quoque  
cum oximelite vomendi gratia propi-  
nant, multamque educunt pituitam, &  
à febre quotidiana ſepe & quartana  
liberantur. Folia, si parua copia sumā-  
tur, coctionem adiuuant, & ad appe-  
tentiam, quaꝝ collapsa fuerit, excitan-  
dam accommodata ſunt. Plura de ra-  
phano Dioscorides atque Galenus lo-  
cis paulo antē citatis, Plinius lib. 20.  
cap.4. Constantinus lib. 12. de agricul.  
ea.22. & Simieon in Syntag.

QVI INTVM, Theriace. Hęc enim  
tota substantia sua tam brutis, quam  
ratione præditis animalibus contra  
omne veneni genus auxilio est, nemí-  
nemq; pollicito frustrari finit. Si quidem  
nullum vñquam à feris, quaꝝ ho-  
mi-

Theriace

## DE CONSERVANDA

minem solent interimere, conunorūm  
hac statim epora antidoto periisse,  
memoria est proditum. Nullus eadem  
præsumpta, haud multò pōst mortis  
impetus, belluꝝ veneno, ceu illam su  
perante interiit. In pestifera etiā lue,  
solum hoc antidotum malo correptis  
prodeſſe adeò haſtenus viſum est, vt  
nullum aliud præſidium tanto malo  
resistere fuerit idoneum. Namq; pestis  
tanquam & ipsa exiſtat quædam bel  
luꝝ, haud paucos interimit, verum ci  
uitates quoq; totas depascens, male  
conficit. Quippe praua quædam aëris  
ad corruptionem prompta mutatio  
efficitur, & homines cùm respiratio  
nis necessitate periculum euitare ne  
queant, ipsum aërem velutī venenum  
quoddam ad ſē pcr os attrahunt. The  
riacen autem in eiusmodi aëris statu  
præſumentes, neutiquā à malo corri  
piuntur. Quin & correptis iam eadem  
medetur, aëris inspirati malitiā in  
alterans, mutansque, vt quæ corporis  
temperaturam infici magis prohibeat.  
Breuiter, totum corpus ita ab iniuriis  
securum facit, vt nec à deleterio quo  
piam posſit infici. Conſimilis fere vir  
tutis est & aliud quoddam antidotum  
quod ab eius, cui in frequēti viſu fuit  
nomine, Mithridatium appellatur. In  
qualitate enim atq; efficacia theriacæ  
proxim-

## VALETUDINE. 81

proximum est, parumq; differunt, ni  
ſi forrè quid theraicæ paulò calidior,  
& contra ſerpentum venena potētior,  
est. Proditur magnum illum bellato  
rem Mithridatem hoc antidotum præ  
ſumentem, ob firmam corporis con  
ſtitutionem ex illo præparatam, non  
poruſile veneno poto interire. Cūm  
enim bellum aduersus Romanos ge  
rens, à Pompeo vīctus, in extremis  
medicamenta veneno ſanus mori co  
geretur, medicamento epoto, eoque co  
pioso, ipſe quidem non interiit: filiæ  
autem ob eximium erga patrem amo  
rem, cum eo mortem volentes oppre  
tēre, eiusdem medicamenti potu ſubi  
to conciderunt. Deinde cum mortem  
ille obire statim non posset, veneno  
propter antidotum præſumptū ineffica  
ci vocato, quodā ipſius amico nomine  
Bifoco, iniunxit ipſum vt iugularet.  
Atq; ſic medicamenti opus ferro abſol  
uens, mori ipſum violēter coēgit. Hæc  
fere Galenus in libro. de Theriaca ad  
Pifonem cap. 2. & 8. &c. 28. Lege plura  
apud eundem in libro. de viſu Theriace  
ad Pamphilianum per totum, & lib. 1.  
de antidotis. capit. 19. & Auicennam. 6.  
4. tract. 3.ca.1. & 6.4. tract. 1.cap. 5.

SEXTVM, nuces: nempe iuglan  
des, quas nō nulli etiā regias appellāt.  
Hæ multo ſane in viſu ſunt. Cum ruta  
N<sup>o</sup> 60.

&

## DE CONSERVANDA

& fici præsumptæ, & à summo cibo, lethalibus venenis aduersantur: néc minus si à veneni haustu comedantur, Largius estatæ latos lumbricos pelletunt. Cùm capa verò, salse & melle, canis hominisq; mortui conferunt. Et hoc de aridis cùm primis intelligendū est. Alimentum porrò, quod corpori præbent, exiguum est. Aridæ viridibus ac humidis peiores habentur: vnguinois enim, magisque pingues sunt, itaque facile etiam in bilem transfeunt: & quòd diutius reconditæ fuerint, magis tales efficiuntur. Quamobrem oleum etiam ex inueteratis exprimere liceat. Tunc sancè concoctu difficultates, & stomacho, præterim bilio, inutiles sunt, atque bilem augent, faecium & capitis dolorem adferunt, tussientibus inimicæ, oculos iridunt, vertiginem faciunt, idq; cùm à cibo sumuntur, lingue *ταραλυσιν* inducunt, & in ore inflammations & vlcera parriunt. Stomacho meliores sunt, si cum caricis edantur. Ad vomissiones ieiunis in cibo utiles. Cæterum quæ virides adhuc sunt atque humidæ, neque adstringentis qualitatis, neque oleofæ conspicuæ participes, sed magis quodammodo qualitatis expertes, hæc stomacho minus nocent: dulciores enim sunt, faciliusq; cōcoquuntur, & multò ma-

## VALETUDINE. 83

magis, quando & ipse cum caricis manduntur. Humidæ præterea aptæ ad dejectionem sunt, siccæ vero minus: Perique autem ventris subducendi gratia cum caro etiam ipsas præsumunt: in quem virides sunt accommodatores, vt quæ adstringentis qualis minus sint participes. Quin & siccaram quoque, si prius (quod nonnulli faciunt) in aqua fuerit macerata, facultas viridibus est adsimilis. Ad hæc viridium nuclei depellati atq; torrefacti aliquætulum, si à reliquo cibo commanducetur, ciborum in corpus distributionem adiuuant. Et sic patet in vniuersum, corporibus sanis nuces virides magis quam siccias conuenire. Plura Dioscorides lib. 1. cap. 140. Plinius lib. 23. capite. 8. Galenus lib. 2. de aliment. facul. capite. 28. & Simeon Sethi in Syntagmate.

¶ De Aëre. Caput X I I I .

L Vc idus ac mundus sit rite habitabilis aër,  
Infectus neq; sit, nec olens foetore cloacæ.

HIC agitur de prima re non naturali nempe de Aëre cuius, vt Galen. libr. 9. cap. 14. metho. meden. & in arte medicinali capite. 85. testatur, nulla est eundi

## DE CONSERVANDA

tandi ratio. Nam in aëre nos ambiens semper versari, comedereq; ac bibere, & vigilare, & dormire est necessarium, & sine eo nec tolli morbus, nec generi sanitas potest. Hic igitur causa sine qua non obtinet rationem. Quapropter sedulo hoc agendum, vt in ambiente, quoad fieri potest, quā optimo habitemus. Quid ut recte cōsequamur, quatuor eius notas hisce verbis expressas diligenter confidemus oportet. Quarum prima quidē est, vt sit lucidus, clarus, minimeq; crassus, aut nebulosus. Crassus enim & obscurus humores confundit, turbidusq; ad eor defcēdit: quo sit, vt spiritus etiam turbidi ac crassi, tum corpus pigrum ac languidum reddentes, tum animam quoque cōtristantes, ex eo producantur. Nihil autem magis viuidum ac iucundum, minūsve circa voluntarios motus pigrum reddit hominem, quām si in lucido ac claro versetur aëre, aut mane surgat. Secunda, vt si mundus, hoc est, exquisitè sincerus ac purus, nullisq; vaporibus inquinatus. Impurus namq; iuxta qualitatē & naturam illius, quod ipsi admisceatur cordis temperaturam variat atque immutat, quemadmodū idipsum Hali Roboam comment. 16. in libr. 3. Artis Medicinalis Galeni ostendit. Tertia, ne

## VALET VDINE. 84

ne sit infectus, cuiusmodi esse solet in locis cadauerum non crematorū multitudine refertis, sicut in præliis contingit. Nam hunc pestis ferē subsequitur. Inspiratus enim in corpore spiritus inficit. Quarta, ne foetorem habeat cloacæ. Sub qua sanè comprehenduntur & particulares aëris infectiones omnes, quibus humana natura offenditur: nempè latrinarum, cœni, sterquiliniorum, fouearum, culinæ, locorum in quæ cadauera & ossa mortuorum comportantur, & stagnorum seu paludum, idq; multo quidem magis, si linum infuser aut cannabis in eis putrescit. Quando enim aëris huiusmodi sordibus inquinatus in corpora ingreditur, spiritus inficit, ac maximam cerebro noxam suggerit, viarum spiritus obstruzione facultatis animalis transfustum prohibens, & halitu suo caput grauans. Huiusmodi ergo aëris omnib. ex æquo ætibus, omnīq; tem peraturæ noxius est: sicut è diuerlo qui purus omnino est, nulli non ætati est vtilis. Hinc non temerè Auic. 2. 1. doc.

etiam

2. sum. 1. cap. 2. in hunc propè modum scriptū reliquit: Aëris quidem optimè tēperatus & clarus, qui nihil prorsus admistum est alienæ materiae, quæ tota substâlia spiritus tēperaturæ cōtraria sit, sanitatem non efficit tantū, sed

DE CONSERVANDA  
etiam conseruat. Contrarius verò, ef-  
fectus producit cōtrarios. Verū quo  
predicitorum exactior habeatur noti-  
tia, sciendum est Aerem pro tuēda bona  
valetudine duobus modis esse ne-  
cessarium: Primo quidem ob spirituū  
& caloris innati refrigerationem: De-  
inde verò ob fumidi excrementū, spi-  
ritibus ac calori innato molestiam ex-  
hibentis, expulsionem. Quemadmo-  
dum enim externum ignem sine aëris  
euētilatione suffocari atque extingui  
videmus, ita etiam de spiritibus & ca-  
lore innato imaginari oportet. Nisi e-  
nīm per assiduam inspirationem &  
transpirationem calor naturalis refri-  
geretur, ac quasi ventiletur, necesse est  
spiritum perire: Aëre enim indiget nu-  
triente, conseruante, temperante, atq;  
depurante siue segregante. Nutrīcio  
ergo, conseruatio, & temperatio calo-  
ris innati fiunt per aëris attractionem.  
Depuratio per eiusdem expulsionem.  
Ac puriores quidem fiunt alperw: arte  
riz dilatatione, quām συσαλή Gre-  
ci nominant: ea enim aër frigidus at-  
trahitur, qui vitale robur, vnde spiri-  
tus quoque animalis gignitur, excitat  
& recreat. Altera verò eiusdem arteriæ  
accidit contractione, συσαλή Gre-  
ci vocant, qua certè, quod ex humorum  
deustione in toto animante contra-  
stum

V ALET VDINE. 85  
stum velut fumi, dum est excrementū,  
expellitur. Aër itaq; qui sic attrahitur,  
si foetidus & impurus fuerit, calorem  
innatum atque spiritus corruptit.  
Hinc etiam intelligi potest, facillimè  
infici corda venenato aëre. Quare pro  
tuenda bona valetudine eligendus est  
aër optimæ essentiaz, qui nihil vapo-  
ris seu halitus alieni in se admistum  
habeat, neque turbidus, aut nebulosus  
apparet. Qui enim talis existit, hu-  
mores conturbat, &c, vt antea etiam  
dictum est, animam contristat. Sed  
sit exquisitè purus ac liber, qui ex ter-  
ra plana vel edita ventorum perflatu-  
rndique lustretur, & cui fumi, puluc-  
res, & nebulæ admist. nō sint. Et qui  
nec stagni, nec palidis halitu sit infes-  
etus, nec ex profundo specu pestilens  
tem auram spiret, qualis circa τερψεις,  
& Hierapolin, alibiq; in multis terrar-  
um locis visitur. Nec qui ex cloacis  
qua vrbem aut numerosum exercitum  
purgent, vitium contraxit. Nec qui ex  
animalium, olerum, leguminum, aut  
praurum arborum putredine, aut si-  
mo coquinatur. Nec qui ob stagnum  
vel flumen vicinum nebulosus est. Nec  
qui ed iris vndiq; montibus in cauo lo-  
co, siue valle conclusus nullum recipit  
perflatum. Suffocans enim pntrisq; est in  
similis ei, qui in domib. quibusdā est in  
I clu-

**DE CONSERVANDA**  
clusus, in quibus ob putredinē, & per-  
flatus defectum, plurimus aceratur  
squalor ac situs. Proinde omni planē  
extati noxius est, & vitandus, quemad-  
modum & quilibet inclusus. Hac fe-  
rè Galenus lib. 1. capite. 16. de sanitate  
tuenda. In pestilente ramen ambientis  
constitutione, ob generaliorem putre-  
factionem, inclusus cōuenientior exi-  
stit: vnde per id tempus domi mane-  
re, fenestrasque occludere oportet, ne  
quā pestilens aēr ingrediatur. Quod  
si cui tamen eas aperire placuerit, cu-  
randum imprimis, vt sint versus Orien-  
tem, aut Septentrionem constitutæ:  
idque fiat à Sōle iam aliquot horis or-  
to. Calor enim Solis citius irrumpens  
caliginem atque putredines aēris dis-  
sipat, omnemque crasitudinem eius at-  
tenuat. Ad postremum vero cauendum  
etiam, ne vel minimum quidem aēr in  
qualitatibus suis tam actiuis quā pa-  
siuis, caliditate nimirum, frigiditate,  
humiditate, & siccitate, excedat. Si ve-  
rò talis loco habitationis nostra na-  
tura defecerit, arte nostra moliendū  
erit, vt qualēcē expedit, præpar-  
tur. Id autem qua ratione fieri posit,  
Galenus libro. 9. method. meden. capi-  
te. 14. & Auicenna. 1. 1. doct. 2. Sum. 1.  
capite. 6. 7. 8. & 9. copiose admodum  
docent,

¶ De

**VALETUDINE.** 86

¶ Denimia vini potatione.

Caput. XV.

**S**I nocturna tibi noceat pota-  
tio vini,

Hoc tu mane bibas iterum,  
et fuerit medicina.

Præceptum hoc loco de iis traditur  
qui mane ob pridianum vini pōtum  
ægrotant: nempē vt tum quoque ipfis  
paulum vini propinetur. Porrò lar-  
gor vini inuitatio, que vltra quām  
satis est, ac multam in noctem produ-  
citur, ebrietatem nonnunquam, sipe  
sitim matutinam, aliquando verò im-  
modicam etiam corporis excalfactio-  
nen fuscitare solet. Siquidem excal-  
factionem, maximus error est, id ma-  
ne repetrere: nam perinde hoc esset, ac  
si ignem igni adderes, oleoque incen-  
dium restringueres. Si ebrietatem cum  
nausea quadam, nihil incommodauer-  
it, si etiam paulum eius manē propi-  
netur. Sic enim facile vomitus elicie-  
tur, ventriculusq; à bile, & pituita, ce-  
terisque prauis ac vitiosis humoris-  
bus, quibus grauatus fuit, exonerabit-  
ur, adeoque crapula quum onini eius  
noxa discutietur. Vomitum enim pre-  
stare iuuamentū, vt stomachus à ma-  
teriebus humoralibus euacuetur, au-  
tor est Auicenna. 4. 1. capite. 13. pro-

I z batq;

DE CONSERVANDA  
batq; vomitum bis fieri in mense con-  
tinuis duobus diebus , ex autoritate  
Hipocratis in libro de diaria salubri,  
& in libro de insomniis , nimirum ut  
secundus dies prioris vomitus reli-  
quias extrudat. Idem .3.1 .doct.2 .capite.8 .non parum emolumenti ex eo co-  
fescutur adserit, si quis semel in men-  
se inebrietur : quo videlicet per ebrie-  
tatem vomitus excitetur, vt qui maxi-  
mè ab ægritudinibus chronicis, hoc  
est , longis ac malis tueri queat . Sed  
Rabbi Moses Tract. 4 .ad Soltannm  
Babylonie hanc sententiam seu erro-  
neam iis conuelliit verbis : Nocet , in-  
quiens, ebrietas omnis, & maximè assidua.  
Errauit ergo qui esse putauit vt  
letem ebrietatem semel in mense . Quin  
eadem etiam a Gulielmo Placentino  
libro primo capite octavo de cu-  
ratione morborum , & à Gordonio  
particul.2 . Lili , capite vigesimo pri-  
mo , & à Valesco libro primo Philonii  
capite octavo redarguitur , vt quibus  
præscrivati , quām curari melius esse  
videatur . De vomitu plura infrā ca-  
pite 107 . Si quis ex nocturna vini po-  
tatione , propterea quoddibet illud  
non consuerit , obliteratur , huic &  
mane , quo adsuescat , idem propinan-  
dum est : sic enim fiet , vt ex vini sum-  
ptione minorem lesionem sentiat .

Nam

VALET TUDINE . 87

Nam à consueto , vt est apud Hippo-  
cratem libro .2 .aphor .50 .minor fit le-  
sio . Si verò nocturnam vini potatio-  
nem , mane sitis excipiat , ea mendoza  
est , & curatur quidem sumptione vini  
sed magis tamen aquæ . Ceterum mi-  
nimè ignorandum hoc loco , ab assidua  
& quotidiana ebrietate summoperè  
omnibus tam firmum , quam imbecille  
cerebrum habentibus , ex æquo cauen-  
dum esse . Frequens siquidem ebrietas ,  
quemadmodum .3 . 1 .doct.2 .capite.8 .  
Auicenna testatur , sex morborum ge-  
nera in humanis corporibus excitat .  
Primò namque iecoris εὐεξίας , hoc  
est , bonum habitum dissoluit . Vinum Ebrieta-  
enim immoderatus sumptum calorem tis incū-  
eius naturalem vel obtundit , vel re-moda.  
soluit atque debilitat , adeò vt faculta-  
tem amittat sanguificam , & aquosas  
humiditates υδροπαιæ efficientes pro  
sanguine generet . Vel , hepar ipsum  
vnam cum humoribus eius adurit : quā  
sanè rem magna ex parte sequi solet ,  
vel ελεφαρίατης , quæ est Arabum le-  
pra , vel mania . Deinde assidua fumo-  
rum è vino sublatione bonam etiam  
cerebri constitutionem destruit : Cali-  
dum quidem phrenitidi , aut manie ,  
frigidum verò epilepsia , lethargo  
apoplexia , aut caro Arabibus Su-  
beth appellato , obnoxium , reddens .

I 3 Ter

## DE CONSERVANDA

Tertio loco neruorum imbecillitas continuatam vini perpotationem sequitur, atque inde sanè accidit ut biba cibus & frequenter inebriari solitis, caput, manus, ac reliqua membra propè omnia tremula efficiantur, idque non tantum in senio, cuius maximè proprium hoc vitium est, sed in cruda quoque viridiisque senecta, & quandoque etiam in iuuentute. Quarto, frigida ncruis virtus, nempe conuulsiones, ac paralysin adducit. Vbi enim immoderatus sumitur vinum, vt quod calidam habeat temperaturam, facillimè eos replere solet. Talis siquidem natura promptè omnia subintrat, præsertim quum non admodum crastam substantiam habuerit. Substantia igitur copia vinum neruis hæc adfert mala, Galeno comment. 5. libro quinto aphorismor. teste. Vinum etiam frequenter in ventriculo acescit, vnde non minimum lœduntur nerui. Ex defectu præterea concoctionis vinum sepe conuertitur vel in crudas atque aquosas humiditates quibus laxati nerui resoluuntur, vel in frigidos, crastos, & glutiposos succos, quibus iidem obstruti aut distenduntur, aut contrahuntur. Quinto, Apoplexiā procreat: pituitoso enim 5 hoc est, frigido, crasto, lento-  
que

## VALETUDINE. 88

que humore, quem temporis tractu generat, adeò principalissimos cerebri ventriculos vna vice & cumulatim replet, vt subito omnes corporis particulae motu simul ac sensu destituantur. Sexto verò repentinam sepe mortem adfert: locis enim spirationis vini, vel inde generatarum humiditatum multitudine vehementer coarctatis atque impeditis, ebrius stertendo & dormiendo suffocatur. Hæc omnia Galenus etiam libro. 3. de temperamentis, in eum scribens modum cōfirmat: Vinum, inquit, non semper animal calfacit, æquè vt nec oleum flammam accendit, tametsi aptissimum est ignis nutrimentum. Imo si imbecille & exiguae flammæ confertim multum oleum infundas, suffocabis eam, prorsusque extingues potius, quam augebis. Sic igitur & vinum, vbi plus bibitur, quam vt vincit posit, tantum abest vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora virtus gignat, quippe apoplexia, & paraplegia, & quæ Græci Carros, & comata vocamus, & neruorum resolutio, & comitiales morbi, & conuulsiones, & tetani immodicum vini potum comitantur: quorum vnum-  
quodque frigidum est vitium. Hæc ille. Quanquam verò a nobis hactenus dicta mala vino immoderatus sumpto accepta

I 4. feren-

## DE CONSERVANDA

ferenda sunt, non parum tamen conferre existimandum est, si modice bibatur. Aucta loco supra citato quinque eius recenset commoda. Primo namque calore & subtilitate substantiae, cum conuenienti quoque & occulta proprietate faciliter efficit ciborum, quibus permiscetur, in omnia membra distributione: Vnde elegantissime ab Hippocrate in libro de alimento ὁχνα τῆς τροφῆς, hoc est, alimenti vehiculum nuncupatur. Idque merito sane: neque enim ex ventriculo in venas, quae sunt in hepate multæ & angustæ, succus facile transmitti posset, nisi aliquis ei tenuis & aquosus humor, tanquam vehiculum, permisceretur. Deinde eadem etiam ratione phlegma incidit atque resolutum, membrum obstructions aperit, adeoque naturam ipsam ad excretionem incitat. Tertio flauam bilem per vrinam, sudorem, excrementationem, & transpirationem insensibilem, ἀδηλον οὐσίαν διεποιεῖ. Graxi vocant, expellit: idque intelligendum maximum de vino tenui, subrubeo, sive albo, per naturam debili, vel abunde diluto. Potentia enim flauam bilem augent potius, quam expellunt, quod insita quadam vi in eam facile committentur, & hepar, ultra quam satis est, calciant. Quartu atram bilem, quæ

crasia

VALETVDINE. 89  
crasia & tardi motus est, per proprios meatus ab hepate ad splenem, & à splene ad os ventriculi nullo negocio deducit, eandemque è corpore tandem una cum fecibus exigit. Quinetiam melancholie noxas substantia, temperamentum, & effectibus suis contrariis reprimit ac tollit. Melancholia si quidem tristitiam, timorem, pusillanimitatem, & avaritiam: vinum vero latitiam, audaciam, magnanimitatem, & liberalitatem parit. Quinto medetur omnibus modis seu speciebus lasitudinis, nisi multa extranea caliditas ipsi coniuncta fuerit. Spiritus enim languidos, tantumque non exolutos, abunde reficit & recreat, facultates corroborat, & humiditates muscularis, nervis, chordis & iuncturis insidentes aut eximit, aut certe minuit. Adhac, in areafectiua lasitudine, re ita postulante, velociter humectat, praesertim si dilutum fuerit. Praestat præterea & alia quamplurima commoda. Galeno enim teste libr. 3. de temperamen. cap. 3. omnium celerrimè nutrit: nam ut ad similetur, mutationem desiderat minimam, Calorem & spiritum naturalem corroborat, torum corpus calfacit, cerebrum purgat, intellectum excitat, cor exhilarat, iram mitigat, tristitiam removet, libidinem incitat, præque omnibus aliis po-

I 5 tibus

DE CONSERVANDA  
tibus concoctionem semicrudorum hu-  
morum in quauis corporis parte adiu-  
uat, &, vt vnicō verbo rem totam per-  
stringam, hominem & anima & corpore  
reddit virilorem: vnde abstemii, si cæte-  
ra æquabiliter se habeant, reliquis sunt  
effeminatores.

¶ De meliore vino. Cap. XVI.

**G**ignit et humores melius vi-  
num meliores,  
Si fuerit nigrum, corpus red-  
det tibi pigrum.  
Vinum sit clarumq; vetus, subti-  
le, maturum,  
Ac bene dilutum, saliens, mode-  
ramine sumptum.

HIC docetur imprimis, ex meliore  
vino meliores humoros procreari, ne-  
que id sanè immerito. Nam quanto  
præstantior humorum materia fue-  
rit, tanto ex ea etiam meliores humo-  
res gigni, rationi contentaneum est.  
Subiungitur deinde, corpus nigri vi-  
ni potu torpidum ac pigrum reddi, in-  
ne hoc quidem citra rationem. Na&  
cū reliquis sit crasius ac terrena na-  
turæ magis particeps, spiritus etiam  
crasiores inde produci necesse est. Si-  
milem esse oportet defluxum subie-  
ctæ

VALET VDINE. 90  
ctæ substantiæ, vt locis suprà aliquo-  
ties citatis Galenus autor est. Iam ve-  
rò spiritus crasiores corpus grauant,  
& ad voluntarios motus perficiendos  
pigrum reddunt. Tertiò loco septem  
referuntur præcepta de electione vini.

PRIMVM, vt sit clarum: hoc  
enim utpote subtile, spiritus etiam cla-  
ros ac subtile generat.

SECVNDVM, vt sit vetus: No-  
num enim sive mustum ( si cætera con-  
sentiant) facilius inebriat, aluum sub-  
ducit, colicos cruciatus generat, &  
alia quædam adfert incommoda, de  
quibus infra capite. 26. Neque ita ta-  
men hoc intelligendum venit, vt no-  
bis ad modum vetus eligendum videa-  
tur. Tale enim iuxta Auicennæ sen-  
tentiam 3. 1. doct. 2. cap. 8. inter me-  
dicamenta potius, quam potus repon-  
endum est. Maior si quidem ei cor-  
poris ad caliditatem & siccitatem alte-  
randi, quam alendi facultas ineft. Ali-  
mentum enim quod ex ipso corpori ho-  
minum accedit, exiguum est. eo quod  
a fecibus & viriditate, quibus per-  
missum & confusum fuit, iam repur-  
gatum, seque ipso calidius quodam-  
modo effectum sit. Vinum namque,  
sicuti libro 8. capit. 14. de simplici me-  
dicami. facult. à Galeno scribitur, ex se-  
cundo est ordine excalfacientium:

## DE CONSERVANDA

sed quod admodum verus est, ex tertio:  
sicut multum, quod vocant ex primo.  
Caliditati eius proportione respondet  
siccitas

TERTIVM, vt sit subtile: tale e-  
nī spiritus procreat multos atq; subti-  
les: cū ē diuerso crassū crassos generet.

QVARTVM, vt sit maturū, non  
austerum, sive stypticum. Austerum nā  
que vinum, quem admodum comment.  
8.libr.3.de vīct.rat.in morb.acu.Gale-  
nus attestatur. excretiones omnes cohi-  
bet. Quare lādit ea corpora, quibus  
pervinas expurgari est opus, lādit quo  
que superiora omnia. Sed tamen ipsa  
astrictionis ratione omnino iuuamen-  
tum p̄ficit aggritudinibus intellino-  
rum. Verū huiusmodi astrictionem  
labefact̄. exolutique si aqua tempera-  
tum facit.

## Dilutum

QVIN T V M , vt sit dilutum Vi-  
nū enim cū diluitur, hoc est, aqua té-  
peratur, remittit fumositatem suam,  
atque ob eam rem minus cū caput  
grauat, tum inebriat. Sed hoc ipsum  
de vīno subtili porisissimum intelligentē  
videtur, Nempe crassū diluendo  
subtilius ac magis fumosum efficitur,  
atque ob id citius inebriat. De eo igit̄  
tur Auicennam intellexisse censendum  
est. 3. doct. 2. capite . 8. dum inquit : Mi-  
xtum velocius inebriat.

SEX-

## VALETUDINE. 97

SEXTVM, vt infundēdo quali sub-  
filiat: & est vna de boni vini conditioni  
bus, de quibus cap. 10. dictum est.

SEPTIMVM, vt modice sumatur  
Vinū enim modice sumptum acuit  
ingenium. Excitat enim vīni calor in-  
ueniendi vim, quæ torpet nonnum-  
quam in ieiunis. Extat hęc sententia  
libro de disciplina scholarium, qui Se-  
uerino Boëthio adscribitur, cap. 2. Vi-  
num, inquit, modice sumptum intelle-  
ctū videtur conferre acumen, non au-  
tem modice sumptum rationem per-  
turbat, intellectum hebetat, memoriam  
enruat, obliuionem immitit, errorem  
infundit, ad ignorantiam perducit.  
Ex oīnibus iam dictis colligitur, pro  
conseruanda bona valetudine eligen-  
dum esse vinum etate medium, clarū,  
rubedine nonnulla participans, odo-  
ratum, sapore æquale, ita vt non acre  
sit, nec acutum, neque dulce, nec fumo-  
sum, neque crassum, neque subtile ni-  
mis, sed ad subtilitatem inclinans, ne-  
que excellenter potens, neque plus æ-  
quo imbecillum, sed medium, natum *Vergi. 2*  
in colle aperto meridiem spectante, re- *Georg.*  
gione inter caliditatem ac frigidita- *Apertos*  
tem temperata. Hęc ferè Auicenna lo- *Bacchus*  
co citato. Porrò circa vīni usum pro *amat ca*  
etatis ratione tres notandæ sunt regu- *les. Gre*  
le. Prima, ne pueris datur vīnum in po-

I 7 tu:

## DE CONSERVANDA

tu : nam perinde hoc esset , ac si ignem  
igni addas . Quippe quod haustum &  
humectat nimium , & calfacit corpus ,  
tum caput halitus replet iis , qui humi-  
do calidoq; temperamento sunt , qua-  
le est eiusmodi puerorum . Atqui nec  
repleri his caput est vtile , nec supra-  
quam par est humidos calidosque hei-  
ri : quoniam eò iam caloris humoris-  
que peruererunt , vt si paululum v-  
tramuis qualitatem anxeris , iam mo-  
dum exceilint . Cùm autem sit om-  
nis excessus fugiendus , maximè hunc  
fugere expediat , ex quo non corpori  
modo , vrumetiam animo damnum  
accedit . Galenus libro . 1 . capite . 15 . de  
sanita . tuenda . Secunda , vt feni detur ,  
quantum citra dispendium valetudi-  
nis ferre queat , hoc est , quantum appe-  
tit genuina ac regulari appetetia . Què  
admodum enim ocreæ veteres , aridæ ,  
& corrugatæ oleo , ita corpora senum  
vino électo , quale est Bellouacense , re-  
ficiuntur ac reuocantur . Senibus enim  
cùm exangues & frigi ð sint , vnum il-  
lud maximum commodum ex vino ac-  
cedit , quod exatis frigiditatem ad sym-  
metriam & mediocritatem caloris re-  
ducat , tristitia m & melancholiæ , qui-  
bus abundant , expellat : & soporem ,  
quod ferè destituuntur , reuocet : obstruc-  
tiones item , quibus iidem obnoxii  
sunt ,

## VALETUDINE . 92

sunt , tollat . Sanè vinum sicuti pueris  
alienissimum , ita senibus aptissimum *Vini* est  
est . Galenus libro . 5 . de sanita . tuenda , *lac senū* .  
cap . 7 . Terræ , vt iuuibus non exhi-  
beatur nisi temperatè . Nam , vt Gale-  
nus , inquit , libro . 1 . de sanitate tuenda  
cap . 15 . Neque iam adultis vinum , nisi  
modicè sumptum , existimandum est  
vtile esse : quod videlicet & ad iram &  
ad libidinem præcipites facit , & par-  
tem animi rationalem hebetem turbati-  
damque reddit . Cæterum his ipsis ad  
bilis excrementa vel mitiganda , vel ex-  
pellenda , est sane non inutile . Cor-  
pus corroborat , & ingenuum ob subtili-  
um & tenuium spirituum copiam ex-  
acuit . Plura Plato . lib . 2 . de legibus , Se-  
neca libr . 0 . 2 . cap . 20 . de Ira , & Galenus  
in libro , quod animi mores corporis  
temperaturam sequantur , cap . 10 .

### ¶ De Ceruisia . Caput XVII.

N On acidum sapiat ceruisia , sit  
bene clara ,

Et granis sit cocta bonis , satis  
ac veterata .

Hic quinq; traduntur notæ eligen-  
da ceruisia

P R I M A , vt nō sit acida : hæc enim  
vetriculo inimica est . Acetū nanq; quæ  
admodum comment . 39 . li . 3 . de vietus rat . *Acetum* .  
in

**D E C O N S E R V A N D A**  
in morb. acut. Galenus docet , si apte  
narura neruos offendit , iisque sive ex  
perimentum testatur , & demonstrat  
ratio . Nempe exangues sunt & ideo  
frigidi facileque ab iis: quæ refrigerant  
firni & tenues habent partes , affi  
ciuntur medicamentis . Læduntur præ  
terea & à reliquis perfrigerantibus om  
nibus : sed subtilitas aceti , quodd tenui  
um est partium , in eorum mergitur  
profundum : atque in omnes ita irrum  
pit partes , vt ne minimum quidem ex  
eis illæsum maneat : Sic igitur acetum  
neruos offendit partes . Ventriculus  
autem neruosus est . Ergo , &c.

**S E C U N D A** , vt sit clara: turbida  
enim impinguat quidem , sed virinarū  
meatus obstruit , atque ob id calculo  
sis plurimum nocet , fatus gignit , dif  
ficilem atque breuem spirationem effi  
cit , & pituitam auget .

**T E R T I A** , vt sit cocta ex bonis , ac  
validis , & minimè corruptis granis ,  
nempe ex optimo hordeo , tritico , vel  
auena : quanto enim grana meliora fue  
rint , tanto & meliorem inde humorē  
gigni par est .

**Q U A R T A** , vt sit bēne ac perfe  
ctè cocta . Hæc enim melius concoqu  
tur , & naturæ cōuenientior existit . Ma  
le verò cocta , ventris inflationes , tor  
mina , & colicos cruciatus generat .

**Q V I N-**

**V A L E T V D I N E . 93**  
**Q V I N T A** , vt sit vetus , & à fœci  
bus repurgata . Recens enim præterquā  
quod iisdem malis , quibus male co  
cta abnoxia est , stranguriam etiam fa  
cit . Plura intrà cap . 46 .

**¶ De vīa ceruīste . Caput XVIII.**

**D E** qua potetur , stomachus  
non inde grauetur .

**H I C** vnicum de ceruīsæ vīsū præce  
ptum traditur , nempe vt modicè su  
matur , neque ea stomachus prægraue  
tur , vel ebrietas concilietur . Ebrietas  
enim ex ceruīsa quām vīno deterior  
est , & diutius perdurat , quodd crassior  
concoctuque difficilior sit , quām vi  
num . Fumi namq; crassiores inde ad  
caput eleuantur , quām ex vīno : quare  
tardius etiam discutiuntur . Ex quo sa  
nè loco sequitur etiam , in principio  
prandii vel cœnæ potum à ceruīsia v  
tilius , quām à vīno inchoari , Ventri  
culus etenim ante cibi sumptionem va  
cuus & nutrimenti indigus è prox  
imis haud dubie visceribus attraxit . Il  
la verò , vt copiosè admodum lib . 3 . de  
facul . natu . cap . 13 . Galenus docet , ni  
hil præter superfluitates & excremen  
ta retribuīsle certum est : quod sit , vt su  
perfluitatibus iam atque excrementis  
abundet . Quæ certe potissima causæ  
est ,

## DE CONSERVANDA

est, cur in maxima fame Medici consilant, ut ante cibi sumptionem vomitus eliciantur: quo nimis superfluitates illae à ventriculo attractae evacuētur prius, minimèque cum  $\chi\lambda\kappa$  miscantur. Si igitur in principio mensa biberetur vinum, quo natura præcipue delectatur, quodque audiſſimē ab ea quæ visceribus inest, trahendi vi rapitur: superfluitates à ventriculo attractae vna cùm vino in omnia statim corporis membra non sine faintatis dispendio distraherentur. Atque ob hoc fortassis Ioannes Matthæus de Gradi. consilio. 90. non in principio solum menſe, sed in maxima quoque siti, & post quamlibet actionem forte ac vehementer a vino abstinentem censet: quippe quod ita sumptum incoctum adhuc ac crudum adneruos facile penetret, atque inhibi in acetum commutetur. Ceruſia verò vtpote crassior, & ad concoctionem pertinacior, non tam audiē rapitur: quare ab ea potus in principio prandii vel cœnæ utilius inchoatur. Ceruſia humores etiam orificio stomachi incidentes abluit, & sitim, quæ ex nimia vini potatione timetur, præterea & quamlibet alijs mendosam, coērct ac reprimit.

¶ Quæ

## VALET VDINE. 94

¶ Quæ ratiō quolibet anni tempore fit utilis. Caput XIX.

Temporibus veris modicum prandere iuberis,  
Sed calor aestatis dapibus nocet  
immoderatis,  
Autumni fructus caueas ne  
sint tibi luctus,  
De mensa sume, quantum vis  
tempore brumæ.

Hic pro singulis anni temporibus conueniens instituitur victus ratio: Et primò quidem de Vere agitur. Verno siquidem tempore modice prandēdum est, id est, paulum cibo demendum, adiiciendumq; potionis, Cornelio Celso lib. 1. capite. 3. & Auicenna. 2. i. doct. 2. cap. 6. testibus. Hyeme enim ob temporis gulofitatem, exercitii paruitatem & resolutionis prohibitionem, humores crudi maximeq; phlegmatici ex tempore proportione generati in interioribus corporis ob ambientis aëris frigiditatem, sive *dryas episcopalis*, aduantur. Ver autem superueniens illos eliquat, & per totum corpus diffundit: Quare natura per id tempus plurimum circa illorum concoctionem occupata est. Si itaque in vere magna daretur cibi copia, natura impedita à

præ-

## DE CONSERVANDA

prædictorum humorum concoctione  
diuerteretur, vt pote humoribus, &  
magna ciborum copia plus æquò gra-  
uata: vnde relicti in corpore humores  
crudi & incotti facile in membrū ali-  
quod decubentes ægritudinem indu-  
rent. Quare summoperè cauedum est,  
vt id temporis cibo nonnihil deman-  
tur. Ciborum enim diminutio ab æ-  
gritudinibus veris maximè præser-  
uat. Auicenna ibidem testa. Et hoc qui  
deni de adulto & extremo vere intel-  
ligendum. Nouum enim hyemi adsi-  
milatur, vnde & hyemis ritu per id  
tempus cibus administrandus est. In-  
telligendum item de corpore crudis  
& phlegmaticis humoribus referto.  
Corpore namque in humoribus tem-  
perato cibus iuxta coloris innati, atq;  
eius, quæ à corpore fit resolutionis  
proportionem exhibendus est: ablata  
enim causa est diminutionis cibi. Vn-  
de Hippocrates libro. 1. apho. 15. Ven-  
tres hyeme & vere natura calidisimi  
sunt, & somni longissimi: quare per  
ea tempora alimenta copiosiora sunt  
exhibenda. Etenim tunc calor innatus  
plurimus est, vnde & pluribus e-  
gent alimentis.

SECVNDO, de æstate: nēpe quod  
immoderata cibi sumptio æstate no-  
ceat. Si quidem virtus concoctrī tunc  
de-

## VALETV DINE. 95

debilis existit: Calor enim innatus,  
qui omnium operum naturalium cau-  
fa est, propter extrinsecus circumstan-  
tis coloris excessum, ad sibi astinem ex-  
trā protenditur, atque ita contingit  
dissolui ac dissipari eius substantiam:  
ob hoc igitur debilior redditur, quām  
vt multum cibum cōsicerere queat, Ga-  
lenus comment. 15. lib. 1. apho. Vbi mi-  
nimè tamen silentio prætereundū est;  
ob maximam humiditatem corporis  
tam substancialium, quām nutrimenta-  
lium, quæ per æstatem fieri solet, dif-  
flationem plurimum quidem ac cras-  
sius alimentum exhibendum esē, si  
virtus concoctioni sufficeret. Verū  
cūm uno eodemq; tempore multum  
conficere non sufficiat, parum de eo  
ac sèpius exhibendum est. Id quod cō-  
ment. 17. lib. 1. aphorismo. Galenus iis  
significauit verbis: Aestiuo quidem tē-  
pore, quantum ad temporis rationem  
attinet, sèpius pauca danda sunt, quo-  
niam & pluri egent adiectione, vt qui  
sunt dissoluti, & vires habeant imbe-  
cilles. Idem Cornelius Celsus libro. 1.  
carite, 3. sic scribens confirmat: Aestate  
vt sèpius cibo vtendum, sic exiguo est.  
Quanquam verò cibo nonnihil per æ-  
statem demendum est. potionī tamen  
adiiciendum videtur. Maxima siquidem  
tum fit diffatio & exiccatio cor-

## DE CONSERVANDA

poris, & calor humidum longè exuperrat, unde maior etiam sitis exoritur. Elixir itaque frigidissimè cibis, ac potionem multa, tum diluta vterendum. Vinum verò purum ac vinorum, ut quod facilè inflammetur, & violento æstu vehementer calorem incendat, vitandum.

TER TIO, de Autuno: ut scilicet in eo à pomis ac cæteris autumnalibus fructibus, nimirum vuis, perfici, sicibus, & similibus abstineatur. vel parcè saltē de ipsis afflumatur, ob ebullitionem enim quam corpore & humoribus faciunt, sanguinem nimis fluidum & putrefactioni accommodum generant, idque maximè in ventriculo impuro & corporibus *κακοχρυσοις*, qualia per autumnum saepius occurunt: quæ ob id etiam mali corripiuntur ægritudinibus, cuiusmodi habentur imprimis variolæ, morbilli, & pestilentes. Quod palam etiam Paulus Aegineta libro. 14 capite. 53, ita scribens attestatur: Poma in autumno affatim afflumere noxiū est, vt quæ non copia tantum obsint, verum etiam vitiōsos procreent humores & inflationes. Et enim præstantissima, nempe ficus & vxæ, flatus pariunt corruptūtque cibos, nisi ante alios præsumatur, ita verò neq;

## VALETUDINE. 96

neque inflant neque corruptunt. Cæterū qua exactior victus ratio per auctorū habeatur, vnicè hoc omnibus, qui sanitatis tuende curam suscepérunt, cauendum est, quemadmodum libro quarto ad Alman. capite. 26. Rhazes præcipit, ne famem vel fistim patiantur, vel cibo una hora repleantur, vel aqua. Vinum autem bibendum est paulo liberius, non tamen immodicè, ceu in æstate, dilutum: nempe vt corpus humectet, & calorem reprimat. Quod enim aqua immodicè temperatum est, calorem obtundit, inflationes ac inde colicos cruciatus procreat. Minus etiam eius quam per æstatem sumendum est. Si quidem natura tunc imbecillior existit, quam vt magnam vini copiam concoquere queat. Sunt apud Galenū in libro de cibis boni & mali suc*i*c*i*, cap. 3, pulcherrima quedam ac vtilissima de horæis fructibus præcepta, quem sanè locum, quia valde eruditus est, hic integrum subiicere placuit. Pater meus, inquit, geometriae, architectoniae, astronomiae, arithmeticæ, logisticae studiis plurimum valuit. Maximeque omnibus, quibus erat notus, ob ipsius iustitiam, modestiam, bonitatem, vt qui quis ex philosophus, admirationi fuit. Is cum puer ipse

## DE CONSERVANDA

ipse adhuc esset, eam mihi vietus rationem instituit, vt nullis per id tempus obnoxius morbis vixerim. Vbi verò adolescentiam suum ingressus, ille in agrum rei rusticæ studiosus concessit, ego verò doctrinæ studiis ardentius quam ceteri condiscipuli die nocteque operam dabam. Sed cum per totum id tempus, quod ὁ παῖς vocant, horæs, hoc est, temporariis vel fugacibus fructibus vñā cum æqualibus meis vberius vñus esset, adueniente autumno, acuto morbo correptus sum, venamq; incidere opus fuit. Cumque ergo in urbem pater reuerteretur, ad me obiurgādum se couerrit, eiusque generis vietus admonuit, quo eodem suadente, vñus ante fueram, vtique ab illo imposterum minimè discederem, vitaremque sodalium incontinentium consuetudinem præcepit. Tum sequenti etiam anno operam curamque adhibuit vt sobriè viuerem, atque horæos fructus cum moderatione gustarem. Atque ita in eo anno qui erat ætatis meæ undeuicesimus, incolumis vixi. Sed cum altero deinde anno pater excessisset è vita, ipseq; vñā cum eiusdem ætatis amicis opera fructus ad satismetum sumerem, in ægritudinem superiori consimilem incidi, vt tunc quæq; sanguinis missione opus esset, Deinde ve-

rlò vel singulis annis, vel alternis nonnunquam, ad octauum vsque & vice simum annum morbo aliquo laborabam. Cumque tunc temporis periculum esset, ne ea pars mihi, qua iecur septo trauerso annexum est, abcessu corriperetur ab esu horæorum omnium mihi penitus abstinentum proposui, exceptis sicibus, vnisque omnino matutinis quas neq; intemperanter vt antea, sed cum moderatione simebam. Quam sanè vietus rationem, cum quidam ex sodalibus natu me duobus annis maior comprobaret, curam ambo adhibuimus, ut exerceremur, cruditatesq; omnino vitaremus, ob idque ad hanc vñque diem multos iam annos, incoluisse viximus. Reliqui quoque ex amicis, qui me hortante exercitatione vñi sunt, moderateque cibū sumpserūt, recte omnes semper valuerunt, sed alii, quidē à quinto iam & vicesimo, alii ab aliquanto paucioribus annis, vt cuique scilicet persuasum fuit, horæos fructus cibosque alios mali succi vitari oportere. Hæc ille.

QVARTO: de hyeme: Hyberno  
siquidē tēpore, Auicē.2.1.doc.2.ca.6.te  
ste, quātū volumus. hoc est, plus quam  
ceteris tēporib. edēdū est. Quod Galeni  
etia testimonio confirmatur, qui com  
ment. 17.li.1.apho. in eū scribit modū:

K Hy-

Hyemis  
cibi par  
ci.

## DE CONSERVANDA

Hyberno tempore multa quidem dan-  
da sunt propter robur virium, sed ra-  
rò, quia non valde multa indigent ad-  
iectione laborantes, vt quibus nò mul-  
ta fiat euacuatio. Et ratio quidem est,  
quia calor innatus hyeme intèrior est,  
tum quia vniuersus, tum quia corroborata,  
*διάτην δυτικέπιαστην*, id est, jux-  
ta positionē sui contrarii, nempe aëris  
fri gidi corpora ambientis. De qua plu-  
ra Aristoteles lib. i.c. 12. μετεωρολογί<sup>η</sup>  
κάθ. Sed hoc veritatem habet in robu-  
stis & corpulentis, non autem in rarissi-  
& debilibus. In his enim intensum hye-  
mis frigus non modò non corroborat calorem innatum, sed magis debilitat.  
Quòd verò hyberno tempore calor plurimus fit, innuit Hypo. aphor. 15. lib. i. Ventres hyeme & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi:  
quare per ea tempora alimenta copio-  
siora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus est, vnde & pluri-  
bus egent alimentis. Quæ quidem  
& crassiōra & concoctū difficiliōra ex-  
hibere licet, eo quod calor intensior sit.  
Vino autem vtendum est tum mera-  
ciore, tum rubicundiore. Quanquam  
verò in hyeme ob robur caloris innati  
& fortitudinem virtutis concoctricis,  
cibi crassiōres ad densiores conueniunt,  
quia tamen tunc temporis ob phleg-  
matis

VALET VDINE. 98  
maris abundantiam corpora facilimè  
replentur & obstruuntur, & parua fit  
à continente resolutio: tutius est vt ci-  
bis inter solidum & rarum mediis: qua-  
lis est caro hœdina, vitulina, verueci-  
na, luciorum, percarum & cancrorum:  
Crassioribus verò, vt bouina, cerui-  
na, porcina, concharum, ostręarum,  
carpionum, & similiū, abstinentium,  
aut certè cum moderatione vtendum:  
adhibitis semper rebus apertiis & diu  
reticis, nimis rūm petroselino, nastur-  
tio, apio, & exercitio forti. Cæterūm  
circa vīctus rationem pro singulis an-  
ni temporibus conuenientem hoc etiā  
notandum venit: Quod autumno quidem  
melancholicis cibis ac siccantibus  
abstinere oporteat, hyeme verò eis vtī,  
quemadmodum sanè æstate humectan-  
tibus & refrigerantibus: Vere autem,  
quòd medii fit temperamenti, mediæ  
facultatis cibos edere, quemadmodum  
lib. i.ca. 25. de aliment. facult. Galenus  
attestatur.

¶ De prauo potu corrigendo.

Caput X X.

S Aluia cum ruta faciunt tibi  
pocula tuta,  
Adde rosae florem minuant-  
que potenter amorem.

K 2 Duo

DE CONSERVANDA  
Duo tradūtur hoc loco prauipotus  
remedia.

*Salvia.*

PRIMVM, Salvia, cuius folia potibus immersa vitia eorum proprietate quadam tollunt. Peculiarem præterea habent gratiam roborandi cerebrum ac neruos:is vero roboratis, malis fumis ex paruo potu procedentibus melius resistitur.

*Ruta.*

SECUNDVM, Ruta: Huius namque folia integra ac citra contritionem vllam potionis imposta, auxiliare vim contra perniciem eius præstant. Etenim caliditate proprietate sua potus vitia emendant. De ruta, quomodo aduersus venena conferat, fatis dictum est supra capite. 13. Additur in posteriore versu, quod flos rosæ superioribus adiunctus, non modò dictam earum vim augear, sed Veneris insuper appetitū cohibeat atque tollat. Quod sicut de rosis potissimum intelligendum est, que puniceo colore rubent: hæ namq; fragrantia ac styptico suo sapore potus nocumentum remouent.

*De nausea marina. Cap. XXI.*

NAusea non poterit haec quam vexare, marinam Vndam cum vino mixtam qui sumperferit ante.

Cum

VALETV DINE. 99

Cum plerisque necessitas incidat nautigo per mare proficisci, hic etiam remedia quedam aduersus naufeas & vomitiones, quibus premi solent, qui nauium infueci primùm iā nauigare incipiunt, enumerare placuit: Nepe si diutes illi fuerint, vt per dies aliquot, antequam nauē consendant, vinum suum aqua marina temperent: si pauperes, aquam marinam absque mictione bibant. Sic enim fiet, vt naufeas citra vllum negotium cuident. Nam vinum & præcipue aquosum, quod Paulo Aeginetæ οἰνάριον Græce dicatur, stomacho vomitionibus turbato maximè conuenit. Aqua verò marina falsa & astrictoria sua vi os ventriculi claudens vomitiones præcedit atque impedit. Porro vomitionibus primùm iam oborientibus, nec facile, nec utiliter resistitur: vt quæ omnino magna ex parte præsidio esse soleant contra magnas & vehementes ægritudines, nimirum elephantiasin, aquam intercutem, apoplexiā, & stomachi tum frigiditatem, tum inflationem. Si quidem ab his non solum præseruant, sed easdem etiam iam obortas vel curat vel certè leuant. At si diuicius crebrisque vrgeant, adeò vt nauigantes vehementes debilitentur, comelitione stypti corū & acidorum fructuum, cuiusmodi

K 3 sunt

**D E C O N S E R V A N D A**  
sunt mala cydonia, mala Matiana (hoc  
est, vt interpretatur Iacobus Syluius,  
poma Syluestris, vt verò Ianus Corna-  
rius, poma Arantia) & nostra orbicula-  
ria poma, quæ Epiroticis vialis respon-  
dere putantur, vulgo Capendata, sive  
*Pommes de Capèdes Gallicè vocatæ*, &  
punica sive granata acida, restinguēdæ  
sunt. Hæc enim os ventriculi corroborat,  
& humorem sursum repente decor-  
sum reuelunt, ac infernè per ventrem  
euacuant, fluentemq; stomachū fistūt.  
Quin & ipse stomachus ab hisce robo-  
ratus fructibus, humores ad se vndarū  
exagitatione confluētes reprimit. Apii  
quoque semen torrefactum ac in vino  
potum, cōfert. Absinthium quoq; tam  
in cibo, quā in potu sumptu nausreas  
tollit. Panis item assatus, si ex vino a-  
quoso & odoro maceratus ingeratur,  
prodest. In summa, tota vietū ratio-  
num ex acidis & ventriculum roboran-  
tibus, tū vapores etiam sive fumos ad  
caput ascendere prohibentibus, consti-  
tuenda est: In quorum numero & lenti-  
tuculæ cūmprimis in acetō, vel succo v-  
ux acerbe incoctæ, reponendæ sunt.  
Plura Paulus Aegineta. lib. 1.ca.56. &  
Auenencia. 3.l. doct. 5.ca. 8.

Vapores  
stomachi  
prohiben-  
tiæ.

¶ De generali condimento.  
Caput XXII.

Sal-

**V A L E T V D I N E.** 100  
S Aluia, sal, vinum, piper, allia  
petroselinum,  
Ex his fac saltam, ne sit com-  
mixtio falsa.  
Communes recensentur hoc loco  
materiæ, ex quibus in mensa èμεδυ-  
ματα, hoc est, intinctus, condimenta,  
sive falsamenta ex tempore parari pos *salsamen*  
sint, si specialia defuerint. Sunt autem *taenia*,  
ex numero sex. Et prima quidem sal-  
uia est: Ex hac enim fit condimentum  
in assatione sive coctura anserum &  
porcellorum. Hi nanque saluia persé-  
pè farciri solent antequām assentur: vt  
nimirum superfluis ac glutinosis ipio-  
rum humiditatibus resolutis atque  
dissipatis, saluia penitus sibi cum o-  
dorem, tum saporem induant. Saluia  
tamen post assationem reiicienda &  
non comedenda est: Quinetiam ruri-  
cole & plebei homines condimentum  
ex saluia conficiunt, quo in anserum  
esu vtuntur. Allium enim cum saluia  
contundunt, vt acrimoniam deponat  
& vino commiscant. Secunda Sal: de  
quo infra ca. 52. Tertia, Vinum: Quod  
sunt extempore diuitum, vel nobis  
cum cōdimentum est. Nam in sinapii,  
aut veriuti defectu, vinum cum sale  
temperatum pro falsamento ingerunt.  
Porro veriutum (vt hoc obiter etiam

*Sal cum  
vino.*

K 4 hic

## DE CONSERVANDA

hic explicitur) Gallicum vocabulū est idem significans, quod ὁ μεριστος quod est succus acerbę vitæ, nondum matu-  
rescentis. Italicè Agresto , Officinis ag-  
resta , Galicè Veriut̄ . Hispanicè A-  
graz , & hinc facta Latina nominis ter-  
minatione, Veriutū. Quarta, piper: Est  
que rusticorum & agrestium hominū  
falsamentū: quippe quibus fabz atque  
pisā pipere conditia in quotidianā līt  
vītu. Quinetiam ex pane tosto cum cer-  
uisia, sive vino, ius nigrum pipere con-  
ditum pultis instar conficitur, quod  
ob id vulgato iam ferè vbique nomi-  
ne piper etiam appellatur. Hoc super  
carnes aut pisces effusum in deliciis

Piper.

Alliūm . habetur. Quinta alliūm : hinc quoque  
falsamentum rustici conficiunt, quod  
cum omnibus prope cibis suis, sive asī  
illi fuerint, sive elixi, sive dulces, sive  
falsi , imò verò & cū induratis oīis efi-  
tant. Allium namq; tritum cum molli  
caseo ac lacte commiscent, atque epulis  
deinde apponunt. Sexta, petroselinum:

Petrofe- Siquidem ex foliis eius contusis, cum  
linum . que veriuto vel vino albo commisisti,  
sit salsa viridis, quæ cum asfis fere man-  
ditur. Ceterū silentio minimè pre-  
tereundum hoc loco, quod pro ra-  
tione temporum sibi inuicem suc-  
cedentium, tum cibariorum etiam, qui-  
bus cum apponuntur, falsamenta varia-

VALET VDINE. 101  
ri conueniat. Calidis siquidem tempo-  
ribus frigida , aut minima certe calidi-  
tate participantia: è contrariò verò fri-  
gidis calida conferunt . Salsamento-  
rum igitur statuenda materia est in e-  
state omphacium , turiones vitis, ace-  
tum , succus malorum limoniorum ,  
vel citranglerorum , vel Punicorum,  
sive granatorum , cum saccharo, stil-  
latitio rosarum liquore, qui ἡσάγ-  
μα Graecē dicitur, & amygdalis . Qui-  
bus tamen interdum serpylli nonni-  
hil ac petroselini ad frigiditatis com-  
moderationem addi potest. Tempori-  
bus frigidis aptissima constituetur sal-  
famentorum materia, sinapi , eruca ,  
zingiber, piper, cinnamonum, cyaro-  
philion, allium, saluia, serpyllum, men-  
tha , petroselinum , iuscula carnium,  
vinum , & acetum, idque non acreni-  
mis , sed vini naturæ propinquum .  
Temperatis autem temporibus inter  
caliditatem & frigiditatem media ma-  
gis congruet. Porro quod ad cibaria  
ipsa attrinet, alia alijs, quemadmodum  
sane coqui non ignorant, egeunt condi-  
mentis. Carni nanque veruecinè, simi-  
liter & vitulinæ, atq; capreolinæ ; salsa  
viridis apponi solet, in aestate quidem  
ex aceto, & omphacio, cum paucis ipe-  
ciebus, nempe cum petroselino, zin-  
gibere alba , omphacio, & pane tosto

K 5 eo-

## DE CONSERVANDA

eoque in aceto uel agresta macerato, sine alii admisitione: In hyeme verò eadem, sed cum largiore specierum copia, paucō allio, optimo vino, & pauca agresta, apponitur. Nonnunquam verò sinapium & eruca sufficiunt. Carnibus bouinīs elixatis per quam utile pro condimento est, duntaxat ad usū eorum qui rectè valent, iuscum nigrum ex pane tosto, cum que iure carnium, paucō omphacio, & pipere coctum, quod piperis etiā nomine appellari diximus. Hoc idem & pro suillis non inutile hyberno tempore fuerit. Nihil porro vetat in principio refectionis per astatē carnes suillas etiam frigidas cum aceto ac petroselino mandi. Quod si tamen egedē carnes, nempe bouina atq; suilla, pastillata fuerint, hyeme quidem cæpe atq; allium cum exiguo specierum dulciū pondere: astatē vero οὐφάντος sine cæpis, aut paruulas cæpas, sed minuta planè copia, assūmere alienum non est. Sin vero ex carnibus subtilioribus pastillatura constiterit, repudiato per astatē cæparum yisu, lac amygdalarum cum omphacio & exiguo specierum dulciū puluere apponendū est. Quum etiam conquastatum cum omphacio in fine conceditur. Hyeme vero vinū in omphaciū locum sufficere, adeoque

VALET VDINE. 102

adeoque species augere operē preцium erit. Cunicularum & pullorum assūtare conuenit condimentum ex cinnamomo & mica panis, astatē quidem cum omphacio, sed hyeme cum vino. Suilla carni assūtate per hyemem conueniet liquor, qui inde assūndo destilauerit, cum cæpis contus & optimo vino temperatus: per astatē verò salfa viridis, cuius supra mentionem fecimus, ex vī magis erit, Phasianorū, perdicū, & turturum assūtare præter salem aliud non requirunt condimentum. Caponibus verò & gallinis elixatis non inutile condimentum est per hyemem proprium decorationis earundem ius cum paucō specierum dulciū puluere, & maximē quidem si salvia, hyslopus ac petroselinum iurisimul incocta fuerint, astatē ius ipsum per se cum momento croci & succo turionum vitis sufficit. Cæterum pro caponum & gallinarum pinguium pastillatarum condimento, præter exiguum specierum dulciū copiā nihil penitus apponendum est, idque in fine tantum, per astatē quidem cum omphacio, per hyemem *Piscium* verò cum optimo vino. Pices verò *salta*, tantò calidioribus atque arioribus opus habent condimentis, quādō crassiore magisq; excrementitia carne &

K 6 hu-

## DE CONSERVANDA

humidiore natura confiterint, concoctuq; pertinaciores fuerint. Eadem in carnibus quoq; habenda est ratio. Plura Magninus de conseruanda sanitate, parti. 3. capite. 20. & 21.

¶ De utilitate lotionis manuum  
Caput XXII L.

**L**OPIO post mensam tibi confert munera bina,  
Mundificat palmas, et Inmina  
redit acuta.  
Si fore vis sanus, ablue saepe  
manus.

Dux hic referuntur commoditates ex lotio ue manuum à sumpto cibo. Primo nanque manus ipsas puras atque mundas efficit: Deinde verò lumina etiam reddit acuta, id est, visus aciem ex citat: Et hoc quidem non per se, sed ex accidenti. Manus enim instrumenta sunt, quibus purgantur oculi. Quare puras eas atque mundas esse conuenit. Sed de hoc abundè suprà ca. 2.

¶ De pane. Caput XXIIII.

**P**ANIS non calidus, nec sit nimis inueteratus,  
Sed fermentatusque, oculatus  
sit bene coctus,

Et

## VALET VDINE.

103

Et falsus modice, ex granis validis electus.

Ne comedas crustam, choleram  
quia gignit adustam

Et panis falsus, fermentatus, be  
ne coctus.

Purus sit sanus, non talis sit tibi  
vanus.

Duo circa panis electionem cauenda esse, hoc loca præcipitur. Primum, ne actu calidus ingeratur: talis autem maximè existit recentior & primum iam è furno extractus. Nam cum lentorem quandam adhuc retineat: vehe- Panis ca-  
menter inflet, visceraq; obstruat, ne- lidus no-  
cessè est: eoq; ad sanitatem inutilis ha cius. betur. Quod. 2. Cano, tract. 2.ca. 572.

in eum propè modum scribens Auicenna innuere etiam voluit. Non comedatur calidus sicut est, quando videlicet è furno extrahitur: huius enim quemadmodum & reliquorum similiūm usus, propterea quod inflet, & immodecè viscera obsepiat atque obstruat, naturę aduersus infensusq; est. Hic idem, vt lib. 2. de vist. rat. in morbis acut. apho. 34. Hippocrates scriptū reliquit, & loco citato Auicēna cōfirmat, manifesta caliditate & recenti fuligine sitim facit, celeriterq; vaporosa

K 7 hu-

**DE CONSERVANDA**  
humiditate faciat, sed supra suspen-  
ditur, & tardè delcēdit. Vetere tamē faci-  
lius concoquitur: est enim humidior:  
Idq; duobus potissimū modis cognoscitur. Primum ex pueris, ferè enim ii  
maximi eo delectantur, ut pote simili.  
Alterum testium nūm ab ætate sumi-  
tur. Nam si verus est siccissimus, qui  
recentissimus est, eum humidissimum  
esse oportet. Qui quidem & si vix  
salubris ratione ut alimentum minus  
congruit, odoratu tamen præstantissi-  
mus habetur. Valenti nanq; ac luaeol  
lenti vino imbutus, & naribus admotus,  
cor ipsū mirū in modū recreat,  
ac roborat, atque hac sanè ratione syn-  
cope correptis utilissimè adhibetur.  
Imo verò & solo eius olfactū vitam  
prorogari nonnulli memoriae prodi-  
derunt. Quod proinde à Democrito  
factum esse, Diogenes Laërtius libr.9.  
in eius vita iis testatur verbis: Cū iam  
ex senio deficeret, & propinquus vi-  
deretur morti, moerentem sororem,  
quòd ille in celebritate Cereris mor-  
riturus, ipsa deæ vota exoluere nequi-  
ret, bono animo esse iussit, panesq;  
calidos sibi quotidie afferre, eos igitur  
naribus cùm admouisset, viuum fe, dū  
ea celebritas transiret, seruavit, Vbi ve-  
rò dies illi transferunt, tres autē erāt,  
quietissimè ac minimo dolore cōclu-  
sit.

Panis o-  
der.

**VALETUDINE.** 104  
si vitam. 109. ætatis anno. Extat super  
hac re Græcum eiusdem Laërtii epi-  
gramma tale.

**Kαὶ τισέφου σορός ὥδε, τισέργον ἐπεξε-**  
**το σούτον,**  
**ὅστον διπλατοδάns μίνυσε Δημόκρι-**  
**τος:**

**ο's θάνατον παρβούτα, τρίηματα δέ**  
**μαστιν ἔσχεν**  
**καὶ θερμοῖς ἀρτων ἀθμαστιν ἐξένισεν.**  
**Quisnam tam sapius visus, qui tale patrari?**  
**Vnquam, quale sciens omnia Democritus?**  
**Qui per tres tenuit presentia fata dies, ε-**  
**Illa recens colli panis odore aluit.**

Plura hac de re Conciliator differē-  
tia. 155. & Manardus lib. 18. epist. 6. Se-  
cundum, ne vetustate induratus, sive  
mucidus edatur. Naturæ enim huma-  
næ, propterea quòd nimium exiccat,  
melancholicumque succum generet,  
pro aliamento non conuenit.

**S E C V N D O** loco quinq; enumera-  
rantur panis electi condiciones. Pri-  
ma, vt sit bene fermentatus. Siquidem Panis e-  
lettio.  
concoctu inter panes, vt lib. 1. de alim.  
facul. capit. 9. Galenus arrestatur, sunt  
facillimi, qui plurimum sunt fermentati  
& pulcherrimè subacti, quique in  
elabano igne moderato fuerunt asslati.  
Porrò qui fermento oīno caret, nemí  
ni prorsus est accommodus. Qui vero  
parū habet fermenti, hic, iuxta Auicenę  
fen-

## DE CONSERVANDA

fententiam, vbertim quidem nutrit, sed nati multo exercitio ac labore fatigetur, qui eo vtitur, promptè luditur. Iecoris enim meatus, per quos fertur alimentum, obstruit, lienis imbecillitatem auget, calculos denique in reni bus gignit. Secunda, vt sit oculatus, id est, rarus, porosus, & minimum ponderis magna mole nobis præstans: Hinc enim viscositatem omnem sublatam esse perspicuum est. Parum tamen, si Aucennæ credimus, alit, ventrem excrementis implet, & facile per intestina descendit, quemadmodum ille quoque, qui, quod ex farina à furfure non separata, & furfure à pura farina non separato fiat, *ἀντόσυρος* sive *συκουσός* à Græcis, a Galeno verò *πιτυφίας*, id est, furfuraceus, & a Cicerone cibarius appellatur. Furfur enim cùm nonnihil facultatis habeat abster foris, merito intestinis irritatis velox fit eius deiectio. Iis autem contrarii quidem sunt panes purissimi, plurimum ponderis exigua mole habentes, omnium verò panum tardissime deiiciuntur. Tertia, vt plurimum ab artifice sit subactus, & in clibano mediocriter calido belle percoctus: male nanque coctus cùm ægrè conficitur, tum ventriculum etiam grauat. Quod Aucennæ etiam testimonio confirmatur,

tur,

## VALETUDINE. 101

tur, qui loco citato ita fere inquit: Panis qui non probe percoquitur, plurimum quidem nutrit, sed si quis priuatus, & ab exercitatione alienus, eo uti voluerit, celerrimè in obstructionis periculum incurret. Huius etiani genesis est in patella coctus. Nam partes ipsius intumæ minus bellè elaborantur: Sed de hac conditione abunde supra cap. 9. in tritico dictum est. Quartæ, vt mediocriter sit sale conditus: dulcior enim obstruit, salior exiccat, qui verò in utriusque excessu medio consistit, si ipsi cætera omnia ante pariter adfuerint optimum præber alimento. Modus verò salis gustu iudicandus est, qui nanq; in lôgiori huius mistura offenderit, praus existit. Quatenus igitur gustus nullum adhuc sensum tristem ex ea mustura percipit, eā tenus ipsius copiam augere præfiterit. Quinta, vt ex optimis granis, laudatissimo nimirum tritrico sit confectus: de quo satis superq; dictum est cap. 9. Tertio demum loco præcipitur, vt ab esu crustæ panis, propterea quod cholera adustam atque succos melancholicos generet, abstineamus: quatenus enim ipsa adusta & secca est, succum etiam inde genitum adustum & seccum esse oportet. Quod Galeni testimonio confirmatur, qui in. 4. Hip. lib.

## DE CONSERVANDA

lib.de viet.rat.in morb.acut. com.io3.  
ita scriptum reliquit : Ob afflationem  
ambusta,tum ad succi bonitatem,tum  
ad concoctionem sunt inhabilia , cho-  
leramq; pariunt propter eam , quæ his  
accidit acrimonia . Merito igitur no-  
biles , qui natura biliosi sunt , utrancq;  
sibi crustam, tā superiorē , quām in-  
feriore auferri à pane curant : quos  
præcellentes Ecclesiærūm procēres, at-  
que delicatiōes obſonatricis specu-  
lationis magistri imitantur . Deligen-  
daitaq; è pane medulla est: quippe quæ  
melius,firmius,atque velocius , quām  
crusta , preſter alimentum . Iſtamen  
qui ſani adhuc ſunt , ſed ventriculum  
habent humidiorē , quiq; extenuari  
cupiunt , crusta nonnunquam poſt  
alios cibos rēſci conceditur : vt quæ  
præſumptos cibos deorsum ſubducat  
& os ventriculi roboret . Vlrimi duo  
versus optimi ac ſaluberrimi panis  
quinq; notas continent:nēpe vt ſit pro  
bē ſalitus & fermentatus,vt bene per-  
coctus,vt purus ac ſanus,id eft , confe-  
ctus ex granis mūdis,& validis,ac bo-  
nam effe collectis, quæ imbrium mul-  
titudine vitiata non ſint . Quod Auicē  
na loco citato iis ferē verbis innuere  
etiam voluit: Oportet,inquiens,vt pa-  
nis ſit mundus,ſalitus, belle ſubactus ,  
fermētatus,probē coctus, & heſternus  
hoc

**Crusta**  
**panis.**

## VALETUDINE. 106

hoc eſt , poſt biduum non reponitus.  
Minimē præterea ſicutio prætermi-  
tendum , quod maior panis portio ex  
comparatione ſemper ſumenda ſit ad  
pifces , herbas , & fructus humidiōes  
quām ad carnes & oua:rurſus ad car-  
nes maior quām ad oua , & ad mollia  
oua copioſior , quam ad dura . **Additio.**  
Tritum in ſcholis Medicorum eſt di-  
ctum, Diſſertionem utiq; omnē incom-  
modam: verum quæ ex pane fiat , pefi  
mam . Quod ſane defiſumptum eſt ex.3.  
1. doct.2. capite.7 . Auicennæ , vbi in-  
ter reliqua ſic fermē ſcribit: Panis im-  
pedimentum , vbi non percoquat ven-  
ter, maximum censeri debet . Carnis  
vero non ita . In ſtomacho quippe reſi-  
det diu, onere imprimit moleſto, quod  
ſi non concoctus ſatis , deniq; dilapsus  
fuerit,hepar præfarcit ; ac meſeraicas .  
Caro autem maiorem ducit cum hu-  
mano corpoſe ſimilitudinem , proinde  
ex ea minus prouenit nocumenti ,  
& hepatis , aut meſeraicarum præfar-  
tio leuior , accurationi minus minuſ-  
que obliſtens , imbibentibus mem-  
bris longe procliuſius, ob cognitionem  
quādam carnis ſuccū, q; panis . Hęc Ce-  
lius Rhodiginus li.5.cap.36.lectio.an-  
tiqua . Sciendum præterea , quod panis  
ex farina cribro ſuccrera , & à furfure  
repurgata , maius ac purius preſter  
ali-

## D E C O N S E R V A N D A

alimentum : furfuraceus verò , id est , cui furfuris nonnihil commixtum est , minimum quidem omnium nutrit , sed facilis , ceu antea etiam diximus , per aluum subeat . De Pane plura Galenus lib . i . cap . 9 . & 10 . de aliment . facul . & libr . 5 . capi . 8 . de sanitate tuēda .

**D e carne porcina . Caput . XX V .**  
**E st porcina caro sine vino pe-  
ior ouina ,**  
**S i tribuas vinum , fuerit ci-  
bus ac medicina .**

Priore versu carnis porcinæ insti-  
tuitur cum ouilla comparatio : nempe  
quod porcina absque vino sumpta ,  
quam ouilla peior habeatur . Porro  
quod praua sit ouilla , Galenus libr . 3 .  
de aliment . facul . capit . i . ii .is confirmat  
verbis : Agni carnem habent humidissimam ac pituitosam : Ouium verò ex  
crementosior est , ac succi deterior .  
Hac ipsa tamen suilla , quæ bonum a-  
lioqui succū generat , peior est , si ab-  
sque vino edatur , hoc loco affleritur .  
Idq ; non aliam certè ob causam , nisi  
quod & ipsa pituitosam habeat substâ-  
tiā , quæ quidem vino corrigitur , &  
ad συμμετρίαν perducitur . Altero dein  
de versu innuitur , eandem cum vino  
sumptam , supra quam quod valentil-  
fime

## V A L E T V D I N E . 107

sime nutrit , facultatem etiam habere  
ceu medicamenti , ut quæ humectando  
corpus inalteret : Id quod de porcellis  
astis potissimum atque apri pulcher-  
rime apparatus intelligendum est . Ca-  
terum carnes porcine , quæ siccæ condit  
tur , ac Sole deinde vel fumo exiccan-  
tur ( quemadmodum apud nos in an-  
num reponendæ , à rusticis ac plebeis  
hominibus apparantur ) ouillis nihil  
lo meliores cēsendæ sunt , siue cum vi-  
no , siue absque vino mandantur . Qua-  
re de astis porcellorum carnis , si-  
ue aprugnis hoc ipsum quod hic tradi-  
tur , cō videlicet quo diximus modo ac  
cipiendum est .

**Illia porcorum bona sunt , mala  
sunt reliquorum ,**

  
Illia siue omasa , id est , pinguiora por-  
corum intestina cum reliquorū ani-  
malium intestinis hoc versiculo con-  
feruntur : quantumque ad vietus sal u-  
bris rationem attrinet , aliorum anima-  
lium intestinis natura multò cū p̄-  
stantiora , tum suauiora sunt , vt testis  
est ca . i . lib . 3 . de alimen . facul . Galen .  
Neque ullius etiam animalis intesti-  
nis libentius quam eorum quæ san-  
guine referta , vel pinguia admodum  
sunt , vescimur . Eiusmodi aurem porci  
cumprimis habentur . Iam verò & san-  
guis

**D E C O N S E R V A N D A**  
guis suillus humidus est, & minus ca-  
lidus, humano maxime temperie simi-  
lis : siquidem & carnes suillæ humanis  
sunt similes. Cum itaq; porcorum in-  
testina sanguine plena sint, neq; aliud  
animal ex brutis facilius tū saginetur,  
tum pinguescat, non abs re intestinis  
eius libentius vescimur. De carne suil-  
la abundè suprà cap.7.

**¶ De Musto. Caput. X X V I .**  
**I**Mpedit vrinam mustum, sol-  
uit cito ventrem.  
Hepatis ἔμφραξιν splenis generat  
lapidemque.

Quinq; referuntur hoc loco incom-  
moda, quæ vini recentis sive musti po-  
tum sibi excipiunt.

**P R I M** quidem reddéda vri-  
næ impedimentum est, quod dupli-  
ter sane intelligendum est. Velenim  
crasitudine, quam ex multa terrena  
fæcis admistione obtinuit, vsq; eo he-  
par adeoq; renes ipsos oblepit atq; ob-  
struit, vt vrina penitus supprimatur :  
vel certe consuetū eius reddenda mo-  
rem ac ordinem immutat: Id quod de  
mustis nonnullis Rhenēsibus ac aliis  
quibusdam subtilioribus nemini du-  
biū est. Siquidem fœces eorum ter-  
rena & nitroſa qualitate prædictæ sunt,  
atq;

**V A L E T V D I N E.** 108  
etq; eam ob rem, vbi in vesicam defcē-  
derint, ipsam mordicant, vrinamq; in-  
ordinatæ ac præter morem consuetum  
profundere cogunt.

**S E C U N D V M**, facilis ac cito vē  
tris solutio : viscera enim nitroſa sive  
falsa fæcis sive qualitate abstergens ad  
dejectionem incitat: idq; præstat, pri-  
mò quidem fæcis acrimonia, deinde  
flatuum etiam, quos prosgignit, multi  
tudine : tertio verò propterea, quod  
ad coquendū sit difficile, ac stomachū  
grauet: citò deorsum subit, inferiorem  
que ventriculi meacum, qui Græcis  
συλωρο's nobis autem Ianitor, & infe-  
rius os ventriculi, Barbaris Portona-  
rius appellatur, compresum, arctissi-  
meque coactum & contractum aperit.  
Quæ causa etiam, cur promptius alii  
subducatur, potior tamen ea est, quod ni-  
trosum quippiam iphi insit, ac tergendā  
facultas.

**T E R T I V M**, bonæ hepatis tépera-  
turæ nōxa. Hepar enim quemadmo-  
dum. 3.1. doct. 2. cap. 8. Auicenna con-  
firmat, plurima fæcis commixtione ob-  
struit, flatuum multitudine debilitat,  
& dysenteriam hepaticam inducit. Pa-  
ri modo & οὐχ εξιαν, ac reliquas pra-  
evas hepatis ægritudines diuerſas nimi-  
rum hydropis species generat.

**Q V A R T V M**, Splenis ac cōſtitutio-  
nis

**D E C O N S E R V A N D A '**  
nis eiusdem offendit: Siquidem hoc vi-  
scus aquæ obstruitur musto atq; he-  
par, imò verò & duro insuper tumo-  
re, quem *σκίππον* Græci dicunt, haud  
rarò corripitur.

**Q V I N T V M,** calculi generatio,  
& potissimum in renibus: qui colore ru-  
ber est, & friabilis. Hunc eam maximè  
ob causum mustum generare dicitur,  
quod substantia constet crassitate, a-  
deoq; crassitudine renes offeriat. Et  
hoc verè quidem de musto dulcioris  
vini, cui nitroœ ac mordicantes fa-  
ces admistæ non sunt intelligitur. Nā  
cui ex admistæ sunt, tantum abest à  
generazione calculi, vt nihil ei magis  
posit esse contrarium quippe quod  
vrinam vehementer moueat, ac pro-  
uocet. Eiusmodi verò nonnulla ex  
Rhenensibus inuenias, quæ non mo-  
dò arenulas secum per vrinam agat,  
sed meiere etiam frequentius cogant,  
Frequens porro mictio arenulas iam  
adhærescentes motu suo abstergit &  
aufert. Quare, &c. Plura infra capite  
quadragesimoquinto.

**¶ De aqua potu. Caput XXVII.**  
**P**otus aquæ sumptus come-  
denti in commoda praefstat.  
Hinc friget stomachus, crudus  
et inde cibus.

Du-

**V A L E T V D I N E. 109**

Duplex noxæ genus inter edendum  
aque potum consequi, hoc loco alle- *Aqua*  
ritur. Primò namque ventriculum in- *potius*  
frigidat, & relaxat, maximeq; omnium *noxius*  
cibi appetentium deiicit. Deinde con-  
coctionem interrumpens cruditatem  
generat. Pendent autem ea potissimum,  
vt testis est libr. 7. metho. meden. cap. 6.  
Galenus, ex frigiditate eius omnia, cu-  
ius culpa & in præcordiis diutissimè  
moratur & fluctuationes excitat, & in-  
flatum mutatur, & corruptitur, &  
ita ventriculi resoluit robur, sic vt de-  
terius ob id concoquat. Proinde eo-  
dem in loco Galenus etiam præcipit,  
ne illico post cibum largius bibatur,  
videlicet antequam cibus fuerit con-  
coctus. Siquidem innatant cibi si biba-  
tur, ita vt eos ventriculi corpus pro-  
per interpositum humorem non con-  
tingat. Quod innuere etiam. 3. doct.  
2. cap. 7. His ferè verbis Auicenna vo-  
luit. Neque post cibum multa bibenda  
est aqua, quæ inter ipsum, videlicet ci-  
bum, & ventriculi corpus, separatio-  
nem faciat, & fluctuationis sensum in-  
uehat. Hoc idem sequente etiam capi-  
te, nempe octavo, in huc propè modum  
scribens attestatur: Cùm à comeditione  
natura concoctioni studet, si tantum  
aque exhaustum prius fuerit, quantum  
commodè ciborum permissioni sufficit

L tum

## DE CONSERVANDA

tum ea quæ succedit aquæ potio, inchoatam concoctionem turbat, atque impedit. Idem in Canticis sectio. 2.apho. 29. & 30. Aquæ potu in mensa vitudum non est, nisi ratione adhærentia, & tardioris descensus buccellæ. A qua enim cum cibo sumenda non est. Quem locum Auerroës expónens inquit: Causa quidem huius est, quoniam aqua, quæ statim à comedione bibitur, antquam ingestus cibus a ventriculo incalcat, infrigitat, concoctionem impedit, & cruditatem parit. Eadem etiam causa est, cur ingestus cibus ventriculo innatet, neque eidem adhæreat, nec vniatur, vt ipsum, sicuti par est, conterat. Actio namque ventriculi in sumptu cibum fit conterendo simul & coquendo. Vnde simile quiddam succedit, quale solet cùm multum aquæ in lebetem feruentem infundimus: nam tū caloris vis in elixando hebetur. Ita & in ventriculo contingit. Nam & cibi in corpore concoctio elixionis similis est, vt dicit̄ adinodum docet Aristoteles lib. 4. meteorolo. cap. 3. & post eum Galenus libr. 3. de facil. natura, cap. 7. Exigua tamen aquæ potio, quæ paulatim & quasi fugendo sumitur, ante ei bi descensum concedi potest, nempè vt per eam cibi promptius ventrem perineant, & ad inferiora descendant,

idque

## VALET VDINE. 110

idque magis adhuc si sitis etiam molestans ad bibendum vrgeat. Exigua enim frigidæ potio, eo, quo diximus, modo sumpta, ventriculum alleuat ac colligit. Alleuat quidem, quia sitim extinguit, & cibi descensum promovet. Colligit verò quia partes eius in vnum cogit. Et hoc ex locis Auicennæ iam citatis satis liquet. Cæterum no- *Aqua fi-*  
*tandum, quod quamvis in depulso-*  
*tis excis*  
ne sitis aquæ quam vini potus ma- *guenda.*  
gis conueniat, omnibus tamen quæ valetudini tuendæ sunt consideratis, vinum haud dubiè præferendum est. Nam dato ac concessio, quod in sitis extinctione (quæ ex Aristotelis & Galeni sententia, est appetitus frigidi simul & humidi, aut alterutrius) aqua in vniuersum sit melior, quia frigida & humida, naturaliter tamen in cibi permissione, & eiusdem ad omnes corporis partes delatione, vinum præstantius habetur. Siquidem facilius quum propter substantiæ tenuitatem, tum actionis celeritatem cibis permiscetur. Quinetiam natura eo magis delectatur, adeoque citius attrahit & aliis cibis permiscet: idque eò excellentius etiam, quod hæc mistio per modum quendam fiat ebullitionis, quam vinū vtique, cùm sit potesta te calidum, adiuuat: aqua verò ob in-

L 2 na-

## DE CONSERVANDA

natam frigiditatem turbat atque impedit. Et sic omnibus perspicuum sit, vinum in ciborum tum permisso, tum delatione aquæ perferendum esse: quippe & substantia tenuitate & genuina caliditate pròptè permeat & penetrat. Nà qua calida simil & tenuia sunt, facile penetrantur: quo sit, ut vinum etiā quam aqua, magis ad omnes corporis partes deducat. Aquæ nihil inest potestate calidi, nihil substancialiæ aëreæ, nihil igneæ: vnde tardiuscula sit, & plurimum temporis moretur, adeoque omnem cursum impedit necesse est. Adsignatur præterea & alia ratio cur aqua vino in potu sit postponenda: nempè hæc, quod aqua cum per se neq; cōcoquat, neq; nutriat, alimenti tam nutritionem vel maximè impedit. Atq; inde sanè cibi oēs, quanto aqueæ natura magis participes sunt, tā minus nutriunt. Vinum igitur cōmodius cum cibo bibitur, quippe quod non solum non impedit nutritionem, sed multum etiā iuuet: Maximè enim celerimeq; tū nutrit tū instaurat, quemadmodū suprà ca. 8. & 11. abundē ostendimus. Insuper & hoc notandum q; Aquæ potio, Auicenna, 3. 1. doct. 2. cap. 8. teste, nō inter edendū modo, sed in aliis quoq; certis quibusdā vitæ studiis voxia existit. Et primò quidem, si ieuno

## VALETUDINE.

no stomacho sumatur: tunc enim libere ceu nullo retinaculo præpedita ad principaliora membra penetrans infista sua frigiditate calorem innatum aut extinguit, aut certè debilitat. Et hoc potissimum in homine verè iciuno. Nam ebrio maximum quādoque leuamen adfert, neq; ipse quicquā inde lesionis percipit, si ieonus aquam bibat. Idq; eā maximè ob rem, quod iciunus ebrius non fit omnino ieonus, aut stomacho vacuo, sed nōnullas etiā tū retinet hesternæ crapulæ reliquias: eas igitur, cū nitrosa qualitate præditæ, ac ob id perquam molestæ sint, aqua contemperans stomacho absterget: quinetiam vapores ad caput tendentes deorsum reuellit, ac totum ventriculi habitum in pristinum quadammodo statum reponit, corroboratq; ita ut alimentura rursus appetat, eointineat, & concoquat. Secundò, si ab exercitatione vehementiore, aut statim a coitu sumatur: tunc enim pori corporis aperti, ac robur nonnihil dissolutum est: aqua igitur in profundum penetrans calorem innatum aut extinguit, aut certè deteriorem reddit. Tertiò, si mox à balneo sumatur: idque eis potissimum qui vacuo ventre loti fuerint. Siquidem cutis ipsorum laxata iam, & meatus immodicè aperti sunt: quare

L 3 aqua

## DE CONSERVANDA

aqua, vt dictum est, liberè ac citra vltum obstatum penetrans in summum vitæ discr̄imen perducit. Hinc est quod Auicenna. 6.4. trac. i. Sum. i. cap. ii. ita ferè scriptum reliquit: Ex aqua frigida, quæ ieuno stomacho, aut illico post balneum, siue coitum bibitur, bona temperaturæ corruptio & ~~ūd̄pōnt̄s~~ timenda est. Quartò, si deprauatæ sitis, quæ ebriis sâpe, ac aliis quibusdā ventri ac gulæ seruentibus media nocte aut summo mane oboritur, depellectæ gratia sumatur. Frigidæ enim potu tum cōcoctio impeditur, tū resolutio ac dissipatio vini potentis, vel falsi aut biliosi humoris in ore vetriculi cōtentī, prohibetur. Quo sit, vt sitis aquæ vehemens statim vrgeat, & tēporis spacio magis angeatur. Proinde hæc sitis somno tutius placabitur: per hūc enim humores prædicti sitim excitatæ cōco quantur & descēdunt, ideoq; vt subiij de cœlēt sitis necesse est. Quod si verò sitis vchementior fuerit, quām vt frigidæ aeris inspiratu, aut oris collutio ne sedari posit, aquæ frigidæ potu restringenda est: nam melius est concoctionem aliquantisper impediri, quām multa siti ventriculum accendi, præfertim ex meraciore vino. Aqua igitur frigida ex vase stricti orificii, siue gracilis colli bibenda est, vt plurimum tem-

## VALETUDINE. 111

temporis moretur in orificio stomachi, valentiusq; sitim mitiget: ac de ea sepius etiam, sed paululum sumēdum est, ne concoctio penitus excludatur. Quintò, generaliter ac cōmuni ratione sanis obest, si multum aquæ frigidæ bibat: Calorē enim innatū extinguit, pectus ostendit, ciborum appetentiam delicit, & neruosis omnibus aduersatur partibus, vt testis est lib. 5. apha. 18. & 24. Hippocrates. Prudentissime igitur monuisse videtur, quisquis ille fuerit, quia ira cecinit:

*Vina bibant homines, animalia cetera fontes,*

*Absit ab humano pectori potus aquæ.*

Veruntamen aqua temperatè frigida appetentiam amissam reuocat non nūnquam, non per se quidem, sed ex accidente. Vetriculum namq; ac vna villos eius in vnum cogendo firmata cōborat.

**D**e carne vitulina. Caput XXVIII.

**S**unt nutritiuae multum carnes vitulinae.

Laudibus hic efferventur carnes vitulinae, eo quod alimentum corpori suggerant non mediocre: Et hoc satis ex Auicenna cōstat. Nā. 3. i. doc. 2. ca. 7. inter cetera præcipit, vt cibus sanitatis tutelæ cōueniens sit talis, quales

L. 4 sunt

## DE CONSERVANDA

funt carnes, & propriè hædorum, & ritulorum lactentium partorum, & agnorum anniculorum: vt qua confamilis ferè sint naturæ, & facile in sanguinem commutentur. Galenus quoq;  
lib.3.1.cap.1. de alimen. facul. Carnes vituli lactentis, sex vel octo hebdomadarum, asfatas, vt optimas tum ad coquendū, tum ad succū bonum generandum, tum ad nutriendum, commédat. Sed de his abunde dictū est suprà ca.7. Ideo non est cur hic plura referantur.

¶ De animalibus esti apud. Caput XXIX.

Sunt bona gallina, et capo, turta, taurina, columba.

Quiescula, phasiades, merulae, simul ortygometra, Perdix, frigellusq;, tremulusq;, amarellus

Agitur hoc loco de præstantia alimenti, quod ab animalium genere sumiatur: enumerantur autem quatuordecim, sed ita quidem, vt inde & reliqua rum iudicia facilè colligas.

P R I M A, gallina est, quo nomine *Gallina*, non solum gallinæ iuuenes mediocriter pingues, sed galli etiam gallinacei hoc loco intelligendi veniūt. Siquidem horū omuiū caro (vt copiosè admodū differentia. 68. Conciliator ex Haly,

Auen-

## VALETUDINE. 113

Auenzoari, Auerrhois, & Mesue sententia probat) alimenti est inter aures optimi: quia facile in sanguinem vertitur, & parum excrementosa est. Caro autē gallinarū est melior q; gallorum, nisi sint castrati. Nigrarum quoque, & quae nondum pepererunt, est melior & leuior: vt gallorum, qui nondum coierunt. Miram in corpore obtinet cùm ipsius temperamehti, tum humorū exquandorum facultatem. Iis maximè conuenit, qui vitam in ocio ac quiete degunt, quiq; leuiori ingenio ac mente sunt. Colorē viuidum comparat, vocem clarificat, genitali femini adiicit, & cerebri substatiam auger. Iuseculū eorum optima leprosis medicina est. Ad hæc gallorum cum gallinis nondum coēuntium testes, deperditas in morbis vires mirificè restituunt: quam ob causam hecticis, & maraismo laborantibus, morborumq; diurnitate macrè factis utiliter exhibentur. Insuper & semen prolificum suppeditant, & Venereas roborant vires. Decrepitorum autem præcipuè gallorum caro nitrofa & falsa, cibo inepta, medicamentosa est iure suo maximè: potissimum verò gallorum ruforum, qui ad motum sint alacres, ad coitum ardentes, ad dimicandū fortes, obesorum & macrorum medii, quoque vetustiores, eò

L 3 ma-

## DE CONSERVANDA

magis sunt medicamentosi . Plura  
Melius lib.2.de medicamen.simp.pur-  
gan.distincti.1.capite . 23.Simeon Sethi  
in Syntagma.& Auicenna.2.Cano.ca-  
pita.296.

### Capus.

SE C V N D A, Capo siue capus:hoc  
nomine seminarem gallum vocant,  
cum fuerit castratus: sicuti à M.Varro  
libro. 3.capite . 9.& Columella li-  
bro . 8.capite . 2.de re rustica traditur.  
Hic enim in cibis gratior est, utpote  
remoto Veneris vnu pinguior atque  
salubrioris alimenti redditus . Quare  
cum voluptate assimilatur à ventricu-  
lo , ac facilius concoquitur. De hoc  
Platina libr.5.de honest. volupt. Om-  
nium avium laudes, quantum ad ob-  
sonia pertinet,vna caro gallinacea co-  
prehensa est : quid enim popinis asse-  
runt reliqua altiles , quod non vnu  
capus in se habeat , siue elixum siue af-  
fum vclis? Eius avis patina stomachum  
iuuat, peccus lenit, vocem sonorem fa-  
cit, corpus obesat,&c.

### Turtur.

TER T I A, Turtur: huius quoque  
caro cibis annumeranda est nulla om-  
nino ex parte dāmandis,qui neq; tenu-  
es neq; crassi sunt, sed veluti in σύμμε-  
τρίᾳ , omnisq; excessus mediocritate  
cōsistunt.De ea Galen.c.7.libri de atte-  
nuante diaeta,in hunc scribit modum:  
Qui nō exercetur , mandendæ ei erunt

mo-

## VALET VDINE.

modicè non modò gallinæ , sed colum-  
bae etiā,ac turture, tametsi turtur tē-  
peramēto est sicca , & potissimum quæ  
in montibus degit, itaq; vesci quis po-  
terit eis innoxie: recens tamen turtur  
non modò non est mandenda , sed nec  
perdix,nec alia omnia, quæ carnem ha-  
bent moderatè fiscam, sed vbi vnum  
diem ad minus suspenderis, ita demum  
mandas licet . Porrò palumbes, prater  
quā quđ carnem habent columbis, &  
per dicibus,& turturebus duriorē, diffi-  
cilem etiam ad coquendum & excre-  
mentitia habent . Perdices verō,ac tur-  
tures , neque durissimas habent car-  
nes,neq; concoctu difficiles neque pra-  
uo succo vitiosas, sed & ipsarum duri-  
ties, si mortuæ vno die asseruentur, fa-  
cilè vincitur, fiuntq; friabiles omnino  
atq; inculpate . Alimentum enim cor-  
pori dant laudabile, sanguinemq; mi-  
nimè viscosum generant, & crassi ac te-  
nus medium . Proinde quibus salu-  
bris cibus curæ est,eos, vt arbitror, his  
vti conueniet . Hæc ille . Plura Gale-  
nus in libro de cibis boni & mali suc-  
ci capite . 5.& Rhazes aphorismo . libr.  
3.aphor.17.

Q V A R T A , quorundā opinione  
sturnus est , quem ἡρόν Greici vo-  
cant : avis nigra, albis maculis distin-  
cta,magnitudine merule . Eius generi

sturnus.

L 6 pro-

## DE CONSERVANDA

proprium cateruatim volare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus, sicuti ab Aristotele lib.9.cap.26.de historia animalium, & à Plinio libr.10.cap.24. traditur, Germanicè *en Spreeu*. Galli cè *en Eppreiter*. Hispance. *Eftornino*. Galenus lib.6.cap.16:de sanitate tuerda, inter perdices, attagenas, merulas, & turdos, quæ quidem boni succi esse ab omnibus existimantur, sturnos etiam commemorat: cum tamen à multis illaudabilis esse alimenti iudicetur quippe qui melancholicum atq; vitiosum generent succum: & cicuta, quæ venenum esse ab omnibus statuitur, veretur, vt est apud Galen.lib.1.cap.2. & libr.3.cap.17.de simp.medi.facul.Huic obiectioni Aloisius Mundella sic occur rendum putat. Népe. Galenum in 6.de sanitat.tuerd.in calculi renū vitio sturnos ranquā tenuis alimenti approbasse itemq; palumbes & passerculos, qui in curribus nidificant, *πυρπίτας* Græci vocant: Vel sturnos non ita fortificare probi succi esse, præsertim iuuenculos, vt vulgus putat: quædam nanque sunt animalia, quæ adhuc in tenella etate existentia, boni sunt succi, vt uirili & hoedili verò annosua fiant, praui. Hæc enim, vt ait Galen.libr.3.de alimen. facul.ca.1.& concoctionis, & boni succi,

## VALETUDINE.

& nutritionis laude carent. Multò autem magis Galeno credendum est, quæ vulgo ita inconsultè aliquam generali proferenti sententiam. Neq; etiam quod veneno pascantur ab horum esu abstinendum est. Nonnulla enim animalia sunt, quæ licet venenis quædoque nutriantur, boni tamen sunt succi, quæadmodū de sturnis iā commemoratis constat. His enim cicuta nutrimentū est, homini medicamentū. Siquidē sturnorū natura cicutā in substantiā suam revertere potest, quod hominum non potest. Sunt tamen quibus Starna hoc loco *magis arrideat*, vt per eam auis accipiatur grandiuscula, magnitudine anseris, colore cinereo, cuius caro succi sit laudabilis, præsertim iuuenculæ. Atque ita sanè Rhazes lib.3. ad Alman forem cap.10. intelligisse videtur, vbi *hanc reliquo auium genere præferens in eum prope modum scriptum reliquit*: Starnæ caro inter aves leuisima, atque his, qui attenuante virtus ratione delectantur, conuenientissima inuenitur. Vel per Starnam auis forma & magnitudine pusillæ perdicis intelligenda est. Sic Rabbi Moses accepisse videtur, ita ad Iudeos inquiens: Parimodo nec starnæ domino nostro conuenire putandæ sunt: quia ventrem constringunt. Sed hanc proprietatem alijs

*Starnæ*

L 7 per-

## DE CONSERVANDA

perdicibus adscribitur. Nā carnes earum, scuti à Simeone Sethi & Rhaze loco paulò antè citato, asferitur, ventrem si stunt. Quinetiam Baldachus quidam non contemnendus autor starnas misericè commendans tabula. 15. de rebus non naturalibus: ita ferè scribit, Starne, phasianorum, ac perdicum naturæ propinquæ sunt, & secundum ordinem sese in temperamento & subtilitate habent. Præstantissima enim sunt starnæ, mox phasiani, deinde pérdives ut quæ reliquis excellentius deficent. Docet præterea Ioannes Michaël Sannionarola, ab harum trium esu abstinentem fortè ac vehementer obstant, tum sanis etiam: vt si quando moribus aliquis inciderit, habeant quod ultra confuetudinem ad edendum. inuitet.

*Columba.* QUINTA, columba: avis vulgo nota, quæ cum biliosam admodum habeat carnem, sanguinem moderato crassiorrem & calidiorem necesariò gignit: atq; ob id febres nō nunquā facit. Quare in pastillis potius cum acetō, aut omnipacio: & coriandro præparata, quam asa mandenda est: ita namque exuperantia caliditatis eius ad suum tempore moderationemque reducitur. Rennes frigiditate dolentes iuuat, semini genitali & sanguini adiicit: sed caput

V A L E T U D I N E. 116  
atque oculos lredit. Quinetiam leprā, si frequentius usurpetur, generare fertur. Non minimum verò reliquis pulchrius volucres tum succi probitate, tū cōcoctionis facilitate præstāt. In uolucres enim calidam ac humidam habēt carnem atq; excrementitiam, & maximè domestici. Ex columbis enim, vt Oribasius tradit libro. 4. ad Eustachiū capite: 1. agrestes domesticis præstantiores sunt: & omnino agrestia domesticis præcellunt. Electiores quoq; pulli sunt per Ver & Autumnum, quā per Aestatem atque Hydrem exclusi sunt. Porro antiquæ & annosæ nō solum columbæ, verum & turtures, tum ob caliditatis & siccitatis excessu, tum verò & coctionis difficultatem, vitande sunt. Plura Simeon Sethi in Syntag. Rhazes libro. 3. cap. 10. ad Alman. Auicenna lib. 2. Cano cap. 133. & Aucrrhoës lib. 5. collectaneor. ca. 32.

SEXTA, Quiscula: vulgare nomen à sono fictum neoterici Qualeam vocat: Latinis (vt Festus ait) dicta est Co-  
turnix itidem à voce, à qua multis aui-  
bus nomina indita sunt, ὄρνης à Græ-  
cis appellatur, Germanice, ei Quac Kel.  
Gal. vnde Caille, Hisp. Codorniz. Caro e-  
ius iuxta Auerrhois siuiam, temperata  
est, ad caliditatē tñ paulò propéhor, ac  
tenuis substatia, optimi q; succi: quare

Quiscula  
la Cotur-  
nix.

at-

fa-

## DE CONSERVANDA

fanis, ac iis qui conualeſcunt, alimen-  
tum eſt ad bonam valitudinem accom-  
modatissimum. Verum Psello, Isaaco,  
atque aliis quibusdam non aspernandis Medicinæ scriptoribus Coturnix  
auis eſt, tum ad concoctionē, tū ad ſue-  
ci bonitatē inhabilis: vt quæ & ve-  
ratrum comedat, & morbo comitia-  
li corripiat: vnde Auiſennæ.2. Ca-  
no. cap. 154. ab eius vſu ſuadet abſti-  
nendum veluti à tetanum & ſpasium  
inducente. Vbi notandum tamen, A-  
uiſennam non ob id ſolum coturni-  
cis cibum improbare, quod elleborο  
nutriatur, ſed etiam quod talis facul-  
tas ſpasium ac tetanum generandi,  
illius inſit ſubſtantia. Hæc ratione igi-  
tur Galli coturnices cum molli ac  
pingui caſeo paſtillatas edere conſue-  
runt. Poteſt etiam per coturnicem  
intelligi alia quædam auis perdiſe ali  
quantulum maior, genis, roſtro, & pe-  
dibus rubeti colore, reliqua verò pen-  
narum facie ad leucophæum vergente  
qua Italorum vulgo Coturnix appelle-  
latur: eſtq; de Alpinarum volucrū ge-  
nere, & in fylueſtribus, & frigidis lo-  
cis, montibusque verſatur & degit, ne-  
que ab Italicis regionibus vnuquam re-  
cedit. Cuius autem ſpeciei apud vete-  
res fuerit, nondum ſatis compertum  
babetur: ſed ex gulfu, & odoratu, & lo-

ci

## VALETUDINE. 117

ci natura, in quo continuè commora-  
tur, & ex iis quibus pafcitur (nam illa  
grati admodum ſunt odoris) boni &  
laudabilis eſt alimenti iudicanda eſt,  
& propterea in cibis meritò expeten-  
da. Quo ſanè modo Rhazes etiam lib.  
3. cap. 10. Ad Alman. coturnicem acce-  
piffe videtur, cum ei ſecundū poſt ſtar-  
nam bonitatis locum tribuit. De vtra-  
que coturnice cum plurima, tum co-  
gnitu pulcherrima habet Aloisius Mu-  
della epift. 6.

SEPTIMA. Phasianus: quæ à Pha Phafia  
ſide amne apud Colchos, vbi primum nus.  
cognitus eſt, ita nuncuparunt. Hæc eſt  
decanata omnium libris avis, quam  
primam ferè in mēſis eſt iudicant pro-  
pter carnis bonitatem, a qua medici-  
nae profeflores veluti a ſcopo de tem-  
peramentis ciborum iudicia aufſican-  
tur: ſucci enim probitate & iucundita-  
te longè cæteris antecellit, neque ſolū  
ad viuſtis ſalubris rationem, verū ad  
robur quoque conciliandum accom-  
modatissima eſt. Caro enim iuueniu-  
li ac pinguis conualeſcentibus & mor-  
borum diuturnitate macrefactis opti-  
muſ cibus eſt. Sed ob nimium atque  
immenſum precium Principum dun-  
taxat mensis atque magnatum dicata  
eſt. Meminit Phasiani Galenus lib. 3. de  
alim. facul. cap. 18. ſic inquiens: Caro  
Pha-

## DE CONSERVANDA

Phasianorum, quod ad concoctionem & nutrimentum attinet, gallinis est similis, voluptate tamen in edendo superat: & siccio cōstant tēperamento, vt qui in siccio degat aëre, & magis exeratur. Lege plura de hoc apud Simeonem Sethi, & Rhazensem aphorisi. li. 3. apha. 13.

## Merula.

**O**CTAVIA Merula: quæ quidem avis est nigro pennarum colore: rostro rutilo, & sterni magnitudine. Κοτρυφος à Græcis dicitur, Germanicè, een Merle, Gallicè, vne Merle, Hispanicè, Mierla. Quanquam verò hæc à Galeno, Oribasio atque Aegineta inter optimi succi alimenta connumerantur, carnem tamen, quām perdicis & attagensis est, duriorem obtinet. Quare & ipsa iuuenula ac pinguis mandenda est. Turdi quoque & reliqua id genus avicula montane, omnes in hanc classem referendæ sunt.

## Ortygo-metra.

**N**ONA, ὄρτυγοις τρα: ea avis est turturis magnitudine, pennarū colore, nec quicquam à coturnice differēs, rostrum longius est & acutius, crura pedesque satis etiam præ corporis spacio longos obtinet, quinetiam frugiuora est, & aduena, antequam coturnices haud vispiam audias: neque coturnices te amplius visurum speres, ubi hæc audiri desit. Vox mirificè est

coa-

## VALETUDINE.

coaxantium ranarum clamori non ab similijs, nisi quod subtilior multò & acutior fit. Caro eius optimum gignit succum, ubi per diem suspenderis. Glycerius Longolius in eruditissimo suo de auibus Dialogo, eandem esse putat cum cynchramo, quem Scrcrum Germanicè, id est, een Smertz soft ScrcKe nūcupamus. Oprygoiη τρα autē Græcis dicta est, quod coturnicibus per maria terraque aduolantibus dux & rex itineris esse soleat, ὄρτυξ, id est coturnix, & μήτρα, id est, matrix. Plura Aristoteles libro. 8. capite. 12. de historia anima Plinius lib. 10. cap. 23. natural. histo. Solinus ca. 18. & Atheneus lib. 9. dipnosoph.

**D**E **C**IMĀ, Perdix huius quoq; ca Perdix. ro medii ferè temperamenti est, & cōcōtu facilis, probumque succū gignit, præsertim si non illico post occisionē, sed vnum ad minus diem suā spensa comedatur. Sic enim quod durum in se continet, abiicit, & friabilis redditur, quæadmodū ex Galeno paulò ante ostensum est. Sanguinem copiosum ac tenuem generat, adeoq; crassiorem, si forte in corpore iuuenirit, extenuat: idq; ale potissimum præstant: quæ ut in reliquo avium genere, ita in hoc quoque facilius concoquuntur. Et uno verbo, optimæ quidē alæ sunt aviū iuue-

## DE CONSERVANDA

iunenum saginatarum , pessimæ vero macilentarum & antiquarum. Alimentum autem perdicum optimum est iis , qui se non exercent , & qui vitam degunt occiosam , quicq; imbecilliores & inualidi sunt , tum etiam attenuante virtus ratione assuetis , & hydropicis , quique humido sunt ventriculo : Vitiros enim & corruptos ipsius humores consumit atque absterget. Memoriam asiduè mania corroborat , impinguat , semen auget , & Venerem stimulat , sed vndrem cohibet: vnde accommodatissimum diarrhoea laborantibus sit edulium , si affa cum aceto ingeratur . Medulla cum vino presumpta itericos sanat . Iecur comitali morbo correptis auxilio est . Fel quoque suffusionibus oculorum à principio mirificè prodest : facit & ad ipsorum hebetudinem . Si tempora singulis mensibus eodem felle perungantur , memoria confert . Plura Galenus libro 3 . capite . 18 . de aliment . facul . & libro . 8 . capite . 2 . metho . meden . & Simeon . Sethii in Syntag.

## Frigellus

V N D E C I M A , frigellus : Ea ex turdoru genere avis est: cuius Aristoteles libr . 9 . capite . 20 . de historia animalium tres constituit species . Vna visciuora , quæ nisi visco & resina non vesicuntur , & magnitudine paulò minor quam

## VALETUDINE . 119

quæ pica est: Germanice , een Krammehobel . Altera pilaris , quæ sonum ædit acutum , & magnitudine merulæ est . Vulgo een Drossel . Tertia , quam iliacam vocante nonnulli , minima inter has , minusque maculis distincta , à Germanis een VVejndroßel nuncupatur: de quo sancè turdo intelligenda sunt , quæ de frigello hoc loco dicuntur . Hic vtrinque iuxta oculos , & in pectore & in ipso alæ flexu , intus & foris maculas habet latiūculas , rubras . Primum genus non nisi hyeme apud nos cernitur : aut si videatur , rarum est . Secundum per totum annum apparet maculoso valde pectore , & cantus sui gratia à multis in caueis alitur . Terrium per æstatem apud nos nusquam videtur , sed vindemiæ tempore atque instantे hyeme primum cernitur , adeoque ob id frigellus , nempe quod aduentu suo frigus instare prænunciet , nominatur . In vineis potissimum reperiuntur , ac dulcium vinarum esu sapientur , velocius volant , & optimi sunt succi , præfertim circa festum omnium Sanctorū . Lege Guilielmu Turnerum in libello de auibus .

D V O D E C I M A , Otis , quæ & <sup>Ota</sup> ipsa in cibis gratisima atque optimi succi est népe ex sylvestriū gallinariū

ge-

## DE CONSERVANDA

genere: Gybertus Lon. cam esse adserit: quam bonosam vulgo, Germanice, *een Haselboen* nuncupamus, Gallicè, *vine Ostarde*. Hispan: *Ab tarda*. De qua Gale. li. 3. de alim. fa.c. 19. & Atheneus lib. 9. deipinof. Sunt tamen quibus orex hoc loco magis placeat, ut gallina phasiani p. eā accipiatur. Alliiverò gallinā aquaticam interpretantur. Siue igitur gallina sit aquatica, siue phasiani, caro eius bonum gignit succum.

Tremu-  
lys.

DECIM A TERTIA, Tremulus: quæ quidem avis est fusco pennarum colore, magnitudine quæ gallina minor, velocissimi volatus, alè vociferans ac clamoris, in cuius capite crista plumea, ex earum auium genere, quas *στερναγύλδας*. Greci vocant: caudam enim cum pedibus incedit assidue, quantit, & ob id tremulus vocatur. Semper fere iuxta maria versatur. Ne quis parui illam auiculam longæ caudæ, quæ *Coda tremula* vulgo, siue motacilla, & Germa. *een Bach oft Vvater Steltz* dicitur, per tremulū hoc loco intelligendā putet. Huc et referri poslet (si non eadē est) avis quædā cornice minor, plumis ferè viridibus & nigris per totum dorsum, caput, & collū: ventre albo, longa et semper erecta in capite crista plumea alis obtusioribus & inter volandū magnum strepitum edentibus, vnde &

van-

## VALETUDINE.

vannellus id barbaris dicitur, clamora admodum & querula: quæ aquis vermium gratia; quibus solis victitat, appropinquat, sed ipsas non ingreditur, in planis & locis circa conflitis plurimum degit. Teutonicè, *een Kieuit*.

DECIM A QVAR TA, Amarel-

lus anis aquatica, forma perinde ac lus.

anas, sed minor: Ab Aristotele libro.

8. capite. 3. de historia animalium Bo-

ica appellatur, Germanice, *een Smolen-*

*te*. Illud porrò nosle in vniuersum

expedit, quod præstantius alimentum

ab iis sumatur avibus, quæ volatu ma-

gis nituntur, celeriusque volant. Et

quemadmodum prædictarum auium ca-

ro concoctu facilis, & ab bona va-

letudinem accommodatisima, sic è

diuerso quarundam excrementia est

ac mali succi, multoque ad coquen-

dum difficultor, atque inæqualis tem-

peramenti: cuiusmodi imprimis existit

pauonum, anserum, gruum, malar do-

rum, & quotquot oblongum habent

collum, ac rostrum, inque paludibus

nutriuntur. Huc, quod ad succi pra-

uitatem attinet, pauperes etiam referen-

ti sunt, qui in turribus nidificant.

pyrgitæ appellati: nam & calidissimi

sunt, & longius à temperamento re-

cedunt, ac durius alimentum dant,

ve-

## DE CONSERVANDA

Veneremque impensis stimulant. Cisca electionem vero alimenti, quod ab animalium genere sumitur, sciendum est, iuxta diuersas praestantioris alimenti proprietates (si eius quod nutritur, sanitatem vel robur spectes) carnes variè laudari. Sic Galenus ad facilem concoctionem & subtilitatem recipiens, bonitatis palmā perdicibus attribuit. Rhazes & Isaacus ob leuitatem & subtilitatem sternam prætulerunt: Idem quoque Isaacus diuersa ductus ratione diuersarum animalium carnes laudavit. Auicenna turturis carnem, quod mentis aciem atque intellectum roboret, mirificè commēdar. Animalium porrò omnium volucrum genus paucissimum præstat alimentum, si ad genus gressilium conferatur, potissimum si ad suillam qua non aliud inuenias, quod copiosioris sit nutrimenti: volucrum tamen caro ad coquendum est facilitior: quare iis, qui neglecto corporis exercitio, consiliis potissimum & studiis ac contemplationi vacant, conuenientissima est, præcipue perducere, attragensis, columbae, galli gallinacei, & galloinæ, quemadmodum libro tertio de alimentis facul. capite. 18. Galenus testatur. Sanguinem enim procreat clarum atque mundum, & spirituum generationi, ac mentis exercitiis, & intellectui

## VALETUDINE.

121

lectui aptissimum. Siccus namque alimentum, quale dictarū auiū est, studio contemplationique intentis conuenit. Siccitas enim prudentia familiaris est, sicuti luculēter & perspicuè docuit Galenus in libro, cui titulus: Quod animi mores corporis temperaturam sequantur, cap. 5. Lege plura apud eundem libro. 8. capite. 2. metho. medendi, & in libro de attenuante diæta cap. 6. De atta gene, quem een Birchoen Germanicè vocamus, pulcherrima quedam & scitu dignissima, Gybertus Lon. in dialogo de aubus prodidit.

¶ De pisibus. Cap. XXX.

I pisces molles sunt, magno corpore tolles.

Si pisces duri, parui sunt plus valituri.

Hic duæ traduntur laudabilium pisium notæ. Pisces enim aut dura carne suapte natura sunt, aut molli. Ex his igitur qui molles sunt, vetuli iunioribus præstant. Carnis namq; mollities pro modo humiditatis responderet, quæ crudior in nouello pisce, in vetulo vero cōcoctior existit. Quare nouelli pisces lento ac pircutofo lucco magis quam vetuli abundant. Atq; hac certe ratione nonnulli anguillam etiam vetulam

M iu-

## DE CONSERVANDA

iuniori praeferunt. Ex iis, verò qui duræ carne prædicti sunt, iuniores longe præstantiores & concoctu faciliores habentur: eiusmodi porrò luci cum primis sunt & perca. Carnis enim duri ties concoctioni resistet. Quæ sanè sententia ex. 2. Cano. capite. 555. Aui cennæ desumpta est, ybi sic fermè scriptum reliquit: Ex piscibus dura carne prædictis eligēdi sunt minores: & mollii verò maiores ad terminū aliquem. Plura Galenus lib. 3. de aliment. facil. cap. 29. & 30.

Lucius et perca, et saxatilis, albi ca tencha,  
Gornus, plagitia, et cum carpa,  
galbio truta.

Hic decem recensentur pisces, quo rum alimētum hominum corporibus aluberrimum esse putatur.

**L**UCIUS. P R I M V S, Lucius est: pisces vulgo notus, qui quòd non modò in alterius, sed suæ etiam speciei pisces gracie tur, tyrāni appellationem vulgato ver sculo seruitus est.

Lucius est pisces rex atque tyrannus aquarum.

Natata velox ac duræ carnis est, sed omnium medicorum iudicio eū πετρος, atque optimi succi, Germanicè, een Hecht oft SnocKe. Gall. un Brochet.

S E-

## VALETUDINE. 122

SE C V N D V S, Perca: qui brachiis sub rufus est: dorso spinis armatus: vñ οὐανδόσερν ἔναι καὶ ποικιλόχρωτος Aristoteles scribit. Duræ quoq; carnis est, & vulgo cognitus, Germanicè een Baers. Gal. vne Perche. Porrò alimentū, quòd ex eo sumitur, non modo ad coquendū est facile, sed gustui etiam gratum est, atq; hominum corporibus aluberrimum, vt quod sanguinū medium consistentia generet. Medium autem voco (inquit Gale. li. 4. de alimen. facil. ca. 27.) qui neq; admodū tenuis est, neque aquosus, neque vehemēter crastus. Vnde maximo in precio hic pisces semper est haōitus. Aufonius in Mosella sic de eo canit:

*Nec te delitias mensarum perca filebo,  
Amnigenos inter pisces dignanda marinis.  
Quanq; certè τὸ πέπτι antiquissimus  
etiam Græcorū vistatū sit, reperiuntur  
tamen quibus per ἀντίρρησιν, qđ nul  
li pisciū parcat, à parcēdo sic dictus es  
se videatur: vt q; iratūs alios pisces pin  
nis suis, quas supra dorsum habet, vul  
neret. Qua ratione à Lucio quoq; im  
munis est. Imò, vt Albertus refert, na  
turalis quædā lucio cū perca amicitia  
est. Lesus. n. lucius, non tā facile à quo  
uis alio pisciū sanatur quam à perca.  
Solum igitur liquidis percām laceratis in  
vndis.*

M 2 Ve-

## DE CONSERVANDA

*Vestigat lustrans, solum hunc medicam  
na pescit.*

*Qui sic inuentus vulnera eius tan  
gendo lenit atque sanat.*

*saxatilis*

TER T I V S, *Saxatilis*: quo quidē nomine pīscis à nonnullis hoc loco accipitur ex eorum numero, qui parui perpetuò manent, Latīnè etiā fundulus, & Germanicè *een Grundel* nuncupatur. Cuius alimētūm (licet squamis careat) ad voluptatem, concoctio nem, simul ac distributionem, & succi bonitatem, præstantissimū est. Multos tamen inuenias, quibus *Saxaulus* potius, siue *saxaulis* hic legendū esse videatur, ut hoc noīe ex planorū pīscīū genere eū intelligamus, q. *βούγλωττος καὶ βούγλωττος* à Græcis dictus, hodie *γλώττα* nuncupatur<sup>4</sup>. A Varrone & Plauto lingulaca, à lingue figura, quæ Græcis ē *γλώττα*, cui *βε* particula ad dita est, ut magnitudinem potius quam bubulæ linguæ figuram significet. A Plinio *Solea*. Item ab Ouidio:

*Fulgentes soleæ candore, & concolor illis  
Pīsser.*

A figura Soleq, quæ solo pedis subiicitur, Germanicè, *een Tenge*, Gallicæ, *une Sole*, Hispanicè, *Longuado*: qui & ipse inter marinos pīsces alimenti est haudquaq cōtēndi. Gal.li.3.. de ali.

fa.

## VALETUDINE. 123

Facult.c.29. similes quodammodo inter se esse paſſerē & soleā scribit, nō tamē omnino eiusdē esse speciei: Soleā enim molliorem esse, ciboq; suauiorē, ac in totū paſſerē præstantiorem. Suuitate quidē, alimenti copia, succi bonitate. Solea præstantior est, at carne duriore, solidioreq; esse experientia sensusque conuinunt. Plura Gulielmus Rondeletius lib. 11. cap. 11. de pīscib; marinis.

*Albica*.

Q V A R T V S, *albica*. qui & ipse marinus, reponendus in numerum facile conditorū, & in fumo deinde, vel in aere exiccatorū, qui à baculo, quo ante cocturam contonduntur, *Stocvijch* Germanorum lingua appellantur. Albica autem ex eo dictus videtur, quod molli, humida, atque candida admoddū sit carne: vnde Germanicè quoq; *een VVeitling* & Saxonice, *een VVeitig* oft *VVeitling*, nominatur, & pro bono gratoq; cibo habetur.

Q V I N T V S, *Tinca*, vel *tencha*: *Tencha* pīscis aqua dulcis notus, pelle lubrica *Tinca*. mucosa, ad nigredinē tendente, ac carne dura: vnde ab his tribus, nempe lucio, perca & tinca post coctionē pellis auferri solet. Ausonius in mosella vulgi solatiū vocat, q; pauperibus tātum apponatur. Excremētitius est, & totus lutosus. Teutonicè, *een tinche, scheleiche*,

M 3 oft

DE CONSERVANDA  
est *sleig*, Gallice, *m Tenchē*, Hispanice,  
*Tenca*.

*Cornus.*

SEXTVS, *Cornus*, gornatus, siue gurnadus: pīscis marinus albus atque minimus, medii digiti longitudinem non excedens: vna cum capite ac spinis manditur, Teutonice, *een voerne*.

*Plagitus*

SEPTIMVS, *Plagitia*: pīscis marinus planorū generi subiiciendus, rhōbo figura similis, sed contractior, lingulata latior. Hic pīscis supina, parte albicat, prona fuscus est & terrei coloris, instar paſſerū auium, vnde à Latinis paſſer etiam dicitur, à Græcis *Littæ*; Germanice, *een Pladiis*, Gallice, *vne Playe*. Guilielm. Rondele. libr. 11. capite. 7.

*Carpa.*

OCTAVVS, *Carpa*, siue *Carpio*: pīscis fluviatilis notus squamosus. Cuius caro excremētia est ac mucosa, quare à magnatibus in vino decoquitur. Ita namq; multo quām ante præstantior euadit: quicquid enim mucosum, aut virosum gustu refert, id totum deponat, Germanice, *een Carper*, Gallicè, *vne Carpe*.

*Galbio.*

NONVS, *Galbio*: pīscis marinus notus, cartilagineus, corpore tenui, & in amplissimas alas expanso, Raia Latina dicitur, & à quibusdam Rochetus, siue *Rochus*, à Græcis *Batos nati*

VALETUDINE. 124

*βάτης* à rubi, quem *βάτον* vocant, similitudine. Quædmodū enim spinosus est aculeatusq; rubus, ita rāia omnis aculeis aspera, non quidē toto corpore: sunt enim *λειόβατοι*, id est leues rāiae, quibus nulli sunt in corpore aculei, sed siue leues sunt rāiae, siue asperæ, oēs vincos aculeos in cauda gestat, sicuti in rubo, cynobato, & rolio cernuntur. Pīscis est dura carnis, cōcoctu difficultis, sed alimēti firmi & sani. Germani, *een Roch*, Galli, *vne Raye*. Hisp. *Rayz*. Guliel. Ronde. lib. 12. c. 3. Nōnulli Galbionem referunt in baculo cōtusorum pīscium claflem, vt eum hoc nomine intelligamus, qui Germ. *Rotscher* vocatur, qui & ipse duræ carnis, est, ac sanus. Alii textus habent Gobio, de quo Galenus li. 3. de alim. facul. ca. 2. 8. Gobio, inquit, littoralis est pīscis, ex eorū numero, qui parui perpetuò manent. Suauissimus ac cōcoctu facillimus, simulq; ad distributionem & succi bonitatem optimè cōparatus, Gall. *Gouion* Teutonice, *een Gouie*. Huc referendi vindentur pīsciculi omnes, quos *Pfrellen oft Erlytz* Germanice vocamus, & quotquot tales occurrunt, nempe iucundi, boni succi, & ad coquendum faciles.

DECIMVS, *Truta*: Hic omniū, *Truta*, qui in dulcibus aquis generant, pīscū

## DE CONSERVANDA

æquali cunctarum gentiū iudicio longe nobilissimus habetur. Varius admodum est, purpureis guttis sive maculis totum dorsum speciose pingentibus, carne interius rubra, quemadmodum in salmonē etiam conspicitur, ut procul dubio is piscis sit, qui Ausonio in Mosella Salar vocatus, quum dicit:

*Purpureisq; Satar Stellatus tergora  
guttis.*

Celebratur apud homines, tanquam voluptate cibos reliquos supererit. Carnem habet valde friabilem, vt in qua nihil neq; létoris, neq; pinguedinis in sit, quo fit vt alimento, quod ex eo sumitur, hominum etiam corporibus saluberrimū esse céseat. Huc, quod ad succi bonitatem attinet, aschizæ etiam & auratæ quos Escheu & Roteforell en Germanicè nuncupamus, referendi sunt. Porro Trutta Gallicum est: nā vulgo *Truite* vocant, Hispanicè, *Trucha*, Germanicè, *een Forel*. Verum hactenus singulatim de piscibus. Nunc generatim enim atque vniuerselē nonnihil de præstantia ipsorum dicemus.

**Piscium electio.** SCENDVM igitur in primis, alimentū, quod ex piscibus prouenit, quemadmodum id ipsum li. 3. ca. 25. de alimen. facult. Galenus attestatur, sanguinem gignere consistentia tenuior-

rem,

## VALETUDINE. 125

re, quam quod pedestribus animalibus sumitur, adeò ut non affluenter nutrit, & celerrimū disertatur: magis tamē excrementum est. Phlegmatici enim, id est, frigidioris humidiorisq; temperamenti sunt pisces. Ob eandem tamē causam quidam, ipsos concoctū difficiles esse, ac tardi transitus censuerūt, quippe ratione frigiditatis: lenti etiam sunt, atq; diutius ob id ventriculo immorantur, & concoctioni repugnant: quo fit, ut sepius corrumpantur, & putrescendo sitim generent. Carnium ita que laudabilium alimētūm hoc nomine, quam piscium salubrīus est.

SCENDVM O vero hoc erit scendum, nempe pelagicos, hoc est, marinōs (modò ceteræ bone notæ confentiat) in vicibus salubris ratione, quam qui in aquis dulcibus natūrā sūt, esse meliores. Alimentum enim quod præstat minus excrementum est, & carnium naturæ propinquius. At verò cùm pelagici (ceteris paribus) quam̄ fluiatiles sint carne duriore, consentaneum est, eosdem difficultas etiam concoqui & resolvi, ac magis nutrire, sanguinem que gignere puriore. Aegris tamen ob concoctricis facultatis imbecillitatem fluiatiles accommodatores sunt,

TERTIΟ scendum, ex piscibus tam marinis quam̄ fluiatilibus, eligē-

M 5 dos

## DE CONSERVANDA

dos esē qui carne sīnt mīnīmū mūcōsa aut lēnta, sed alba, suauī, subtili, friabili, odorata, quā tardē putrescat & qui nō degunt in paludib⁹, lacubusq; atque id genus locis limosis ac fōrdib⁹, nec in aquis limosas herbas & mali succi radicēs habentib⁹. Pēfīsim enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt.

Eligendi vero nō admodūm iue-  
nes, neque p̄agrandes, neque pingue-  
dine multa rēfērsi, sed vt in suo gene-  
re carnosi & celerrimi cursus.

Ex marinis p̄eſtantiores habētūr,  
qui in fluminib⁹ longius à mari di-  
ſtantib⁹ capiuntur, vtique ſi cetera  
laudabilium p̄iscīu notæ non abfuerint.  
Iisdem quoq; notis consentientib⁹,  
quāto spinis agnatis ac squamis horri-  
diōres fuerint, tanto p̄eſtantiores ēt  
esē par est Spinarum enim & squama-  
rum multitudi substantiæ puritatem  
arguit. Prēterea optimi ſunt ex pela-  
gicis, qui viuunt in mari puro ac pro-  
fundiore, ventorumq; procellis mag-  
is agitato, & quod fluuios multos &  
magnoſ excipit. Quare in mari Pon-  
tico & Balthio nutriti, iis p̄eſtant,  
qui in mari Mortuo ſive Meridionali  
capiuntur.

Eorum autem, qui in fluuis gignun-  
tur, ſalubrioſes ſunt, qui in iis gignun-  
tur,

## VALET VDINE. 126

tur, in quibus aqua rapidē fluit, ac co-  
piosa eft. Ex quibus iam dictis liquido  
conflat, qui p̄iscium probi malive cen-  
ſeri debeant.

Cetacei enim ac bestiales, cuiusmo-  
di porcus & canis marinus. delphinus,  
& morhua potissimum habentur, cum  
laudabilium p̄iscium notis, nimirum  
albedine, ſubtilitate, ac friabilitate ca-  
reant, in cibo ſunt prorsus iniucundi,  
& ad coquendū difficultes, exiguumq;  
boni quidem alimenti, excrementi au-  
tem plurimum reddunt, & p̄eſertim  
recentes. Quare mirum non eft, ſi pra-  
uum ſuccū in eorum corporibus, qui  
quotidie illis veluntur, congerant.  
Quos tamen ſi quando, meliorem non  
ſuppētētē copia, edere cogamur, ma-  
gnopere cauēdū, ne illlico a captu inge-  
rantur, ſed ſeruandi ſunt per dies ali-  
quot, dum caro eorū mollescat, adeo-  
que citra ſubstantiæ corruptionē tene-  
reſcat. Id quod fieri ſolet vbi leuiter ſa-  
le cōſpersi fuerint. Quo modo sapidio-  
res etiā ac multo quam ante p̄eſtan-  
tiores euadere, libr. 3. de alim. facul.ca.  
24. & 40. Galen. autor eft. Quicquid e-  
nī mucoſum, aut viroſum gūſtu re-  
ferunt, id totum deponunt.

Ex p̄iscibus marinis rāia & gornus  
in laudabilium clasē censentur, carnē  
enīm habent cōſiſtentia puriſimam.

M 6 Dein-

## DE CONSERVANDA

Deinde vero Paffer & Solea , quorum tamen caro lentior est ; minusque tum alba , tum friabilis , & crassior , sapore etiam atque odore minus commendabilis . Merlengo tamen , siue merlano ,

*Merlen-*  
*gus.* quē d'ou'yi Graci vocant , secundus forte à raiā deberetur locus , minore enim participat crassitie ac lento , quā Paffer & Solea , & substantia vtcung; friabilis est : sed si odorem , saporem , colorē , substantiae puritatem & mollitatem spectes , bonitate non nihil à Gorno ac Raia deficere videbitur . Idem de harengo iudicium est .

*Morhua.* Morhua iuuenis bonitate predictis satis propinquat , sed si diligenter ad prescriptas laudabilium pīcium notas exigatur , crassior multò atq; lento inuenitur . Salmones autē rhombi ( vulgo Gallorum turboti ) &

*Macrel-*  
*liss.* macrelli siue macrelli , longè à reliquis bonitate deficiunt : sunt enim multò crassiores , magisque lenti , & concotu difficiliores , neq; competitunt nisi vehementiore exercitio fatigatis , robustis , ac iuuenibus , idque magis etiam si quid falso dinis ipsi cōmisceatur , quod lento , crassities , & frigiditas eorum remittantur ac corrigantur .

Ex piscibus autem aquę dulcis , lucius & perca mediocres laudatissimi sunt , præfertim si preter dictas bonitatis notas pinguedinis non omnino

**V A L E T V D I N E .** 127  
expertes fuerint . Secundum post illos locum obtinet Vendosia , carnē tamen habet non perinde albam , subtilem , & friabilem , sepiusque in stagnis , quam fluuiis reperitur .

Illiū porr̄ tunimatim noslē etiam expedit , quod pisces fluuiatiles , modò cetera consentiant , tum ad bonos humores giguedos , tum etiam ad gustus ipsius , voluptatem , ceteris multo sint præstantiores , si in aqua profunda , petrofa aut aspera , ad Boreanam spectante , ac rapidē fluente degant , præfertim si virbis alicuius amplissima , latrinarū , bīneorū , culinarumq; loturæ & purgamēta in illani non defluant , neque & vestes & alia eiusdem generis in ea abluantur : Multo verò magis , si prætereā & herbarum ac bonarum radicum copia abundet . Cancri verò tam marini , quam fluuiatiles , sicuti lib . 3 . de alimen . facul . cap . 33 . à Galeno traditur , dura in totum carne constant , ideoq; & ad coquendum sunt difficiles , & firmi alimenti , agre tamen in ventricula corrumpuntur .

In piscibus quoque id communiter memoria tenere oportet , quod recentes valde nutrit , & humectent , māmas lacte repleant , semen prolificum suppeditent , adeoq; venerem excitent , & biliosis corporibus sint accommo-

## DE CONSERVANDA

datissimi. Cæterum abstinendum ab ipsorum esu post quamlibet actionem fortē ac vehementē : qui nanc̄ id temporis ingeruntur, eos & malē concoqui, & dum in iecur ac venas distribuuntur, succum generare crudum, qui non facile in probum sanguinem mutetur, à ratione alienū non est. Præterea verò, cùm hæc ipsorum etiam natura sit, vt tardius pertransiant, cura non minima adhibenda est; ne in ventriculum incident debilē, aut prauis succis vitiatum : quippe qui tum neq̄ bellè concoquantur, & facilius ferè vñā cū aliis in uentriculo existentibus corrumpantur. Neque item vñā cum carnibus: nec laeticiinis, neq̄ summo post alios cibos loco, si quid Auicennæ credimus, edendi sunt.

Postremò verò hoc etiam sciendū, quod crassioris succi pīces intra mediocritatem saliti, recentibus sint præferendi. Verū recens saliti, Galeno lib. 3. de alim. facul. cap. 24. teste. iam diu salitis sunt meliores. Pīces etiam laudabiles exiguo sale conspersi; atque moderatè sumptu appetentiam, si quis eis delectetur, reuocant & roboran.

¶ De Anguilla, & nonnihil etiam  
d: Caseo. Caput  
XXXI.

VO-

## V A L E T V D I N E. 128

V Ocibus anguillae prauae sunt, si comedantur,  
Qui Physicem non ignorant,  
haec testifificantur.  
Caseus, anguillæ, nimis obsunt,  
si comedantur,  
Ni tu saepe bibas, et rebiben-  
do bibas.

*Anguilla*

Anguillæ vocibus nocere hoc in loco traditur: idq; rationibus tum mediis, tum philosophicis comprobatur. Limosus enim pīces est, crassiq; len- ti succi, obstrunctiones facit, longiusq; à memoratis paulò antè probi pīces indicis recedit: quod Galenus etiam in libro de cbis boni & mali succi. ca. 15. in hunc modum scribēs. attestatur: Anguillæ nuuquam boni succi sunt, tametsi puro in humore versentur, nedū in eo qui yrbiū sordes & purgamenta in se recipit. Idem fere & in lib. de attenuan. dīcta cap. 6. cōfirmare videtur. Anguillæ, inquiens, & mollium pars maxima, tametsi carnem habent mollem, & tamen succo lento ac pitui toso abundat: iis, qui salubri victus ratione vti volunt, plurimū est noxia. Pa- ri modo de mustelis quoq; que uulga- to iā nomine lāprete dicuntur, sentie- dum est. Nā & ipsa nihil feciis quā

an-

## DE CONSERVANDA

Lampre- anguillæ plurimum crassi succi gi-  
ta. gnunt : tametsi parvulae lampretæ nō  
perinde male & periculose sint . Mi-  
nore . n . vt sensus ipse iudex est , cras-  
ticæ & lento participant . Quò fit , vt  
hi pīces , licet non ingratum ori sapo-  
rem offerant (quod falsa tamen eorū  
reuerentia dictum velim , qui in eorū  
vīsu diu perseverant ) admodum sint  
periculosi . Siquidem generatio eorū  
in aquis serpentum generationi inter-  
ris respondeat , non sine veneni suspi-  
cione . Vnde etiam M. Varro n . 4 de  
lingua Latina , nomen habent , q̄ an-  
guibus adfūlentur . Atque hac certe  
ratione capita & caude , ac similiter  
interior spina , vt quæ venenū in se cō-  
tineant , nullo modo edenda sunt . Cō  
ueniens autem erit ob succi crastitem  
ac lētem , vt in optimo vīno immer-  
ſe necentur atque cum iuscule deinde  
optimarum specierū , sicuti ab Apri-  
rianā scholā sectatoribus solent , præ-  
parentur : ac primò huidem duabus e-  
bullitionibus in vīno & aqua præbul-  
liant , illisq; reiectis tandem ad perfe-  
ctionem coquantur . Vel gelu inde in  
patina fiat , vel pastillatura , vel astatu-  
ra , idq; cum falsoamento competenti:  
in hyeme quidē cum viridi , fortibus  
speciebus , & vīno : in aestate verò cum  
debilibus speciebus , omphacio , & ace-  
to .

## Anguilla coctio .

VALET VDINE . 129  
to . Cōmodius tamen ab eiusmodi pi-  
scium esu abstinetur . Stomacho enim  
& renibus sunt inimici , sed præcipuū  
fentient nocumentum ex eorum ob-  
soniis , qui arenulas mingere consue-  
uerunt , quoniam ille anguillari , gluti  
no in calculos cogi & adstringi videa-  
tur . Podagra quoque laboratibus ma-  
nifestè officiunt , nec ullis morbis me-  
dentur , sic vt iniquè natura fecisse vi-  
deatur , quæ tam suauem refutandis  
expundiſq; pīscibus indiderit sapo-  
rem . Medici omni ex loco , omniq; té-  
pore & præsertim circa solstitium an-  
guillas detectantur .

Sequitur deinde , caseum atque an-  
guillas plurimum nocere si comedan-  
tur : quod sanè de iis , quæ magna mo-  
le ingeruntur , intelligendum est . Cau-  
se quidem de caseo suprà capite . De  
anguillis vero in præsenti capite ha-  
bentur .

Postremo loco hoc etiam adseritur  
nempe prauitatem eorum vberiore ac  
frequentiore vīni potu corrigi atque  
emendari : quod minimè tamen de vi-  
no subtili ac penetrante , neque itē de  
eo quod in potus delatiui vicem sub-  
stituitur , intelligendum est . Tale nan-  
que cum cibis mali succi bibendum  
non est , quemadmodum . 3 . 1 . doct . 2 .  
capite . 8 . Auicenna sic fermè scribens  
dili-

*Anguille  
esu cal-  
culis no  
xiis.*

## DE CONSERVANDA

diligerenter admodum monuit: Neq; cū cibis praui succi, nec anteq; illi conficiatur, neq; ab eorundem concoctione vinum protinus bibendum est: quippe quod mali chymi cibos in omnia statim corporis exteriora mébra, quod fortasse citra vini admiculum minimè penetrascent, non sine sanitatis dispensio secum trahat. Intelligentur igitur de vino fortí non modum penetráte, quod sèpius atque modicè commode ciborum permissionis gratia sumitur. Hoc enim prauitatem eorum corrigit, concoctioniam facultatem roborat, frigidosque & phlegmaticos humores concoquendo benignos reddit: quo sit, vt ad caséi atque anguillarum quæ agrè admodum conficiuntur, concoctionem non parum proficiat.

Ceterum neque illud silentio hoc loco inuoluendum, nempe vinum non in anguillarum modo, sed quorumlibet etiam piscium esu exhibendum: quippe frigidioris humidiorisq; temperamenti sunt omnes, adeoq; difficilius ob id ipsum cōficiuntur, tardiusq; transseunt: vino igitur sèpius ac modicè sumpto facilè emendantur, atque *σιμετρίαν* perducuntur. Hinc non temere haec tenus hoc usurpatum est: Ex piscibus vi nos quidem aqua foueri, mortuos vero vino condiri oportere.

¶ De

## VALETUDINE. 130

¶ De cibi potus que in prandio atque cena permisitione, sive alternatione.

Caput XXXII.

Inter prandendum sit saepe pa rumque bibendum.

Si sumas ouuum molle sit, atq; nouum

HIC duo traduntur præcepta. PRIMVM, de cibi potusq; in prandio atque cena permisitione sive alternatione: Inter prandendum nanque cœnandumve in vicem modo edendum, modò bibendum est, ac ne id quidem largè & copiose, sed sèpè potius & parcè. Neq; enim iumenta nobis in hoc imitanda sunt, quæ tum demù bibunt, cùm cibo exaturata fuerint: sed potio subinde interponenda est, quoniam cibus permisitione potionis mollior redditus, per membra nutritioni deseruientia, facilius peruehitur.

Vbi notandum, triplicem à Medicis constitui potum. Ac primum quidem permixtuum vocari, quod vna nimirum cum cibis ingeratur. Alterum de latium, quod concoctione in ventre iam perfecta & absoluta, in hepate vero inchoata, vñ cibi penetratione adiuet, exhibeat. Tertium verò sitis sedatiuum, quo inexplenda siti vitimur. Quæ igitur de potu hoc loco traduntur,

Potus triplices.

**DE CONSERVANDA**  
**Permix-**  
**tus.** tur, ea de permixtuo accipienda sunt. Hic enim interponi sæpius ac permisci cibis debet, neque ad finem prandii vel coenæ sive dum sitis vrgeat (sal uo tamen aliorum iudicio) differendus est. Imo vero crebrius etiam ab illis assumi debet, qui cibis actu vel potentia, siccioribus vescuntur, quiq; vehementius fæse, atque immoderatus exercendo siccum panem vorant: non tamen copiose, ne concoctio impediatur. Simile enim quiddam succederet, quale aquam in lebetem feruentem sæpius largè & copiose infundentibus solet: quippe caloris vis in coquendo hebetetur.

**Sedati-**  
**bus.** Sitis autem sedatiuus potus circa prandii vel coenæ finem, naturæ congruere magis videtur: tunc enim ob calidi siccicq; cibi situationem uera sitis vrget. Namque verisimile non est eodem ac breui temporis momento, infestari naturam esurie sitiq; simul, eo quod hæc irritetur à calore, illa stimuletur à frigore interno. Estq; hic potus augendus, vel minuendus: prout ipsa sitis expositulat.

**Delati-**  
**us.** Atqui delatiuus prima coctione iam perfecta, atque etiam paulo ante quam aliud quidpiam edatur, propinandus est: præsertim cum prius ingestus cibus consistentia fuerit crashior: neq; diffe-

**VALET VDINE. 131**  
differendus est, dum sitis oboriantur. Ventriculum enim ad reliquum suscipiendum cibum reddit expeditiorem, ac eorum etiam, quæ in ventriculo continetur, distributionem ad hepar plurimum iuuat. Non tamen immoderatus eo abutendus est, vt mature concoqui possit. Siquidem incoctus ad hepar non transit. Quod verum utique erit, si in delatiu locum non substituta aqua. In illa enim necesse non est, vt concoctio expectetur, priusquam ad hepar transmet. Rationabiliter vero in potu delatiu, ceu etiâ in permixtuo non aqua, sed vinum propinari debet, aut aliud quidpiam, quod vino sit ἄγελος, veluti ceruisia, μελ κρατor aut ex cerasis vel malis, aut similili quopiam fructus genere confecta potionis: quibus tamen omnibus vinum est præferendum. Facile enim efficit alimenti in omnia membra distributionem: unde non inepte ζημια τῆς τροφῆς ab Hippocrate nūcupatur ut cibis admodum supra cap. 15. & 27 ostendimus.

Sed quia de commoda cibi potusq; permixtione satis iam diximus, Illud minimè omittendum, est, quod nūnullis vt rectum placere video, nempe vt iuxta crassiorem, siccioriem, & frigidorem cibum de vtroque potu tam de-

## DE CONSERVANDA

delatiuo, quām permixitiuo largius assumamus, & vt rursus circa calidiorē, subtiliorem, atque humidiorē, parcias. Et iterum vt vinum subtile valensq; cū cibo natura, crassi, duro, ac frigido bibamus, & è diuerso, vt calidioribus cōcoctioniq; magis parentib; cibis vinum debilius adiugamus. Quæ ratio si stabit, volētiore vino iuxta carnem vtemur bubulā, q; pullorū gallinaceorum: itēque iuxta pisces, quam carnes animalium terrestrium.

SECVNDVM præceptū de ouis erat, nempe vt recentia ac mollia inge ramus: cuius ratio redditā est supra capite octauo.

¶ De Pisīs. Caput XXXIII.

PISUM laudandum nunc sum pīsimus ac reprobandum. Est inflatiuum cum pellibus at que nociuum,  
Pellibus ablatis sunt bona pisā satis.

Inquisitione dignum viderur, quod de ipīs hoc loco traditū: nempe ipsa laudem mereri quandoque, nonnunquam vero & vituperiū. Vbi scire ante omnia conuenit, ipsa duas habere facultates, adstrictoriā nimiri & purgatoriā: quarum hæc certè in ipso rum

Pisā.

## VALETUDINE. 132

rum velut carne est, illa vero in corticibus. Laudantur igitur quæ adempto cortice manduntur: culpantur quæ non decorticata ingeruntur. Priore enim modo sumpta, vt in diætis universalibus Isaacus idipsum confirmat ventrem subducunt: altero vero magis cōdēsant & adstringūt, plurimūq; flatulentī spiritus pariunt, ita vt pugna quādam xc termina in intestinis excitentur: purgatoria quidem facultate succum excernere volente, adstrictoria vero retinēte: hincq; intus affligitur natura, ab vtroque horū diuexata. Porro si pīsa cortice spoliata mādat, tunc purgatoriæ actionē maximē conferat. Quod de pīsis hic dicitur, idem de omnibus ferme leguminibus puta fabis, lētibus, phasēolis, & si qua sunt similia, præcipue tamen corticem habentibus crassiorem, vt de fabis & ciceribus nigris, intelligēdūt. Hac nanque ratione legumina omnia, quē admodum libr. 4. de viet. rat. in morb. acut. a pho. 93. Hippocrates attestatur, flatuosa sunt, & cruda, & cocta, & fricta, & macerata, & viridia. Cortex præterea in omnibus peiore generat succum, quām quæ ipsorum velut caro est. In pīsorum genere reperiuntur quādam alba & rotūda, cortice tenui, leui ac fragili, quæ tametsi vna cum corti-

## DE CONSERVANDA

corticibus innoxie mandi queat, præstat tamen ut decorticentur. Legumina viridia adhuc & nondum exacte matura, valde tenuem habent corticem, ac minus ipsis discrimen inest, quod ad corticem saltem & carnem attinet, faciliusque concoquuntur: quare ea non nulli sanis corporeis, quam matura atque exiccata magis conuenire arbitratu sunt: quod tamen à veritate alienum uidetur. Nam ea admodum esse excrementitia, & substantia corruptioni magis obnoxiae, constat: quo sit, ut à sanis non usquequaque citra noxam sumi queant. Hoc tamen negari non potest, quod matura & exiccata cum ab extimis corticibus purgata fuerint, ad vietus salubris rationem, quam recentia non decorticata, accommodatoria sint, & è diuerso viridia quam exiccata cortice non spoliata. Porro, quem omnium leguminum substantia inflet, concoctioni renitatur, crassi que & praui succi alimentum in corpus diffundat, meritò à vietus salubris ratione excluditur. Brodium tamen siue iuscum eorum, quod flatum cum omni & alimenti & concoctionis prauitate deponat, ventrem subducat, vrinam ciat, venarum atque viscerum obstrunctiones amoliatur, adeoque ad vasorum etiam, quae colato-

Erbstr.

ria

VALETUDINE. 133.  
ria vulgo vocantur, nempè hepatis, renum & vesicę, emundationem sit efficacissimum, non parum commoditatis in vietus salubris raione habere dinoscitur. Cuius proinde usum inciuniorū tépore, quando crassis atque obstruentibus utimur cibis, frequentiore esse coenit. Multiplex porrò ac varius hominibus leguminū usus esse follet. Nonnulli enim cum falsis carnisbus esitant: quem modū Galenus lib. 1. cap. 25. de alim. facul. non probat. Nam hæ quoque sanguinem crassiore & melancholicū magis generant. Quapropter nō est his copiosus utendū, & maximè si cui corpus sit aut melancholicū, aut crassio, aut prauo succo abundet. Pesimè autem coci diuitibus legumina sapia adparant: quandoquidem legumina haud quaquam incrassantium missionē postulat, sed humidorū potius, & quæ ipsorum crassitié incidat. Quibus vero sapia commiscetur, iecoris obstrunctiones solent, gignere viscerisque huius ac lienis inflammations inaugent, nisi melle addito, meliora fiant. Perspicuum autem est, quod & scirrosos visceris vtriusque affectus sapia exacerbat. Ut autem legumina esui, accommodatoria fiant, magis nutritant, & crassum prauumque succum amittant, in hunc ferè modum coquenda veniunt.

N Sub

## DE CONSERVANDA

*Pisorum* Sub noctem in aquam feruentem infundantur, ac primò quidem manibus diutulè confrimentur, vt à cortice separentur, deinde per totam noctem in eadem macerando temperentur, sequenti, verò die duabus vel tribus ebullitionibus in eodē liquore, dum tertia-quartay aque portio absimatur, percoquātur. Aquam autē adhibere oportet leuisimā, seu pluuialē. Nam & hac citius coquentur, & molliora euadent, & concoctioni minus facecent negotii. Ius decocti colo tādem transfundēdum, & ad usū reseruandum. De quo vbi & quantum cuique libuerit, accipiēdum, cumque cinnamomo denud. & croco temperandū ad lētum ignem. Hoc ēt paētō terream naturam magna ex parte deponet. Nonnulli duas partes zingiberis, vnam piperis, aliquantū enim cymini adiiciunt, quo facilius fecedat ad extremum aliquid aceri viuīve, & butyri admiscent, atque vnica iterum, ebullitione coquunt, spumam interea diligenter auferentes. Quod quidem in principio refectionis potissimum sumendum. Illud postremo minimē prætereundum, quod brodium sūe iuscum cicerum & pisorum alborū multo sit præstantius, & humanæ nature accommodatius, quemadmodum & tota corū substantia.

De

## VALETUDINE. 134

*De lacte tabidorum. Caput*  
*X X X I I I.*

**L**Ac *θερινοί* sanum caprinum postque cameli.  
Ac nutritiū plus omnibus est asinīnum,  
Plus nutritiū vaccinum sit,  
quoque ouinum.  
Adsit si febris, caput et doleat,  
fugiendum est.

Hic præcepta quedam traduntur de *Laetū electio* re lacris genere, quatenus videlectio. licet *θερινοί*, hoc est, tabidis, emaciatis, hectica febre laborantibus, & quomodocunque consumptis, sit conductrum. Cibi enim his ipsis, quod calorem natum imbecillum obtineant, concoctū faciles conueniunt: boni item ac multi alimenti, vt corpū emaciatus instaurent: sed liquidi & tenues, vt vias ob fiscitatem contractas facilis subeant, & penetrēt: ob febrim quoq; refrigerent nonnihil, & ob ulceris saniem detergeant, & ob solutionem continui, glutinēt. Quas dotes omnes habet lac: facile enim coquitur, ac omnium quae alimenti gratia sumimus, lac, butyro & caseo multū nutrit: optimum optime est succi: fero casei & butyri liquidi mēst, subfrigidum est, vli. 5. ca. 20. & lib.

N 2 10.

## DE CONSERVANDA

10.cap.7.de simpl. medic. facult. t̄erget sapore dulci butyrosa substantia, & acri monia seri glutinat caseo, & eodē ac butyro est emplasticum. Quapropter nonnulli, Galeno in libro de cibis boni & mali succi, cap.9. teste, pulmonis vlceribus affectos potionē tantum lactis curari putant, antea scilicet quam ca ipsa vlcera amplientur callofaq; fiant.

*Lac ca-*  
*primum.* A C P R I M V M quidē praeceptū est de lacte caprino : quod utile esse phthisicis, Auicen. 2. Cano. cap. 4.44. & 1.4. trac. 3. cap. 6. confirmat. Nec id lanē iniuria: siquidem inter cetera lactis genera moderatē se habet, cūm non ad modum pingue crassumq; sit, ob id medium quoque esse cēsetur, quod in corporibus nostris p̄st̄at.

S E C V N D V M de camelino: q̄ illo tenuius est, seroliq; humoris magis particeps: quō sit: vt minus tū nutrit, tum emaciatis conferat. Hydropicus tamē, & quibus hepar malē affectum est, non parum commoditatis adfert, pr̄sertim si fuerit camelī nuperrimē enixa. Eo namq; hepār, si quid Auicenna credimus, reficitur atque instauratur.

*Lac afini*  
*nūnus.* T E R T I V M de asinino: Asinæ nā que inter cetera brutorum genera lac p̄t̄bent ad propositos affectus accom-

## VALETUDINE. 135

modatissimū: quippe cūm tenuissimum sit, & minimē coagulatur, & quoquo versus ocyssimē in corpus digeritur, quemadmodum elegantissimē libro. 7. métho. meden. capit. 6. à Galeno scribitur. Quod Auicen. quoque. 1.4. trac. 3. cap. 6. confirmat. Non est, inquiens, lac post muliebre, quod hepticis q̄què conferat, ac asinīnum, Hepticam enim siquidem curabilis fuerit, ad plenum curat. Sed p̄t̄ ceteris lac muliebre, tanquam naturę eiusdem, & hūmano corpori familiarissimum, ab aliis medicis, precipueq; ab Herodoto & Euriphone ad tabidos affectus celebratur. Quoniā ceteris est subtilius, frigidius, & humidius, citius cōcoquitur, velocius penetrat, & melius nutrit. Sument autē quoduis horū manē ieiunis, horis tribus, aut quatuor ante cibum, vnc. quatuor primū: quas si recte confecerit, postridie quinque, sex vncias, & sic diebus consequētibus auctū, si bene concoquat, vñq; ad liberā vnam. Quatenus enim vires augeri cernimus, eatenus nos quoque cibis adiiciemus. Sumat autē patiens ex mammilla, aut minimum diuextra propria conceptacula moratum ( illic enim & sanguis & semen promptissimē corruptitur) per se aut cum paucō mele, uel sacercharo, & sale, ne in uentriculo aceſ-

*Lac mu-*  
*liebre.*

## DE CONSERVANDA

cat. A lacte hausto non dormiat, ne corrumpat: nec corpus exerceat motu aut frictione, ne crudū lac i corpus trahat.

Caterum silentio prætereundum hoc loco non est, quod non semper lac muliebre aut asinum phthisicis proflit: immò verò lac acidum siue ebutyratum ab ipsis in certis quibusdam casibus conuenientius adsumitur; Et primo quidem, quando cum phthisi fluxus ventris simul infestat. Deinde cum merus est, ne in ventriculo coaguletur, vel ardor adeat vehementis febris, aut uentriculus suapte natura biflorus existit, vt in quo lac nullo negotio in bilem transeat. Quinetiā quādō phthisi febris coniungitur putrida, & multæ in inferioribus partibus sunt obstructions. Lac enim acidum cohibet, & adstringit aluum, neq; facile in bile conuertitur: quippe cui butyrum, quod promptè accendi poterat, ademptum fit: eadem ratione: nec in putrida facile putreficit. Præterea cùm immunodus ac sordidus est uentriculus: in eiusmodi enim Lac promptissimè corrumpitur. Postremo verò cum phthisicus lac integrum & dulce abominatur, ab accido autem siue ebutyrato non omnino abhorret. Sed de his omnibus copiosè admodum Hierouymus Cardanus libro secundo Contradicentium,

Trac.

## VALETUDINE. 136

Tract. 4. Contradict. i. & Conciliator differentia. 194.

Q VAR T VM de lacte vaccino: <sup>Lac va.</sup> vt inter cætera lactis genera grassius ac pinguius inuenitur, ita alere etiam magis putandum est. Atque hinc sane Rhazes libro. 3. capite. 15. ad Almanso. sic ferme de eo scriptum reliquit: Lac vaccinum quorumlibet aliorum animalium lacte crassius iudicatur, atque ob id corporis molem & obesitatè adipisci volentibus accommodatisimum habetur. His amplius Auicenna lib. 2. Cano. cap. 444. hoc quoque addendum putavit: Nempe lac cuiuslibet animalis, cuius foetus eandē in utero moram cum homine ducat. i. per nouem menses, humano lacte esse maximè conforme: illud verò, quod sit animalis, cuius imprægnatio quā mulieris diuturnior sit, esse deterius: quo sit, vt, cum vacca nouem mensibus vitulum ferat, lac eius humana maximè conforme, atque ob id optimum quoque habeatur.

Q V I N T V M de lacte ouino: hoc quod ad consistentiam quidem & nutrimentum attinet, ad vaccinum quodammodo accedit.

SEX T VM de lacte vitando in febris putridis, & dolore capitis: cuius rei causæ adsignatae sunt supra capite. 7.

N 4 De

## DE CONSERVANDA

¶ De butyro. Cap. XXXV.

L Enit, et humectat, soluit sine  
febre butyrum.

Butyri  
ppræta-  
gas tres.

Tres butyri pprætates hic referuntur.  
P R I M O cum doloris sedatione  
lenit, & inaturat: Siquidē tēperatē cali-  
dum est, & natura pingue atque oleo-  
sum, facultatisq; concoquentis, paulū  
habens etiam digerendī potentia, in  
mediis nimirum corporibus, secundum  
duritiam & molitatem. Bubonas igitur  
& parotidas iuuat, gingivias extenuat,  
& præserit in infantibus dentienti-  
bus, item humores in pectorē ac pul-  
mone fixos linctu concoquit.

S E C U N D O humectat: ex melio-  
re nanque lacticē essentia cōstat: quēad  
modum ergo lacti, vnde sejunctum est,  
humectandi vis inest, ita & butyro id  
esse oportet.

T E R T I O vero soluit: Iratijs. n.  
sumptum, cū ob sua substantia lubri-  
citatem, tum ob communem omnium  
ciborum humidorum rationem, qui  
scilicet citra adstrictionem sunt humili-  
di, facile per ventrem subit. Sed febri-  
citantibus & calidioribus naturis non  
æque ut aliis conuenit: ipsis enim in fla-  
uam bilem conuertitur.

Illud porrò nosſe hoc loco vtile est,  
quod butyrum ob ſuperabundantem

V A L E T V D I N E. 137  
& humiditatē & pinguedinem in ali-  
mentis, vñ prefertum immoderatione  
expetendū non fit. Ventriculum enim  
refupinat, ac subuertit, & ad vomitum  
incitat. Neque vltimo post alios cibos  
loco ingerere cōuenit, quippe cum hu-  
midū sit ac lubricum, facileq; subduci  
queat, in superficie natans corrūpitur,  
& ob hoc ipsum ante alios cibos sumē-  
dum est. Ita enim citius subducitur, &  
alii cibis viam munit. Quocunq; oleo  
magis tum nutrit, tū cibos cōdit: quo  
fit, vt obſoniū additum olei atq; adi-  
pis vicem meritò penſet. Vnica tamen  
hoc ſemper cauendum, ne vſus eius fit  
immoderatus, neve in ventriculo ac-  
cendatur. Pinguia enim inflammatā,  
quēadmodū in maiori praxi Tract. 6.  
cap. 15. rub. 4. Ioannes Michaël Sauo-  
narola scriptum reliquit, in melancho-  
liam aduſtrām tranſeunt, ex qua lepra  
deinceps generatur. Quo fit, inquit il-  
le, vt ob nimiū Butyri vſum multi le-  
proſi in Germania reperiāntur. Recēs  
butyri, vt Auenzoar testatur, contra  
bestias, quę virus eiaculātur, venena-  
que, & foris illitū, & per os aſſumptum  
efficax est: ab aspide enim percusſis v-  
tilissimē imponit: & in pēſilenti aē-  
ris conſtitutione quotidie cū puri pa-  
nis tribus aut quatuor bolis mane a  
ſeiunis deuoratū mirificè ad ſanos ab-

N 5 inf-

**D E C O N S E R V A N D A**  
infectionē præseruando confert. Plura  
de butyro Diocorides libro secundo,  
capite. 66. Galenus lib. 10. c. 10. de simp.  
med. facul. Paulus Aegineta lib. 7. & Si-  
mon Sethi in Syntag.

**A N N O T A T I V N C V L A.**  
Tamen si *βευτύπον* primā necessariō  
habeat lógam , eadem tamen correpta,  
& media producta , Ioannes Baptista.  
Fiera quoque hoc versu extulit:

*Lac dabit aerq; tibi condimenta butyri.*

¶ De Seru. Cap. XXXVI.

**I**Nciditq; lauat, penetrat, mun-  
dat quoque serum.

**H I C** agitur de facultatibus Seri ,  
quod lactis aquosa est substantia . Hoc  
(vt libro . 2. distinqt. 1. cap. 9. de med.  
simp. purgan. Mesues inquit) excalfa-  
cit atq; siccitat ordine primo cōploto , &  
vsque ad secundum . Quinetiam atte-  
nuat, abluit, abstergit, & nitrofa , quā  
referunt est facultate, aliuū absque ali-  
qua mordacitate leniter subducit. Bi-  
lēm tum flauam , tum atram ab exustis  
humoribus genitam deiicit: quo fit, vt  
mirifice conferat maniacis , & melan-  
cholicis . Præstat item ad viscerum in-  
fractus , & morbis inde prouenientibus  
opitulatur: nimurum aqua intercute la-  
borantibus , felle fufusis , & licenſis .

Da-

**V A L E T V D I N E.** 143

Datur utiliter febrentibus ex bile : &  
viscerum, ac vasorum obſtructionib⁹.  
Competit etiamnum vitiis in cute a  
bile , & perutis humoribus emer-  
tibus. Quare lichenib⁹, vitiliginib⁹,  
alphis, plōris, leprisq; admodum conue-  
nit. Hæc ille. Comitialibus quoque, at-  
que iis, qui ob potentis vini largiorem  
potum male habent, auxilium præstat.  
Plura Dioscorides lib. 2. cap. 64. Cale-  
nus lib. 10. de simp. med. facul. ca. 8. Rha-  
zes libro. 3. ad Alman. cap. 15. & Auicen-  
na. 2. Cano. cap. 444.

¶ De caseo. Caput XXXVII.

**C**Afeus est gelidus, stipans, cras-  
sus, quoque durus .  
Caseus et panis sunt optima fer-  
cula sanis.

Si non sunt sani, tunc hinc ne iun-  
gito pani .

Duo hoc loco peraguntur: P R I M O  
quatuor referuntur facultates Casei .  
Quarum prima est, ipsum esse gelidum,  
id est temperatura frigidum , quod in-  
telligi debet de recente ac molli , qui  
frigidus & humidus : & non de vetere,  
qui calidus & siccus est. Atque huius sa-  
ne rei grauiſſimum habemus teste Pa-  
lum Aeginetam , qui lib. 7. sic ait : Ca-  
seus recens & mollis repellendi vim-

N 6 obti-

## DE CONSERVANDA

obtinet, leuiter refrigerans. Quinetia de eo intelligi potest, qui conficitur ex sola lactis coagulatione, absque vla alterius rei committitione. Reperitur enim qui ob aromatōn quorundam, ac odoratarum herbarum admistione acrior & calidior euaserit, & ob id linguam vellicet, atque ventriculum excalfaciat. Talis autem colore potissimum viridis existit, qui si maiore paulo mole ingeratur, corpus veliementer exurit. Secunda est, caseum stipare hoc est, adstringere ac cohibere aluum, quod maxime solet præstare vetus, qui multum coaguli admistum est. Tertia est, ipsum esse crassum, quod est, crassos generare humores, idq; nullo excepto. Omnis enim caseus sit ex crassiore & terrestri magis cuiuslibet lactis substantia, admisto coagulo, & exprefso inde sero. Quarta est. Caseum esse durum, id est, ægrè & concoqui, & alio discedere: nimurum propter succum crassorem.

SE C V N D O deinde loco hoc e-  
tiā adseritur : nempe caseū parua mole  
cum pane sumptum , optimū fānis ho-  
minibus esse cibum , quippe qui panis  
admissione cōcoctū reddatur facilior ,  
cum alioqui per se sumptus admodum  
ob cōcoctionis tarditatem offendat . A-  
egrotantibus verò , propterea quid  
neque

VALETUDINE. 139

neque ad cōcoctionem, ut dictum est,  
neque ad mouendā urinam, neque ad  
ciendam alium, neque ad succi deni-  
que probitatem, quicquam boni con-  
ferat, omnino fugiendus est. Plura de  
hoc supra cap. 7. & 9.

**Causas de se ipso.**

I Gnari Medici me dicunt esse  
nocuum,  
Et tamen ignorant cur nocu-  
menta feram,  
Expertis reor esse ratum, quia  
commoditate  
Languenti stomacho caseus ad-  
dit opem.  
Caseus ante cibum confert, si de  
fluat aliuss,  
Si constipetur, terminet ille da-  
pes.

**Qui physicen non ignorant, haec testisificantur.**

In prioribus duobus versibus ~~apo-~~  
~~tertio~~ est, Fingitur enim caseus  
seipsum aduersus malignos viciuos  
ac vituperatores defendere. Ignari, in-  
quiens, Medici, hoc est, indocti ac me-  
dicina rudes, dicunt me videlicet ca-  
seum in vniuersum nocium esse: quum

## DE CONSERVANDA

ipſi tamen ignorenſ causam, cur huma-  
næ nature nocere dicar. Allusum aut̄ vi-  
detur ad illud quod ab Hippocrate in  
libro de veteri medicina ſcriptum eſt in  
hunc modū: Atqui, inquit, mihi necel-  
ſarium eſt videtur, vt omnis medicus  
de natura ſciat, & omni studio annita-  
tur; vt cognofcat, ſi modo aliiquid eorū  
quæ fieri debent recte praefare velit.  
Quid ē homo ad ea q̄ comedūtur ac bi-  
lubetur, cōparatus, & quid cuiq; ab uno  
quoq; cōtinget ac acciderit & nō ſimpli-  
citer ſic exiftimare, q̄ malū edulium eſt  
caseus? Dolorē. n̄ affert repleto ex ipſo.  
Sed quem dolorem, & propter quid, &  
eui parti intra hominē existenti incō-  
modum exiftit? Nā & alia multa edulia  
ac pocula natura mala ſunt, & afficiunt  
hominē non eodem modo. Proferatur  
autem mihi verbi cauſa aliiquid, velut  
vīpūm meracūm multūm potūm, ho-  
minem aliquo modo debilem reddit,  
& omnes qui viderint hoc fatentur &  
cognofcunt, quōd hēc eſt uis vini, &  
q̄ ipſum eſt cauſa, & in quas in homi-  
ne partes maximē poſit nouimus. Ta-  
lēm itaque veritatē etiam de aliis oſte-  
dere nolo. Etenim Caseus, quandoqui  
dem hunc in exemplum ſumpfi, non  
oēs homines lēdit, ſed ſunt qui ex ipſo  
repleti, ne tantillū quidem offendun-  
tur, imō gracilibus mirabiliter etiam

con-

## VALETUDINE.

conferre proditur. Sunt autem qui diſ-  
ſiſtulerunt ſummoentes ipſum ab eo li-  
berantur. Horum verò naturę diſfe-  
runt, diſeruntque etiam iuxta hoc, q̄  
eſt in corpore caseo contrarium. Nam  
a caseo exicitur & commouetur, in  
hiſ quibus eiusmodi humor multus  
in corpore exiftit, & quōd magis hic po-  
tens eſt, eō magis veriſimile eſt ipſos  
male affligi. Si vero toti humanę na-  
tura malus eſt, omnes vtique ſede-  
ret. Hēc autem ſi quis nouiſet, non  
incurreret ea, neq; ſanē pateretur. Ha-  
c enus Hippocrates.

S E C V N D O deinde loco due re-  
cenſentur vtilitates ab ingeſto caseo.  
Quarum prima quidem eſt, ipſum de-  
bilitatem abſcindere ſtomachi: vbi ſciē-  
dum tamen, quod non quilibet ſta-  
tim caseus cuiuī ſubueniat ſtomachο  
(casei ſiquidem in certis quibusdā caſi-  
bus omnes ex æquo nocent, ſtomacho  
nimirum rārē texture, ac illi quoque  
qui ex lōga ægritudine adhuc debilis  
ſe colligit) ſed recens, mollis ac pauci-  
lentoris particeps, quemadmodū lib. 3.  
ad Alman.ca. 15. Rhazes teſtatur, cali-  
do atque ſiccō ſtomacho apprime con-  
fert, exuſionē enim, caliditatē, & ſicci-  
tatem eius frigiditatis ac humiditatis  
ratione reprimit, & emendat. Contrā  
verò eidem, yetus admodum, & acris,

cu i-

**DE CONSERVANDA**  
cuique multum coaguli injectum est,  
manifestè officit. Stomacho autem, cu-  
ijs pelliculis multa infarta sunt phle-  
gmata, plurimum confert caseus, qui  
inueterauit, & ob id quām prius acri-  
or atque ardenter euasit phlegmata  
enim acrimonia sua incidit, abstergit,  
& infra subducit. Rursus verò recens  
ac mollis huic maximè nocet.

**S E C V N D A** est, caseū priori lo-  
co exhibendum iis, quibus venter ma-  
iore in modum soluitur: posteriori  
verò quibus idem ob imbecillitatem  
non respondet. In viuersum namque  
adstringentia si prius ante alium ci-  
bum aut edantur, aut bibantur, alium  
comprimunt. Quibus autem ob imbe-  
cillitatē venter non respondet, ii mol-  
liendi virtutem prædicta, nempe olera,  
aut pisces, haud id genus aliud psumēt:  
deinde adstringentia ( quorum in nu-  
mero caseus etiam reponitur) quæ dum  
ipsum firmant ac roborant, & deorsum  
in ventriculi fundm, vbi concoctio-  
nis officina est, propellunt adq; excre-  
tionem tandem incitant, Id quod ex  
veræ medicinæ peritis neminem late-  
re arbitror. Vide Galenum libro. 2 . de  
alimen. facult. capi. 22. vbi rationem tra-  
dit, cur rhetori cuidam adstringen-  
tibus post alios cibos laxantes sump-  
tis venter fuerit solutus. Huiusc rei

**V A L E T V D I N E.** 141  
meminit etiam Paulus lib. 1. capite. 81.  
De acido caseo ita scribit Aëtius lib. 2.  
capit. 101. Recens caseus, qui ex acido  
lacte fit, & ob id ḥεζυγαλατηριον appellat-  
latur, omnium optimus censendus est.  
Nam & in cibo iucundissimus est, &  
stomachō innoxius p̄r omnibus aliis  
caseis exsistit, minus aegrè concoqui-  
tur, & minus aegrè transfit, neque verò  
valde crassi succi est, quo criniue in  
commune omnes casei sunt infames.  
His addit Rhazes, acidum caseum exi-  
guæ mole vltimo post alios cibos loco  
ingestum roborare os ventriculi, atque  
auferre etiam ἀνοπέσταν ac naufragia,  
quæ ex dulcibus & pinguibus cibis pro-  
ueniant.

¶ De modo edendi & bibendi.

*Caput XXXVIII.*

**I**nter prandendum sit saepè pa-  
rumque bibendum.

Vt minus aegrotes, non inter  
fercula potes.

Præcipitur in primis hoc loco, vt in-  
ter prandendum cœnandumve in vi-  
cem modo edatur, modo bibatur: id  
est, inter edendum sèpius quidem, sed  
parum bibatur: neque potus, quemad-  
modum supra quoque capite. 32. dictū  
est, eo usque differatur, dum venter ci-  
bo-

## DE CONSERVANDA

bō expletus videatur. Deinde verò ut  
eo tempore, quod inter prandium ac  
cœnam intercedit, potus, quod eius  
fieri potest, evitetur; & maximè si in-  
gestus cibus in ventriculo nondum con-  
coctus fuerit, nisi magna cogēte nece-  
ssitate. Interrupitur enim & impeditur  
primo sumpti cibi concoctio, ita ut eū  
incoctum ē ventriculo descendere con-  
tingat; appetentia cibi in cœna sumēdi  
deicitur, corpus grauatur, & ad dispo-  
sitionem, in qua homo neque sanus,  
neq; æger dici queat, sive qualis ea est,  
quæ febrim præcedere solet, adducitur.

Vt uites poenam de potibus in-  
cipe coenam.

Cœnam à potu inchoādam esse hic  
adseritur. Sunt qui hūc in modum ex-  
ponant: Si vis vitare poenam, id est in-  
firmitatem, in principio cœnæ bibas  
prius quam comedas. Sed inepta pror-  
fus ac inualida est hęc expoñatio. Secun-  
dum Medicos enim cœnam à cibo quā  
à potu auspicari cōducibilis est. Neq;  
Angli ipſi, quibus præfens liber dica-  
tus est, eiusmodi morem consuetudi-  
nemve seruant. Quacunque n. diei ho-  
ra bibere voluerint, bolū ferē sive fru-  
stulum panis præsumunt. Quare quod  
dicitur, sic intelligendum potius vide-  
tur; Incipe cœnā à potu, id est, à cibo  
liqui-

## VALETUDINE. 142

liquido & concoctu facili: Et hoc est,  
q; ait Hippocrates in aphorismis libr.  
2. aph. 11. Facilius est impleri potu, quā  
cibo. Atque eius idein rei hæc alsi-  
gnari potest ratio: Quia si cibus liqui-  
dus & concoctu facilis postremo su-  
meretur loco, concoctionem eius mul-  
to citius, quam crassi ac duri, qui pri-  
us ingestus fuerit, perfici continget.  
Somnus enim qui cœnam subsequitur  
mirum in modum concoctionem ad-  
iuuat. Hancq; ob causam liquidus ci-  
bus, quū ob crassum illum nondum ex-  
toto concoctū, ad exitum peruenire né-  
queat, nimis adureretur, aut certè, si e-  
xierit, crassum illū, sed incoctū adhuc,  
secum traheret, periculumque ita ei,  
qui cōnederit, non vulgare compara-  
ret. De recto ciborum ordine nonnihil  
etiam supra c. 6. diximus. Porro de que-  
stione hac, Vtrū à potu cœna inchoan-  
da sit, lege Conciliatoriæ different. 118.

P Oſt pīſces nux ſit, poſt carnes  
cafeus adſit.

Vnica nux prodest, nocet alte-  
ra: tertia mors eſt.

Singula poſt oua, pocula ſumen-  
oua.

Tria hoc loco peraguntur: primus  
nāq; versuſ. duo p̄cepta cōplectitur.

Quo-

## DE CONSERVANDA

Nuces Quorum PRIMVM, quidem est, ut post eum piscium nuces in casei locū substituantur. Quod tribus fermè modis probari solet. Ac primo quidē propterā, quod nuces collectionem phlegmatis, quod ex frequenti piscium esu generatur, caliditate ac siccitate sua discutant & dispergant. Atq; hinc sanè est, quod in uere, quando nimirum quadragenario ieunio corpora macerantur, summo statim post alios cibos loco nuces exibeantur.

Deinde ea etiam re, quod pisces frigidioris ferè humidiorisque sin temperaturæ, adeoque difficultius ob id ipsum concoquuntur, tardius subducantur & prōptitimè inventriculo corrūpātur ac putrefiant. Nuces vero, cum euiderent excalfaciant atque desiccent, eorum concoctionem adiuuent, pruitatem corrigant, & ad mediocrem temperamentum perducant. Tertiō vero ob eam quoq; causam, quod pisces interdum veneni nonnihil in se contineant: nuces autem, et copiose admodum ostendimus supra ca. 13. veniens aduersentur.

SECUNDVM, ut post carnium esum nō nuces, sed caseus exhibeat. Caseus enim præstat, ut cibus ad fundum ventriculi, vbi concoctionis opus potissimum viget, promptius descendat. Quod de eo sane caseo maxi-

mē

## VALETUDINE. 143

nè intelligendum est, qui medium locum inter recentem ac veterem fortius sit.

IN SECUNDО deinde versu de triplici agitur nuce: quarum una quidem prodest, altera nocere, tertia verò mortem inferre dicitur. Per primam autem eam nonnulli intelligunt, quæ ob odoris præstantiam Mochata vulgo appellatur. hæc siccata & excalfacit, ordine secundo completo. Adstringit, oris suauitatem commendat, & fœtentis animæ viros commansæ abolet. Lætigines in facie emendat, visum acuit, ventriculum & iecur roborat, lienem absunit, vrinam ciet, fluentem aluum fistit, flatus discutit, & frigidis vteri affectibus mirificè prodest. Per alteram accipiunt vel nucem auellanam, quæ λεπτοκαρπον, καὶ καρπον πωοτικὸν Græcis appellatur, vel eam, quæ in communī est vsu, & καρπον βασιλικὸν Græcè Latinè verò iuglans dicitur. Quarum illam quidem nocere ob id tradiderūt, quod ægrè concoquatur, cibis in ventriculo supernatet, vomitus excitat, flatus generet, & largius eritata caput tentet. Hanc verò, quod pari modo concoctu difficultis, stomachò inutilis, biliosa, & tussientibus inimica sit capitique dolorē inferat. Ob hancq; ipsam sanè causam, nuces etiam dici a nocendo,

## DE CONSERVANDA

do; Grammatici autumant. Gr̄ecorum quidā *νερπά*, quod *νερπυθεπιαν*, id est, capit̄ grauedinem faciant, nominari tradūnt. Per tertiam vero iocoſe non nulli nucem interpretantur balistę, quod nimirum repentinā inferat mortem. Verum alij nucē intelligunt Methellam: quippe *κατανερπά* venenum sit *νερπατικόν*. i. tempore inducēs. Quarto enim refrigerari excessu, ita ut drachmarum diuariū pōdere esitata statim, interimat, minore vero mensura temulentiā faciat. Quos quidē affectus præstat etiā in canib⁹, quibus necandis aptifima habetur. Lege Rhazen lib. 3.ca. 30. ad Al. Serapionē de sim. medic. ca. 365; & Auicen. 2. Can. ca. 512. Porro ut grati etiā discipuli vicib⁹ fungar, Georgii Sturtiad⁹ medici eruditione & experientia clarissimi, meiq; olim in re medica præceptoris obseruādissimi, de trib⁹ hisce nucibus opinione huic quoque loco inferam. Is igitur per nucem hic aliud nihil quā Iuglandē intelligendū adferebat: per vnicā quidē, paucas numero quā citra denarium consistente, per alterā quę paulò largiore copia ingererentur: per tertiam vero, quę immoderatissimē sumerentur.

SE C V N D V M hāc igitur interpretationē vnica nux prodefē dicenda est, vel q̄ nuces letalibus aduersen̄ ven-

## VALETUDINE. 147

nenis: vel q̄ viridiū ac rccētium nuclei depellati, & ante alios cibos sumptu vē trē leniter subducāt: torrefacti vero aliquantulū atq; à reliquo cibo cōman ducati, ciborū in corporis distributio nē adiuuēt. Altera nocere: quod nimirū cōcoctū sint difficiles, ac caput immoderatiōe v̄su tentent. Tertia vero mortē inferre, quod præter iā dictā in cōmoda *δυσετερηπιαν* etiā ad ifsum ingeffa modum generent: que nisi præcipiti & compendiario auxilio colibera tur, mortem breui inferat.

TERTI O demū uersiculo præcipitur, vt post oui cuiusq; recētis atque mollis efūm haustulus, & præcipue vi ni, fumatur. Eiusq; rei duplex fere ad signatur ratio. Ac prior quidem, quod ouum recens ac molle succi sit optimi & concoctū facilis, paruaq; mole vt su pra capit. ostendimus, plurimo cor pus reficiat alimento, idq; uitello suo potisūnum: uinum autem, cum natu ra eo delectetur maximē, præstat ut à membris audius attrahatur, celeriusque ita permeet. Posterior uero, quod ouum tardius descendat per gulā (quę Gr̄ecis proprio nomine *ἀσοφάγος*, ab ḥi⁹ fero, & φάγημα, cibus, quod ci bum & potum in ventriculum trans uchat, Arabibus Meri nuncupatnr) uinum autem descensum eius adiuuet.

¶ De

DE CONSERVANDA.

¶ De pyris. Cap. XXXIX.

A De pyro potum, nux est medicina veneno.

Fert pyra nostra pyrus, sine vino sunt pyra uirus.

Si pyra sunt uirus, sit maledicta pyrus.

Dum coquis, antidotum pyra sunt: sed cruda uenenum.

Cruda grauant stomachum, reluant sed cocta grauatum, Post pyra da potum, post pomum vade cacatum.

Hic docetur in primis, vt super pyrum esu vinum bibatur, idq; tum ueetus, tum odoratum. Atq; eius quidem ratio redditia est supra ca. 7. Pyra enim sanguinem seros replent succo, inflationesq; ac colicos cruciatuſ ſuscitant. Vinum ergo, cum calfaciat, tenuet, flatuſ diſcutiat, & serofam redundantiam consumat, ſuper ipſis cōuenientiſiſimè bibitur. Deinde nucem veneno medicinam eſt traditur: de quo copioſe ſuprā ca. 13. Secundo ac tertio verſu dicitur, pyra abſque vino cōmansa eſt vi- rūſ, hoc eſt, nocere humanae naturæ: cuius ratio iam redditia eſt, ne quis interim ſimpliſciter, vt de illis, quæ excessu qua-

VALETUDINE. 145

qualitatū elementorū, quarū miſtione conſtat, aut propria qualitate, ſue forma (vt vocat) occultavenena eſt noſcitur, ita de pyris quoq; ſuſpicet: Sic n. commāſa perničie ſubinde vel noxā aliquā inferrēt, ac proinde arbor ea fērēs meritō detestabilis eſſet, adeo q; ob idipſum excindenda atq; in ignē coniā cienda. Quartoverſu innuitur, pyra re centia & cruda eſt uenenum, id eſt, no cere humanae naturæ: Nam extra hoc q; ſanguinē ſerofō atq; ebulliēte replēt ſucco, inflationes & colicos cruciatuſ excitāt, phlegmata eſt ac ſcabiē gene rant. Cocta verò contra diſtēdōtāv; id eſt, remedium p̄aſtant, perinde atque illa paulo ante p̄aſtare diximus, quæ cum vino manderentur. Atque hæc ſa nē vltimō poſt alios cibos loco ſumēda poſtūmum ſunt: ita nanque excrementorū ſubductionē adiuuant. Quin to verſu docetur, crudorū pyrorū eſum graue eſt ſtomacho. Ipsiſum enim non à concoctionis tantum opere diſtrahit, ſed flatibus etiam diſtēdit. Cocta verò econtrario grauarum ſtoma chum leuāt, & reficiunt, inq; ſuum pri ſtinum vigorē reſtituūt. Vltimo tandem verſu hoc imprimis p̄aſcipitur, vt viñū ſuper pyrorū esu bibatur: cuius quidem ratio iam redditia eſt. Deinde, vt à pomorum esu aliud ſubduca tur:

O tur:

## DE CONSERVANDA

tur: quam rem Auic. 2. Can. ca. 56. sic ferme scribens confirmat. Poma dulcia & acida, vbi in stomacho crassum inuenient succum, quandoq; incidit ipsum, & per egestionem expurgant. Quæ sententia apud Oribasii quoque reperitur li. 4. Synopseos ad Eustathium filium c. 29. Acida, inquit, cu in ventri culo succum crassum inueniunt, eundem incidente aluum subducunt, & ob eam causam faeces liquefaciunt. Quæ dulci succo sunt prædicta, ea sine acrimonia facilius descendant. Quinetia hæc adsignari potest ratio, nèpe quod poma flatum in ventriculo excitent, flatus vero per aluum facile ducat.

### ¶ De cerasis. Caput X L.

**S**I cerasum comedas, tibi confert grandia dona.  
Expurgat stomachum, nucleus lapidem tibi tollit.

Hinc melior toto corpore sanguis inest.

*Cerasoru*  
*cōmoda.* Tria ex cerasorum esu cōmoda hoc loco recensentur. Ac PRIMVM qui dē, quod stomachū expurgent: idq; de illis potissimum intelligendum, quæ vna cū nucleis manduntur. Ad eum namq; modum (vt nonnullis placet) ingesta absterget & emundat. SECUNDVM quod

## VALET VDINE. 146

quod nuclei eorū, cūm inde exprefsus succus siue lac sumitur, peculiariter quādam proprietate lapidem non in renibus tantum, sed in vesica quoque frangant & expellant. TERTIUM verò, quod quæ iporum velut caro est, optimum generet sanguinem, corroboret, & impinguet. Et hoc certè experientia testatur, & demonstrat ratio. Siquidem in paſſeribus, qui cerasis plurimum delectantur, eo ipso tempore quo hæc matura sunt iecuscula non paulò maiora quam alijs reperiuntur. Vnde hepar frequentiore cerasorum vsu augeri ac roborari certò colligitur. Sed hic notandum, quod duplicita sunt cerasa, crassa nimis & parua: ac crassa rufus duplicita, nèpe dulcia & pontica, siue acerba. Dulcia omnia & parua insalubriora sunt, facile corruptuntur, & lumbricos in corpore generant. Crassa pontica quoque duplicita inueniuntur. Quædam enim pediculo constant longiore, bacca etiamnum ceteris crassiore, gustu acerbo, & admodum acido, colore perpetuo rufescente, nec vñquam in atrium vrgente. Italis Verle dicuntur. Hæc tenera adeò & fragilia sunt, vt nisi sub arbore sua comedantur, facile gestatu collidantur & marcescat: Quare non nisi recētia, atq; in principio tantū mēs;

O z su-

## DE CONSERVANDA

sumenta sunt. Abstergendi stomachi & ciendæ appetentie vi prædicta sunt. Alia denique crassæ, nigra, & maximè omnium ponticæ sunt, quæ in compluribus Italiæ locis Marasche vulgo nuncupantur, à sapore sic dicta, quod non in iucundi amatoris tantillum refipient. Ea summo post alios cibos loco edenda sunt, ita ut os ventriculi ponticitate sua claudant: quo clauso cōcōctio & melius & citius peragitur. Galeanus habita cerasorum omnis generis ratione lib. 7. simp. medi. ca. 19. ea hisce paucis perfstrinxit: Cerasus arbor fructus fert non paris adstrictionis in omnibus particulatim plantis participet. Nam & in harum, sicuti etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam vero dulcis, in nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcia ea, quæ nondum cocta sunt, ac matura, quædam admodum sunt acerba, quædā similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbâ exuperat, in cerasis nō semper. Ergo quæ dulciora sunt, magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera. Quæcumque verò acida sunt, ea pituitosis excrementis; stomachis sunt apta. Si quidē austerioris magis desiccāt, & nonni-

hil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communem omnibus viscosis & mordacitatis expertibus medicaminib. facultatē obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accōmoda est. Propriè autem, si quidē, quod quidam subscrībunt, verū est, calculis vexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium inefset facultas quædam. Hæc ille. Plura Dioscorides lib. 1. c. 129. Plinius lib. 15. cap. 25. & Simeon Sethii in Synagmate.

## De prunis. Caput XL I.

Rigida sunt, laxant, multum prossunt tibi pruna.

Dux prunorum facultates hic referuntur. Ac prior quidē, quod corpus mediocriter refrigerent. Dulcia enim (quæadmodū li. 2. de medicament. sim. purgā. cap. 19. à Melue scribitur) calido frigido temperata, aut paulo frigidiora: humida ordine. 2. μέσα. i. dulcacida, frigida principio secudi. Omnia tamen refrigerant. Quare Lusitani, qui calidā incolūt regionē, carnū suarum cocturæ pruna plerunque immisscent, & potissimum Damascena. Posterior vero, quod aluum moueant; Et hoc Galenus quidem libro. 2. de alim. facult. capite. 3. ita scribens confirmat: Corpori,

Pruna.

## DE CONSERVANDA

inquit, ex hoc fructu minimū alimen-  
ti accedit: vtilis tamen est iis , quibus  
propositum est , ventrem medicōriter  
humectare ac refrigerare. Ipsū enim  
cū humiditatis,tum lentoris sui gratia  
subducit . Quod certe de maturis intel-  
ligendum : cruda enim , quemadmo-  
dum Aūcenna testatur, nō parum ad-  
frictionē præferunt . Et quanquam  
posterior hæc prunorum facultas, non  
fecus atque prior eriam , Damascenis  
ferè attribuatur, Armenis tamē potius  
adscribēda erat, vt quæ Aūcēna & Me-  
sue testibus, præter cætera magis alte-  
rent, largiusq; soluant. Vsui verò ma-  
ximē sunt matura : immatura minus .  
Optima autē inter ipsa , & humanae na-  
turæ cōuenientissima sunt oblōga, car-  
ne cū dura tū exigua, siccitate nōnulla  
participantia, cortice exteriore tenui-  
ſapōrē nō proflus dulcia, sed μέσα, id  
est, dulcida, qualia Damascena cūm  
primis habentur. Hæc enim mediocri-  
ter humectant ac refrigerant . Multa  
porrò & varia prunorum genera repe-  
riuntur , non omnium tamen vñus  
approbatur : Et ex ipsis agrestia quæ-  
dām parua,dura, acerbaq; & cibo in-  
iucunda, Galeno ἀγριοκουμήνα, vul-  
go pruneola sive prunula nominan-  
tur, Germanicē , Sleen . Horum fru-  
ctus , inquit Galenus libro.7.de sump-

me-

## VALETUDINE. 148

medic.facult.cap.35.evidenter adstri-  
ctorius est, ventremq; sistit. Quo fit, vt  
aquam nonnulli ventri sistendo accō-  
modatisimum inde eliciant. Cæterum  
pruna , quæ ventris subducendi gratia  
sumuntur, in aqua frigida prius q; in-  
gerantur , aliquandiu præmaceranda  
sunt. Ita nanque præparata magis tum  
humectat, tū refrigerant, adeoq; ad ap-  
petentia, quæ collapsa fuerit, excitan-  
dam, & ad flauam præterea bilēm, quæ  
in ventre habetur, detergendā ac sub-  
ducendā acommodatiora sunt : Qua-  
re biliosis etiam non solum febribus,  
sed aliis quoque morbis salubria red-  
duntur. Pruna recentia atque humida  
siccis valētius quidem alterant, sed ex  
crementitum magis & peioris succi  
corpori præbent alimentum. Sicca vē-  
rō nō solum ad nutritionem accōmo-  
datoria sunt, verū magis etiā corro-  
borant. Quod de pruni hoc loco di-  
ximus, idē de cerasi quoq; aliquo in-  
telligi potest : sed horum humiditas q;  
illorum subtilior ac minus lenta est:  
quo fit, vt minus etiā alant. De pruni  
Dioscorides lib. 1. cap. 137. Galenus &  
Mesues locis paulò ante citaris, & Aui-  
cenna libr.2. Cano. cap. 541.

¶ De perfisis, racemis, & passulis.

Caput. XLII.

O 4 Per-

## DE CONSERVANDA

PErsica cum musto uobis datur ordine iusto

SUMERE, sic est mos nucibus sociando racemos.

PASSula non spleni, tusfi ualet, est bona reni.

DUO pRAEcta cum primis hoc loco traduntur.

Ac primū quidē, vt mustum cū persicis bibatur, aut sanē persica simul cū musto exhibeātur. Multū namque calfacit admodū, ebullitionemque; in corpore efficit sed persica ebullitionē hanc atque calfactionem frigiditate sua cohibent & moderātur. Contrā verō persicas, cum vehementius refrigereant, merito adhibetur mustum, quippe quod frigiditatem eorum, ne ventriculo noxā inferant, calore suo facile mitiger ac temperet. De persicis suprā cap. 7.

SECVND VM verò, vt vnuū racementi cū nucibus edantur: quod de aridis potissimum & antiquis nucibus intelligendū est. Viridas etenim ac humides per se salubres censem̄t. Antiquæ vero & arida excellenter siccāt, adeoque ob oleosam suam qualitatē promptè in corporibus accendūtur. Iure igitur vngutū recem̄i cū ipsi mandendi veniūt, vt qui exiccationi, atque inflam-

## VALET V.D IN E. 149

flammationi humidite sua resistat. De nucibus copiose suprā cap. 13.

TERTIO deinde verū traditur. passulas siue vuas passas lieni officere. Ipsum enim communi ratione dulcū omnium obstruunt atque lēdunt. Hinc Galenus in libro de attenuante diēta ca. 9. in eum modū scriptum reliquit: Vuas passas si non sint adstringentes, lieni quidem & hepati tumentibus nō codicunt; thoraci tamen ac pulmonis affectibus codicunt. Renibus etiā conferunt, eos enim lauant & abstergent, vrinamque cident. Rēnes nanque multa ad ipsos deriuata humiditate mundātur. Sed de his quoque suprā cap. 9.

¶ De Ficibus. Cap. XL III.

SCROPHA, tumor, glandes, ficus cataplasmate cedunt:

Junge papauer ei, confracta foris trahit oſsa.

Hic duæ ficuum cataplasmatis modo impositarum facultates referuntur: *Ficus f&cultates.* Ac prior quidem, quod cum aqua siue liquore de alio quopiam conuenienti coctæ, humidæque impositæ, scrophulas, glandes, atque tumores discutiant. Per scrophulas verò, quēadmodū doctissimè à lano Cornario in ca. 8. lib. 1. Macri scribitur, Latinis nō recepto addeo vocabulo, strumæ intelligūtur. Vi

O 5 de-

## DE CONSERVANDA

detur autem ex Græca voce factum esse. Sicut enim Græci *χοιρόδας* appellat, quas nos strumas dicimus, sic visus fuit huic, qui primus scrophulas appellavit eos glandularū circa collū ac guttur tumores, Græca vocis etymo exprimere: *χοιρόδες* em̄ *στότων χοιρόν* appellat̄ iunt, hoc est, a porcis ac suis: Vel quod, Auicen. 3.4. tract. 2. ca. 9. teste, ob edacitatem haud raro circa hoc animal reperiuntur, vel quod eam figurā porcis plurimum adsumi letur. Per Glandes accipiens hoc loco abscessius, vt Guidoni Cauliacō placet vt cunq; mollis, vnicus, mobilis, & separatus à partibus circūiacētibus, in emūctoriis plerumq; nascēs. Vulgo *Ha gedrujen*, à glādis formā, quā præferre viderunt, nomenclaturā accepit. Legē Io. Tagaultiū lib. 1. instituit chirur. ca. 13. Porrò per tumores quælibet inflationes in quavis corporis parte extorta intelligi possunt. His enim omnibus curandis ac maturandis ficus in aqua cum momēto aceti, vt penetratio nē earū adiuvet, decoquendæ sunt, do nec mollescant: mox liquore per colū transfuso, ficus ipse in mortario contundenda, ac cum eodem rursus cataplāma informantū. Cataplāma autē propriè medicamentū vocatur, q; è plātis vīridib. cōtūsis, vel iisidē ad mollitudinē

vñque

## VALETUDINE. 150

vñq; in aqua decoctis componitur, id q; innuitur etiam vulgato versiculo:  
*Tunc cataplāma facis, cūm succum ponis  
& herbam.*

Posterior verò facultas: quod cum papauere imposita ficus fracta extra hant offa. Quæ sane loco erraticum illud papauer intelligēdū est, quod in aruis paschim nascitur, flore rufo, & capite pollicaris vnguis magnitudine. Pueri in Scholis *εγκευσθή*, id est, atramentū librariū ex contritis florū foliis conficere solent. Germanicē, *Klapper oft Koren roosen*. Dioscorides libr. 1. cap. 145. de foliis eius priuatim testimoniū præberet, quod cum sicutibus cataplāma tis modo imposita ad extrahendum offa fracta conducāt. Sed adscribā ipsius verba *Λνάγουσ, δέ οι δλυνθοι καὶ οἱ σάριν μηκεῖας ἀγρίας φύλατοι*, id est, gros si cum sylvestris papaueris foliis offa extrahunt.

Vermiculos veneremque facit,  
sed cuiilibet obstat.

Duo hic traduntur effectus ficuum.  
P R I M O , nanque ex largiore ipsarū vñi pedicularū multitudo prouenit: Quod de iis potissimū intelligēdū est, quæ, vt refert Gale. li. 2. de ali. fa. ca. 8. & post hunc Auicen. 2. can. ca. 183. maturæ prorsus ac sicce sunt: quādoquidē

O 6 san-

## DE CONSERVANDA

sanguinem non admodum bonum, sed  
remque multum gigant, deinde verò  
ad ventrem irritant. Excrementitia, n.  
sunt, & inflationes pariūt, quibus vir-  
ga erigitur, & veneræ roborantur vi-  
res. Plura supra ca. 9.

### ¶ De mespila. Cap. XL III I.

M Vtriplicant mictum, ven-  
trem dant mespila strictum.  
Mespila dura placent, sed mol-  
lia sunt meliora.

*Mespilo-  
rum vti-  
litates  
dua.*  
Duæ mespilorum utilitates, hoc lo-  
co recententur: Una quidem, quod mi-  
ctum sive vrinæ multiplicant atque au-  
geat. Quod certè non primò & per se,  
ac propria sui ratione efficiunt, sed ex  
accidēti. Feces enim cōprimendo indu-  
rānt, quo sit, vt ventris humor ad ve-  
sicā distribuatur. Quinetiā ratio adsi-  
gnari potest similis illi, quæ est apud  
Hippocratem aph.li.4.aph.83. Mictio  
nōctu plurima facta paruam significat  
deiectionem. Quoniam, inquit philo-  
thæus, multa & magis conferta distribu-  
tio facta est in iocinore, & aliò diri-  
uata est materia, ideo multæ vrinæ flu-  
xerūt, parum aut̄ stercoris: & econuer-  
so, si multa stercoris deiectione fiat, pau-  
ca erit vrinarum excretio, eadem de  
causa, nam parua distributio facta est,

*Mictione  
eterna.*  
Mictione eterna. Quoniam, inquit philo-  
thæus, multa & magis conferta distribu-  
tio facta est in iocinore, & aliò diri-  
uata est materia, ideo multæ vrinæ flu-  
xerūt, parum aut̄ stercoris: & econuer-  
so, si multa stercoris deiectione fiat, pau-  
ca erit vrinarum excretio, eadem de  
causa, nam parua distributio facta est,

## VALETUDINE. 135

& ideo etiam parum vrinæ, multa au-  
tem per sterlus deiectione, quoniam in  
ventriculo maneat humidum. Altera  
verò, quod ventrem detineant: idque  
præstant, maximè qualitatis ratione,  
quæ inest ipsis acerba admodum & sty-  
ptica. Ex quo infertur hoc loco, mespi-  
la, dura placere, quippe quæ ob adstri-  
ctionem aluo fluenti in cibo accōmo-  
datisimè exhibeantur: sed mollia esse  
meliora: vt quæ magis nutriant, & al-  
ium minus sisstant. Illud porrò nemini  
latere debet, omnibus huiuscemo-  
di parcè vescendum esse, non autem af-  
fluēter, vt pyris, perfidis, sicubus, ruis,  
& similibus. Nullο enim ipsorum vt  
alimento, sed vt medicamento potius  
indigemus. Quod satis quidem colli-  
gitur ex saporis acerbitate, & duritate  
substantię, vt quæ extra hoc quod se-  
ro in arbore maturitatem consequan-  
tur, minus etiam q̄ vt edi queant, mol-  
lescant. Atq; hac sanè de causa, prius  
quam edantur, reponi solent donec  
emolliantur. Sic enim quāplurimū  
ex acerbitate & stypicitate amittunt, &  
in cibo suauiora fiunt.

### ¶ De Musto. Caput XL V.

Prouocat urinam mustum, ci-  
to soluit, et inflat.

## DE CONSERVANDA

Tres hic enumerantur commoditas  
tes musti.

P R I M O enim vrinā prouocat. Si quidem fæcibus eius nitrosum quippiam inest, ac tergendi facultas, atque eam ob rem vbi in vesicam descendenter, ipsam mordicans ad vrinæ profusionem impellit. Qui tamen versus nō de quolibet musto, sed de eo solùm intelligendus est, q̄ fæces habet mordicantes. Eiusmodi porrò ex Rhenenibus nō pauca reperias. Mustum enim cui fæces insunt crasfæ nō mordicantes, quemadmodū suprà ca. 26. ostendimus, meatus oblepit atque obstruit vrinarios, ita vt vrina potius supprimatur.

Deinde ventrē soluit: Viscera enim nitrosa & falsa fæcis suæ qualitate abstergens ad deiectionem incitat.

T E R T I O verò inflat, quod quidē propter eam contingit, quam in corpore excitat ebullitionem. Inde enim flatus prouenient. Sed de his omnibus satis suprà cap. 26.

### ¶ De Ceruisia & Aceto. Caput

X L VI.

C Rassos humores nutrit ceruisia, vires Praefstat, et augmenta carnem, generatq; cruorem.

Pro-

## VALETUDINE. 152

Prouocat vrinam, ventrem quoque mollit, et inflat.

Frigidat et modicum, Sed plus desiccatur acetum.

Frigidat, emaceratq; melancholiat, sperma minorat, Siccos infestat neruos, et pinquia fiscat.

Duo hoc in loco peraguntur: Primo enim breuiter octo ceruisiae proprietates percurruntur. Quarum prima quidem est, quod crasfæ humores in humano corpore generet: idq; maxime si vino comparetur. Porro iuxta materiam varietatem, vnde conficitur, aliam in se atq; aliam recipit vel incrastandi, vel extenuandi humoris rationē. Siquidē ex crasfæ subtletia crasfæores, extenuiore verò tenuiores humores procreari par est. Secunda, quod robur addat. Tertia, quod carnem augeat.

Q V A R T A, quod bonū gignat sanguinē. Quæ quidem tres proprietates potissimum intelligendæ sunt de ceruisia multæ substantiæ, nō nimis recte, neq; nimis inueterata, ex optimis granis ritè & perfectè costa: qualis Ephordiensis cum primis existit. Ea enim multum habet substantiæ, boni est succi vberimum corporibus exhibet

DE CONSERVANDA  
hibet alimentum, & vires auget.

QUINTA, quod vrinā prouocet  
quæ proprietas claris maximè conve-  
niit ceruisia, quibus plurimum inco-  
ctum est lupuli: qualis est Embeccensis.  
Ea namq; ob lupuli copiam celerime  
penetrat, & vrinām prouocat.

SEXTA, quod ventrem molliat.  
Eiusmodi inter triticæas Hamburgensis  
existit. Grati saporis est, multū sub-  
stantia habet, copiosum & boni succi  
alimentum præbet, sanguinem bonū  
generat, & in solueda aluo per se, aut  
cū butyro Phrygio primum locum sibi  
védicat. Minus tamē cōuenit illis, qui  
bus caput non admodum firmum est:  
quippe qui ex ea facile inebriantur.

SEPTIMA, quod flatibus ventre  
distentat: idq; maximè præstat Cer-  
uisia cruda, hoc est, male & imperfe-  
ctè cocta, quæ certè, præterquam quod  
agre concoquitur, inflationes etiam  
& obstrunctiones gignit, vrinamq; re-  
moratur: impinguat tamen admodum.  
In hanc classem Coyta Hollandia re-  
ferenda est.

OCTAVA, quod paululū infri-  
det: Eiusmodi censemur cum primis  
ceruisiæ Hollandiæ, Brabantia, Han-  
noniæ, Flandriæ, & quibus plebei ho-  
mines vulgo vntuntur. Ex nanque om-  
nes vino collatae refrigerandi faculta-  
tem

VALET VDINE. 153

tem habere videntur. Vbi sciendum, Ceruisia  
ceruisia confici posse ex auena, hor *prepara-*  
*deo, & tritico: sed iuxta materiæ ratio tio.*  
nem diuersa ei inducitur tempera-  
tura sive qualitas. Quæ namq; ex hor-  
deo sunt frigidiores euaduntur. Hor-  
deum enim refrigerat, siccatorū in pri-  
mo abcessu. Quæ ex hordeo simul at-  
que auena, minus alunt, nec inflant,  
neque obstruit admodum. Quæ vero  
ex tritico, calidores existunt, magis  
quæ tum obstruit, tum nutriunt. Cras  
flores ceruisia tenuioribus tardius  
cocoquuntur, atque in corpus vnuer-  
sum distribuantur, magis tamen nu-  
triunt. Tenuiores vero contrà citò al-  
terantur, in partes corporis celeriter  
rapiuntur, mouent vrinam, & parum  
alunt. Mediocres omnia faciunt me-  
diocriter. Pessimæ habenda est cereu-  
isia, quæ conficitur ex rebus inebrian-  
tibus, nimirum ex lolio, vel chama-  
peuce. Ea enim adeo efficitur valida  
& halitusfa, vt parum absit, quin bi-  
bentes paulo immoderatius ad insa-  
niam redigantur, maximum capitum  
dolorem generat, & peruos ludit. De  
ceruisia plura supra cap. 17. & 18. Est  
prærea eruditissimum Ioannis Pla-  
cotomi de natura & viribus ceruisia-  
rum opusculum in omnium mani-  
bus, vnde facile suppleri queant, quæ  
hic

## DE CONSERVANDA

hic desiderantur.  
Aceti pro SECVNDO deinde loco quinq;  
prietas aceti facultates enumerantur. Ac pri-  
ma quidem quod exiccat. Secunda, q  
refrigeret. De temperatura vel maxi-  
ma est inter autores cōtrouerſia, aliis  
frigidum, aliis contrā calidū adſtruens  
tibus. In hoc tamen præcipui conſen-  
tiūt, quod viam habeat refrigerādi ma-  
gis, quā calfaciendi. Exiccat tertio gra-  
du, etq; valde tenuium partiū, craſios  
& glutinofos humores attenuat, atq;  
incidit, humorūq; putrefactioni vel  
maximē reſiſtit. Eamq; ob rem medici  
peſte graſlante cūm in cibo, tum in po-  
tu aceti viſum mirificē commendant.  
Hinc ſanē. 3. i. doct. 5. cap. 1. Auicen. in  
ter alia ſic ferme de eo ſcribit: Aceto  
præterea peſtis tēpore vti in cibo, atq;  
potu noſumenti ipsius ſecuritatē pre-  
ſtat. Tertia, q; emaciect, hoc eſt, macrū  
reddat: Velhementer enim attenuat, in-  
cidit, ac defiſcat, & excellētius ſi, vt 3.  
1. do. 4. c. 5. Auic. tradit, ieīuno viſur-  
tuſt ſtomacho. Asfiduus tamen atq; im-  
moderatior eius viſus plurima omni-  
no adfert incōmoda. Viſum namq; de-  
bilitat, pectus ac pulmonē offendit, &  
tufſes cōmouet. Hepati quoq; inimicū  
eſt. Si quidē, vt Trac. 3. ad Soltanū Ba-  
byloniæ Rabbi Moses autor eſt ipsum  
radit, fanguinēq; eius dealbat. Stoma-  
cho

## VALET V DINE. 154

cho præterea, iūcturis, & neruosis om-  
nibus mali nonnihil immoderatione  
vſu ingenerat, articularesq; dolores,  
tremores, & paralyſin excitat. Proin-  
de qui frigido ſunt & ſiccо tempera-  
mēto, quiq; inualidum pectus, pulmo-  
nem, hepar, ſtomachum, & neruos ha-  
bent, ab aceto abſtineant, aut modice  
ſaltem eo vtantur.

Q.V A R-T A, quod generet melā-  
cholā: Frigiditate enim ſua & ſiccita-  
te ipſum hepar refrigerat & exiccat, at  
quē ad generandam feſem melancho-  
lam opportunum reddit, quē deinceps  
facile in veram melācholiā vertitur.  
Hippocrates li. 3. de viſt. ratio. in mor.  
acut. apha. 38.

Q V I N T A, quod Veneris appetē-  
tiā reſcindat & ſēmen imminuat. Ni-  
miū. n. attenuat, incidit, exiccat, & re-  
frigerat. Cibariorum tamen appeten-  
tiā luſcit. Haruni facultatū libro ter-  
tio ad Almansorem cap. 17. Rhazes e-  
tiā meminit. Acetum, inquiens, fri-  
gidum eſt & ſiccum, macrē efficit, vir-  
tutē deſtrui, ſperma minuit, bilemq;  
corroborat nigram, flauam vero de-  
molitur, fanguinemq; debilitat, &  
cibos quibus admifcetur, attenuat at-  
que incidit.

V L T I M O tandē versu tria cōpre-  
hendūtur. Ac primū quidē, qđ macris-

no-

## DE CONSERVANDA

noceat. Cum enim acetum excellenter attenuet, incidat, atque desiccat, ex necessitate etiam maciem auget. Quippe similibus, ut Galenus lib. 2. cap. 10. de sanitate tuendis testatur, quamlibet excessum augescere par est; contrariis vero remitti autem minui.

S E C V N D V M, quod noceat nensis; Exangues enim sunt: & cum tenue sit, valde eos penetrat. Plura de hoc supra cap. 17. in acida cerasifera.

T E R T I V M, quod immodecum pinguia corpora emaciatur: atque eius quidem ratio iam reddita est. De aceto plura Diocorides lib. 5. cap. 17. Galenus lib. 1. de simp. medic. facul. cap. 19. & deinceps & lib. 8. eiusdem operis cap. 22. &c. Simeon Sethi. in Syntag.

## De Rapis. Caput X L V I I

R Apa iuuat stomachum, nouit producere uentum, prouocat urinam, praefstatque in dente ruinam.

Si mole cocta datur, tibi torsific generatur.

Hic tria cum primis raporum recentientur commoda. Ac primum quidem quod stomachum iuuent. Secundum, quod fatus gignant. Tertium, quod urinam prouoceat. Quæ sane omnia de

## VALETUDINE. 155

de his intelligi debent, quæ bellè, & præcipue cum pinguis carnibus per coquuntur. Ea enim iucundiora ac gratiora stomacho fiunt, satis tum nutriunt, tum impinguant, sed humorem ac fluxam carnem creant, fatus & genitale semen generant; Venereumq; stimulant, urinam prouocant, fauces leniunt, atque thoracem, ac visum preterea, ut Auenzoar & Auerrhoens testantur, peculiari quaepiam proprietate roborant. Fertur etiam, quod fibræ illorum, siue caudæ, alium fortiter moveant. Atque hinc sanè vulgati excogitati sunt versiculi.

Radix rapa bona est, comedenti dat tria dona, scilicet appetitum, uentum, & uiscum clarificat, vētrem mollit, bene bibit.

S E C V N D O deinde loco duo eo runderunt referuntur incommoda. Nam & dentes ledunt, & torsiones siue tornina in ventre suscitant. Atq; his quidem malis cruda maximè obnoxia sunt. Primum enim non ægrè modò dentib; franguntur, verumetiam minus iusto in ventriculo conficiuntur: quo fit, ut & ipsa corrumpantur, & fœtidos præterea halitus dentib; suggerant, acciditq; duplice ita nomine dentes offendit, commanduacione nimis & halitu. Deinde vero ad istum modum liberalius ingesta, concoctu sunt

## DE CONSERVANDA

sunt difficiliora, ac flatulenta magis, stoma choq; noxia. Nonnunquam autem & ventrem mordicant. Quorum posterius etiam vulgato nobis indicatur versiculo:

*Ventum sepe rapis, si tu uis vivere rapis;*  
Crebrior raporum virus crassum humorem generat, & obstruetiones iecoris parit. Ventrem nec fistunt, nec mouent. Inter radices tamen omnes, quæ quidem edendo sunt, rapa corporis nutritioni vel maximè conueniunt, id est ex saporis iucunditate facile deprehenditur. Ea enim eduliorum omnium natura est, ut amara, & quæ linguam cōtrahunt, minus dulcia vero magis alant. Rapa autem cum aliis radicibus dulciora sint minusq; linguam cōtrahant, maius etiam aliis prestare alime- rū, magisq; virtus salubris rationi conuenire, cōfertaneū est. Sanguinē tamē crassiorem & melancholicū generant, cū minus iusto in vētriculo, ob concoctionē facultatis imbecillitatem, conficiuntur. Coctionē autē diutinorē postulat, eaq; sunt laudatissima, quæ prius ebullitionis aqua segregata & abiecta, bis per coquuntur. Cruda, ob predictas paulò ante causas, nullo modo edenda sunt. Cymæ raporum decoctæ māduntur, & vrinam ciēt. Rapum muria cōditū, vel cū acetō & sale sumptū,

mi-

## VALETUDINE. 156

minus quidē alimenti sufficit, sed multo magis appetitiam recreat. Huius semē tritum & magna copia haustum, Venerem suscitat. Fertur, quod si quis hoc ipsum semen cum calamintha & Lemnia terra commixtum sumat, eodem neq; veneno, neque mortuus venenati animalis lādi. Appensum inguinum morbis peculiari quapiā proprie- tate medetur. Plura Dioscorides lib. 2. cap. 104. Plinius lib. 18. cap. 13. Galen. lib. 2. de aliment. facul. cap. 62. & lib. 6. de simp. facult. cap. 98. & Simeon Sethi in Syntagmate.

### De animalium visceribus.

#### Caput XLVIII.

E Geritur tarde cor, concoqui tur quoque dure.

Sic quoque ventriculus, tamen exteriora probantur.

Reddit lingua bonum nutri- mentum medicinae.

Concoctū facilis pulmo est, ci- to labitur ipse.

Et melius cerebrum gallinae, quam reliquorum.

Agitur hoc loco de natura & facul- Cor. tate viscerum, quæ homines cibi cau- fa ex animalibus secant. Recensentur autem

## DE CONSERVANDA

autē numero quinq;. Quorum P R I-  
M V M quidem est, Cor tardē tum cō  
coqui , tum per intestina descendere .  
Caro enim eius dura est , cui , vt ægrè  
concoquatur, & tardissimè descendat,  
natura comparatum est : testis Galen.  
lib.3.de aliment.facul.cap.11. Cor, in-  
quiens , substantia quidem caro est fi-  
brosa ac dura, ideoque ad coquendum  
est difficile , & tardē permeat. Huc ie-  
cui quoque referendum videtur. Nam  
vt ibidem testatur Galenus , omnium  
animalium iecur crassi est succi , ac ad  
coquendum difficile tardeq; permeat.  
Renes itidem prauī admodum sunt  
succi , & concoctū difficiles . Galenus  
ibidem ca.5. S E C V N D V M est sto-  
machum quoque ægrè concoqui & lé-  
tē transire . Est enī membrum carti-  
laginosum ac nerueum , neque facile  
in bonum sanguinem mutari potest.  
Cartilaginosa enim dura sunt, neruea  
verò animalium particylæ succum ab  
solutè pītūtōsum-gīgnunt . Oribasio  
lib.4.Synop.ad Euīstathium filium ca.  
7. teste.Galenus libr.3.de aliment.fac.  
cap.12.in hunc ferē modum de eo scri-  
ptum reliquit: Durior carnibus est sto-  
machus, ob id, etiam si ritē conficiatur  
succum tamen gīgnet non plane san-  
guineum, neque inculpatum, sed frigi-  
diorem , ac crudiores . Proinde mul-  
tum

Stoma-  
chus.

## VALETUDINE. 157

tum téporis requirit, priusquam satis cō-  
fici & in pbū sanguinē mutari queat .  
In extremis tamen partibus, nempe in  
fundo & orificio, facilius cōcoquitur , vt  
in quibus pinguior sit, & carnium na-  
turæ propinquior . T E R T I V M est,  
Linguamboni est e alimenti, idque ma-  
xime, Auicenna libro secundo Cano.  
capit.145. teste,circa radicem . Illic e-  
nī suauissima est, facile cōcoquitur ,  
& probum corpori alimentum præ-  
stat: quum fungo alioque laxaye sit,  
& respectu solidioris carnis, parum ali-  
menti habeat. Inter omnes tamen por-  
cellinæ portisimæ sunt , vt quæ ablata  
circumcingente pellicula à structori-  
bus ac prægustatoribus principium car-  
ni cōquiparentur aprugnæ. Bouillæ ob-  
exuperantem humiditatem parum in  
victus salubris ratione commendan-  
tur. Quamobrem ipsis esuri obsona-  
tricis artis periti, caryophylla inférere  
solent , priusquam affentur: sic enim  
illarum humiditas contemperatur , e-  
dendoque accommodatiores fiunt.  
Q V A R T V M est , pulmonem fa-  
cile & concoqui , & per intestina de-  
scendere mollis enim admodum est &  
rarus.Paulus libro primo , capite . 85. Pulmo.  
hæc sic tradit : Pulmo facilius qui-  
dem, vtpote fungosus , concoquitur ,  
sed leuiorem cibum præbet , pītūtæ

P gene-

**D E C O N S E R V A N D A**  
generandæ efficax . Agninus verò pul-  
mo , licet pro alimento minus conue-  
niat, medicaméti tamen vim posidet.  
Impositu enim, vt autor est Dioscori-  
des libro. 2. capit. 37. & Galenus lib. 11.  
de simpl. medi. facul. capite. 8. attritus  
à calceamentis contractos ab inflam-  
matione tuerit & sanat . Idem tradit  
Auicen. 2. Cano. capite. 568. Q V I N-  
T V M est, gallinæ cerebrum omnium

**Cerebris**  
esse præstantissimum . Vbi sciendum  
in primis . cerebrum esse pituitolum,  
crasii, vitiosiq; succi. Lentè transit, cō-  
cōctioni aduersatur , stomachum læ-  
dit, & nauseam excitat : idē rectè vul-  
go ad corrigendam frigiditatem & hu-  
miditatem, cum sale , & puluere zin-  
giberis, aut piperis condiri solet. Suil-  
lum naturæ inimicum est : Ouillum  
verò, vitulinum, leporinum, cuniculi-  
num ye cum sale ac calidis speciebus  
mandi conceditur. Inter omnia tamen  
cerebrum gallina facilè primam lau-  
dem obtinet. Abundè enim nutrit, ge-  
nitali semini adiicit, & cerebri subftâ-  
tiam auget, vnde & his, qui tardiori le-  
uioriq; ingenio ac mente sunt , prodef-  
se dicitur Dioscoridi lib. 2. ca. 43. san-  
guinē à cerebri membrana profluentē  
fisit. Quod Auicen. li. 2. Cano. c. 129.  
& 296. ad fluxum sanguinis nariū trâ-  
stulit, nempe qui mēbranæ cerebri vi-  
tio

**V A L E T V D I N E.** 158  
tio contractus sit. Cerebrum , inquit ,  
gallinæ , prohibet fluxū sanguinis na-  
rium, accidentem ex velaminibus cere-  
bri. Plura de hoc suprà cap. 9.

**¶ De semine fœniculi. Caput**  
**X L I X.**

**S**emen fœniculi pellit spiracu-  
la culi.

Hoc in loco traditur, semen fœnicu-  
li, quod μέραθρον Græcè dicitur, flatus *lum.*  
disipare atq; expellere, idq; maximè  
ratione caliditatis: Nam, vt libro. 7. de  
simp. med. facult. cap. 97. Galenus me-  
moriæ prodidit, tum valenter excalfa-  
cit, vt ex tertio ordine excalfaciens  
censeri promereatur: desiccatur verò non  
æquè, sed ipsum quispiam in hoc pri-  
mi esse ordinis posuerit: pinde lac pro-  
creat : quod , si admodum desiccaret ,  
nō sane efficeret . Suffusis etiam ratio-  
ne auxiliatur, vrinas mensesq; ciet. Ex  
esu præterea semenis fœniculi manat  
& alia quædam cōmoda . In febribus  
enim nauream , & stomachi feruorem  
ex aqua frigida potum sedat , stoma-  
chum purgat, oculorum aciem reficit ,  
& cum vino decoctum virulentorum  
vermium iictus sanat . Contritæ radi-  
ces , & cum melle illitæ , morsibus ca-  
num medentur. Quæ quidem omnia à

P 2 non-

DE CONSERVANDA  
nonnullis, memorie prospiciendæ gra-  
tia, hisce versibus inclusa sunt.

Bis duo dat marathrum, febres fugat, at quo-  
venenum,  
Et purgat stomachum, lumen quoque reddit  
acutum.

Transcripta autem ea sunt partim ex  
Dioscoride lib. 3. c. 67. partim vero ex  
Auicen. li. 2. Cano. c. 281. Quo sane lo-  
co inter alia refert Auicena etiam De  
mocritu exsistimafle, serpentes, & ver-  
mes venenosos, recentis foeniculi semi-  
ne pastos senectam exuere, oculorumq;  
aciem succo eius reficere, veris initio,  
vbi latebris, relictis in apricu prodide-  
rint. Vnde intellectu est, hominu quo-  
que caliginem præcipue eo relevare. Plu-  
ra hac de re Nicader sub exordiu The-  
riacan, Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 19. ca.  
9. & lib. 20. cap. 23. Macer lib. 1. cap. 16.  
& Mesues cap. 1. de ægritudinibus ocu-  
lorum. Attamen cum concoctionia al-  
liquantulum renitatur, & exiguum,  
prauique succi alimentum corporibus  
exhibeat, non ut alimento, sed ut me-  
dicamento potius foeniculo vtendum  
est. Proinde aliis interim cibis ipsum  
vice condimenti, & ut eorum prauita-  
tem corrigat, adhibemus. Quemad-  
modum enim petrofelinum nonnun-  
quam cum lactucis, ut earum humi-  
ditas

VALETUDINE. 159  
ditas & frigiditas contemperentur, sic  
etiam cum cucurbitis interdum, aut ra-  
pis, ut prauitas eorum minuatur, foeni-  
culum decoquere simul & mandere co-  
sueimus.

¶ De Aniso. Caput L.

E Mendat visum, stomachum  
confortat Anisum.

Copia dulcoris anisi sit melio-  
ris.

Duę hic referuntur utilitates anisi. *Anisi vti*  
PRIMO namq; visum emēdat, & *litates*.  
maximè quidem foris impositum. At-  
que hinc sane apud Plinium lib. 20. c.  
17. naturalis hiſt. Epiphoris oculorum  
è vino radicem eius tusam ab Iolla im-  
poni solitam legimus. Ipsum cum cro-  
co pari modo & vino, & per se tritum  
cū polenta ad magnas fluxiones, extra-  
hendaq; si qua in oculos incidenterint.

Secundo deinde loco stomachū robo-  
rare dicitur, q; profectō de ſemine eius  
potifimū intelligendum eft. Illud nā-  
que, vt lib. 6. de ſimpl. med. fac. cap. 44.  
Galenus adſerit, maximè vtile eft,  
acre & ſubamarum, ut prop̄ ad vren-  
tium accedat caliditatem. Eft autē &  
in ſiccando tertii ordinis, ſicut & in  
calfaciendo. Stomachū igitur calfacit,  
& qui in ipſo ſunt, humores craslos

## DE CONSERVANDA

ac frigidos, lentoſq; attenuat, incidit, liquidosq; & expulſioni accommo-  
dos reddit. Inflationes quoq; , quæ ab  
iisde proficiuntur, diſcutit. Atq; hinc  
adeò fit, vt ſtomachus tñ repugnetur,  
tum exicetur, & onere, quo grauatus  
fuit, deſpoſito, roboretur. Quinetiā vi-  
ſui eadē ratione confeſſe existimandū  
eft, quippe cui nihil eque noceat atq;  
ſtomachi impuritas. Hinc enim impu-  
ri, foetidi, & turbulēti fumi ad oculos  
ſublati noxā spiritib. viſuīs inuehūt.  
Melius ad hoc ſemper recens, plenum,  
non furfrouſum, dulcedine & odore  
præſtans. Præter has vtilitates & aliae  
quamplurimæ à Dioscoride lib. 3.ca.  
§ 6. Plinio loco paulò antè citato, Sera-  
pione cap. 242. & Auicen.lib. 2. Cano,  
cap. 1. recenſentur. Oris enim halitum  
iucundiorēm facit, doloris leuamen-  
tum præſert, vrinam ciet, diſcutiendi  
vim habet, aquam quæ ſubiit cutē diſ-  
ſipat, potum ſitum ex falfis humorib⁹  
contraſtāt extinguit, animaliū vene-  
niis aduersatur, valet ad inflationes. Al-  
uum & alba foeminarū proſluuia to-  
ſtum firmiter, lac ad māmas elicit, Venerē  
ſtimulat. Dyſpnēas à pituita profectas  
toſtum purgat, cum melle ſumptū me-  
lius. Vetus & antiquis ex frigore he-  
patiſis affectibus prodeſt. Iecoris, lie-  
nis, renum, vteri ac reliquorū etiant  
viſce-

## VALET VDINE. 160

viferum obſtructions tollit. Vias e-  
nim ab humorib⁹ crassis, frigidis, ac  
lentiſ p̄cluſas & obſeffas aperit. At-  
que ob id febrib⁹ quoq; opitulatur  
antiquis. Dolores capitis leuat, ſuffitū  
naribus: cum roſaceo tritum inſtilla-  
tumq; fractis auribus medetur.

### ¶ De Spodio. Caput L I.

SICruor emanat, Spodium ſum-  
ptum cito ſanat.

Spodiū ſanguinis proſluuia hic ſiſte-  
re traditur: quod de Spodio ab Ara-  
bib⁹ nobis deſcriptio potiſſimum in-  
telligendum venit. Hoc, vt ex Auic. 2.  
Cano.ca. 617. colligitur, nō eſt niſi ra-  
dices canarū arundinumve aduſta.   
Quare cum eo, quod Græci *διτισωτι-*  
*διο* appellant, conuenire videtur. Of-  
ficinæ Platearii nixæ testimonio, pro  
ſpodio tam Græcorum quām Arabū,  
osſibus vſiſis viuntur, quæ elephantiſ  
eſſe putant, quum veriſimilius ſit bo-  
nis, vel alterius eſſe animantiſ osſa.  
Quocirca cūm verum & Græcorum  
Spodium, quod Tutiæ vocatæ ſpecies  
eſt, habeatur, ex Officinis prorsus hæc  
combūſta osſa proſcribantur, eiusque  
in Græcorum compositionib⁹ viſus  
ſit, in Arabum verō compositionib⁹  
cānarum Indiæ ſpodio, aut ſi illud ha-

ſpodii.

## DE CONSERVANDA

beri non posse, radicibus cannarum nostrarum adustis vtendum erit. Græ corum spodium solum admouetur: Arabum vero etiam sumitur & deuoratur. Hoc ipsum itaq; sanguine vnde cunq; etiā manantem hic sistere traditur, & maximè quidē, quod frigidum sit & siccum, valideque adstringat: aut certe, quod sumptuunt, siue admotū peculiari quadā proprietate hepatis intēperie, vel naturali, vel quoquomodo aduentitia calidius, moreretur ac roborat. Hoc autem viscere (quod principium a fons sanguificationis est) roborato, sanguis ab eodem melius etiā retinetur. Puluis igitur eius cū stillatitīs liquoribus rosarum & plantaginis in nares iniectus αἱ μορφαγιαί eafundem curat, Idem cum succo plantaginis contra αἱ μότωτον & dysenteriam efficaciter sumitur. Quin & aliae quām plurimæ ob autoribus spodium attribuuntur dotes. Siquidem cor quoque proprietate quadā corroborat, & spiritus claros ac solidos efficit: qua propter exhilarat etiam atq; lētificat. Potum, aut appositū calidæ cardiacaæ. & contractæ ab effusione flauæ bilis ad os ventriculi syncope, calidoq; cordis tremori auxiliatur: adiuuante scilicet talem ipsius actionem facultate ad strictoria, & maximè quidem in tem-

pera-

## VALET VDINE.

161

peraturis calidis. In frigidis vero cum croco temperatum eadem præstat. Febris, confert acutis, sicutim sedat, & immodico cholericō aliui profluuiio atq; vomitui subuenit. Pustulis quoq; quoq; in ore, & lingua erumpunt, prodeft. Feruorē fuoremq; flauæ bilis compescit, vēntriculum roborat, ardori eius atque imbecillitatē proficit, flauæque ad ipsum bilis inhibet effusionem. Cōtra melancholiam ex sollicitudine, timorem de præteritis, terrorē de futuris, & quaslibet animi perturbationes efficax est. Vtiliter calidis oculorū abscessibus illinitur. Plura Rhazes libr. 3. ad Alman. cap. 36. Auic. loco citato, & trac. 2. de viribus cordis, ca. 3. Auerrhoës lib. 5. collec. cap. 56. Serapion ca. 132. & Leonhartus Fuchsii lib. 1. ca. 17. de compositione medicam. Porro autem quemadmodum spodium peculiari hepatis roborandi facultate præditum est, ita & alię nonnullæ medicinae alii singularibus quibusdam membris roborandis accommodatae sunt, veluti macis cordi, moschus cerebro, glycyrrhiza pulmoni, capparis lieni, & galanga stomacho, id quod vulgaris etiam hisce vermiculis comprobatur:

Gaudet hepatis spodium, mace cor, cerebrum  
quoq; moscho,

P 5 pulmo

DE CONSERVANDA  
Pulmo liquiritias, pple, capp. Stomachusq;  
galanga.

ANNOTATIVNCVL A.  
Hepar priorē syllabā longā habet.  
Est enim Græcum ήπαρ, quare cōtrā  
naturam hic breuis posita est.

¶ Sale. Caput LII.

VAs condimenti praeponi de-  
bet edenti.

Sal virus refugat, recte insipi-  
dumq; saporat.

Non sapit esca probe, quæ da-  
tur absq; sale.

Vrunt res saluae visum, semenq;  
minorant.

Et generant scabiem, pruritum,  
sive vigorem.

Tria hoc in loco peraguntur In pri-  
mis enim generale traditur præceptū,  
nemini ha&tenus, humaniori faltem  
atque ciuiliori non obseruatū: nēpe  
vt vas condimeti, hoc est salinum pri-  
mū in mensa apponatur: idq; adeò  
vulgatum vbique est, vt hisce etiā ver-  
siculos decantetur.

Sal primō ponī debet, primōq; reponi,  
Non bene mēsa tibi ponitur absq; sale.

Duo deinde salis recensentur com-  
moda: Ac primum quidē, quod vene-  
nis

VALETVDINE. 162

nis resistat. Cuius duplex adsignari po-  
test ratio: Vel quod̄ fal vim habeat ve-  
hementer siccā & adstringēt, atq;  
ob id quicquid in corporibus humidū  
est, id omne depascat, reliquum adstric-  
tionē leniter contrahat, eiusq; rei te-  
stis est Galen.lib.11. de simp.med.fac.  
ca.50.sic inquiens: Nam fal quicquid  
incorporibus humidum inest, id quo-  
dammodo absūnit: & quod reliquum  
est substantię solidę, adstrictiōne cō-  
trahit, ac proinde etiam cōditura sua  
carnes seruat, & à putredine tuetur:  
Vel quod fal non solum humores ē  
corpo ducendos liquet, incidat, te-  
nuet purget, & exiccat: sed poros etiā,  
per quos veneni vis in interiora cor-  
poris irruere solet, denset ac conſtrin-  
git, adeoq; penetrationem eius inter-  
cipiat & excludat. Secundum verò,  
quod̄ cibos condiat, id est, sapidores  
reddat: Nulla siquidem cibaria citra  
falis commitionem sapere, quotidiana-  
no discimus experimento. Tertio de-  
mūn̄ loco salis, sive per falsorum edu-  
liorum, quatuor enumerantur no-  
menta. Quorū primum quidem est, q  
visu præserim immoderatiōre vrant, Salis sive  
hoc est, corrumpant, aut hebetem cer-  
tè ac debiliorem raddant visum. Cu-  
nimis fal  
ius itidem duplex adsignari potest ra-  
forum no-  
tio: vel quod oculi, vt suprà cap.2. ex cumenta.

## DE CONSERVANDA

Aristotele ostendimus, sibi de natura aquæ. Rés verò persalſæ humidâ ipſorum ſubſtantiam exiſcent & conſumāt, adeoq; hebetudinē ob id viſui adferant. Vel quōd à cibariis persalſis in ventriculo exiſtentibus, mordaces ad modum atq; acres refuſuantur fumi, qui ad oculos ſublati ipſos acrimonia ſua rodant, ac rubefaciant. Atq; hinc fanè eos, qui ſalem excoquūt, rubros ferè oculos habere conſpicimur. Secūdum, quōd Veneris appetentiam com pescat. Nam cūm omnes corporis exiſcent & conſumant humores, ſperma quoq; neceſſariò exhauriūt ac minuūt. Tertiū, q; ſcabiem generent. Acrem enim ac mordacem procreat ſuccum, fanguinemq; adurunt, atq; hinc profecto ſcabies incideſe conſueuit. Quartum, quōd pruritum etiam exiſcent: mordacia enim ac pruritoſa generat excremenṭa. Horum noſumentorum Rhazes etiam meminit li. 3. ad Almā. cap. 17. Sal, inquit, ſanguinem eorum, qui multam ex ipſo ſumunt quantita tem, adurit: viſum quoq; debilitat, atque ſperma minuit: pruritum generat & ſcabiem. Ad hęc, ſerpiginē nonnunquam, & impetiginem, morpheamque ac lepram progignit iis, quorū corpora ad patiendū ſunt parata. Quin vri natiōs etiam meatus, viſu p̄ſerſtim imino-

## VALET VDINE. 163

immoderato ac frequentiore excoiat. Modicē tamen ſalſa, proſligato faſti dio apperentiam reuocant. Fertur p̄ſ terea, quod ſi ſal cum aceto & ſucco rutae permixtus, pedum plantis diligenter inſrictetur, non noxam tantum ex viñi crapula contracitam curet, ſed iis etiam, qui cibos auerſantur Græci & moritris appellant, audițatem reſtituat. Plura de Sale Dioscorides. lib. 5. cap. 58. Galenus. lib. 9. cap. 30. & libro 11. cap. 50. de ſimp. medic. fac. Simeon Sethi in Syntag. Auic. 2. Can. cap. 624. & Mesues lib. 2. ſec. 2. cap. 16. de medic. ſimp. purgantibus.

¶ De ſaporibus ac eorum qualitatibus.

### Caput LIII.

Hic feruore vigent tres, ſalſus, amarus, acutus. Alget acetofus, ſic ſtipans, ponticus atque vinctus, et inſipidus, dulcis dant temperamentum.

Hic igitur de ſaporibus, ſive qualitatibus gustatoriis: Vbi ſciendum in primis, Saporem accipi pro omni eo, quod g��u diiudicatur. Species autem eius aliter ab aliis numerari ſolēt. Galenus lib. 1. de ſimp. medic. facul. ca. 38. non facile numero comprehenſibileſ

P 7 effe

## DE CONSERVANDA

Sapores  
octo.

esse tradit, à Theophrasto libr. 6. de cau-  
fis plantarum cap. 1. & 4. eius octo re-  
cenſentur differentiæ, exempli gratia,  
dulcis, pinguis, austerus, acerbus a-  
cris, falsus, amarus, & acidus. Quibus  
nonum quoque nonnulli adiicien-  
dum putarunt, nempe insipidum, quē  
*εἰδωλον* Græci vocant, quod extra om-  
nem sit insignem tum caliditatē, tum  
frigiditatē, medium quoad fieri que-  
at constitutionem obtinens, qualem  
præbet ſenſum aqua plane omnis qua-  
litatis vacua. Ex quibus tres calfacere  
hoc loco trāduntur, nimirum falsus,  
amarus, & acris. Sed in his non parua  
est maioris minorisq; ratio. Siquidem  
Acre, vt Auicenna. 2. Cano. Trac. 1. ca.  
3. cōfirmat, est calidius, hinc amarum,  
deinde falsum, quoniam acre maiorem  
vim habet refoluendi, incidendi, ab-  
ſtergendi, quām amarum: Salīum ve-  
rò eit velut amarū, frigida aliqua hu-  
miditate retusum, hebetatumq;. Secun-  
do deinde loco tres ex saporibus fla-  
tuuntur frigi. Acidus videlicet, auste-  
rus & acerbus. Ex quibus acerbus ta-  
men frigidior exiftit, mox austerus,  
deinde acidus. Quod ſanè perſpicuum  
euadit in omnibus fructibus, qui dul-  
cescunt. Principio enim acerbi ſunt ve-  
hemētis infrigidationis proceſiu dein  
de temporis cum per ſolarem calorem  
ali-

## VALET VDI NE.

164

aliquo modo ad concoctionem ducti  
fuerint, austerioritas in eis ſentitur, qua-  
ſenſim deposita, aciditatem acquirunt,  
ſicut *ἄριθμος*, hinc dulcedinem tan-  
dem adſiſcunt, Acidum verò quāuis  
acerbo minus ſit frigidum, tamen ob  
ſubtilitatem & penetrationē ſuam eō  
in pluribus maioris eft infrigidatio-  
nis. Acerbum autem & austorum in fa-  
pore ſunt propinquā, ſed hoc mihi lin-  
guæ præter extimam eius ſuperficiem  
contrahit: illud verò non modò exti-  
mam ſuperficiem, verum etiam interio-  
ra eius contrahit atque exasperat. Po-  
ſtremò verò tres dicuntur temperati,  
id eft, mediæ qualitatis, ita ut corpus  
neque refrigerēt excellēter, neq; calfa-  
ciant: népe dulcis, pinguis, & insipidis.  
Dulce enim licet calidum ſit, in ipſo ta-  
men non appetit excellentia calidita-  
tis, vt lib. 3. ad Almanso. cap. 1. Rhazæ  
viſum eft. Porro ſuę cuique ac pro-  
priæ ſaporis adſignantur facultates.  
Dulcia enim concoquunt, emolliunt, Dulcia.  
rareſaciunt, laxant, plurimumq; cor-  
poribus exhibent alimenti, & impinguāt. Cū enim naturæ ſanguinis no-  
ſtri & carniſ proximè congruant, lin-  
guæ audiē excipit, ac voluptate ac di-  
latione afficitur, eis fruens non ledit-  
ur, non exulceratur ab eis, nec refugit  
ea; vt amara ſeu acria. Ac ſanè quic-  
quid

## DE CONSERVANDA

quid nutrit, ex genere dulcium esse oportet. Nam dulcia vngunt, implent, & restituunt erosas particulas. Sed interdum excellenter dulcia nocēt: quia cum sint valde calida & aérea, citò in igneā naturam transeunt, vt mel & saccharum, celerrimè vertuntur in rubram bilem. Quare audius vñi saccharo sēpē periculose inflammantur. Ad hēc, dulces cibi intemperantius eduntur, humorisq; copiam generant, quā sequuntur interdum vel putrefactio-nes, vel obstrūctiones & abscessus he-patis atque lienis: & maximē quidēm cum hēc viscera ad patiendum accom-modata fuerint. Stomachum quoque relaxant admodum, & aluum cident, Pectori tamen conferunt & pulmoni, genitaleque semen augent.

Amara meatus perpurgant, abster-gunt, extenuant, humorum crassitiem incident, & linguam mordent, suntq; in natura terrestri, crassa, in qua excedunt calor & siccitas, vt in bile Nitro, Marrubeo, Abysynthio. immōdico vñi sanguinem citò adurunt & corrum-punt, bilemque augment rubram.

Acerba, Græcis *σπυρα* appellata re-centiores pontica pungendo vocant, quo verbo medici quoque libenter v-tuntur, lingnam contrahunt, & intror-sum pellunt, id eoq; constipandi, den-

fan-

## VALETUDINE. 165

sandi, & adstringēdi vim habēt. Sunt-que in natura terrestri, crassa, frigida & siccā. Ideò enim acerbus sapor dici-tur esse tardior, quā acidus, quia aci-dus est in natura tenuiore minus ter-restri. Acerba sunt, vt fructus glan-dium, pyra sylvestria, & in genere im-matura poma, mala cydonia, ac magis immatura. Nam postquam maturue-runt, fit mixtus sapor ex acerbo & dul-ci, sicut nucum ex acerbo & pingui. Sunt *σπυρα* & fructus, qui vulgo Ri-bes dicuntur, Germanicē, *Aclbesi-Kens*. Item castaneæ, corna, & poma Cinosbati, vulgo *Hainboten*.

Austerā, Græcis *αυσηα* medicis etiā nostri temporis *συστικα* à verbo Græ-co *σύσηω*, dicta, contrahunt, constricti-gunt, densant, incrassant, & infri-gi-dant. Sunt enim in natura terrestri, crassa, frigida & siccā, sed plus haben-te caloris & humiditatis, quā habēt acerba. Frequentiore in cibis ac immo-deratore vñi humores abundē exte-nuant, inaniuntq; eoq; sanguinem gignunt melancholicum, & corpus reddunt gracile. Ventriculum tamen, quemadmodum Galenus id ipsum in lib. de cibis boni & mali succi ca. 17. at testatur, corroborant. Omnia, inquit, quæ egregiè austera sunt, laxum sto-machum ac ventrem firmant, ac tum

præ-

## DE CONSERVANDA

principiè, cùm calida intemperiè affetti sunt. Hac enim de causa, atque etiam ad alii fluxiones fistendas, austoris vtimur nimis. Iuuant enim vetriculū nativa siccitate, & aliquantulū ad **Pinguia.** stringūt. Pinguia siue oleofa, quæ Græcis Αἰωρα, & vulgo vntuosa nominatur, dulcibus vicina sunt, aquæ & æreæ substancialiè leniunt, emolliunt, lubricat, laxant, cōcoquunt, maturant, & humectant, sine manifesta tñ calfactione. Hęc si sunt mediocria optimè nutriunt: Sed immodicè pingua supernatā, abominabilia sunt, & nauseabūda, vetriculū resupināt, cōcoctionē impediunt, flatus & obstrunctiones generāt. Ad hęc cibi quoq; antequā edēdo natura satis factū sit, facietatē adferūt. Quod Gale ni testimonio cōfirmatar, qui lib. 3. de ali. fac. ca. 26. ita scriptum reliquit: Pingua & lenta cibaria, statim vt sumpta fuerint, celeriter implent, & appetitiam cuertunt. Præterea, quod maius est, cōpluribus deinceps diebus ipsorum esum non sustinemus. Febricitantibus, ac iis etiā quibus stomachus atque hepar calidiora sunt, nō æquè vt aliis cōferūt: ipsis enim facile accédūtur & in flauā bilē transeunt. Reliquis vero phlegmatis generant copiam, sumnolentiā pariunt, rationalemq; mentis partem reddunt hebetiorem. Carniū tamen

## VALETUDINE. 166

tamen atque olerum cocturæ non mediocre tribuunt condimentum.

**Acria.** Acria, Græcis Ἀριά, & vulgo acuta, nō solū mordet ac rodunt linguam, sed etiam penetrant, yrunt, vulnerant aperiunt, flatus dissipant, tenuāt, incidunt separant, resoluunt, è longinquo vtrahunt. Suntque in natura tenui, in qua excedunt caliditas & siccitas: & superant calore res amaras: Vnde calorem augent & corpus velociter inflammant, ac sanguinē adurunt, ipsum que in bilem prius rubram, deinde in nigraim conuertunt, siccant etiam, emaciaantq; ac fistim faciunt. Acria autē sunt vt piper, zingiber, allium, cepa, calx, & granum Gnidium, quod Kellershaf Germanicè vocamus.

**Salsa.** Salsa, Græcis Ἀλυπα, incidunt, tergent, tenuant, liquāt, mordent, condīdo seruant, & à putredine vindicant, conturbant, subuertunt ventriculum, & ad vomitum impellunt, desiccant, citra apertam aut caliditatē aut frigiditatem, fistim exiccent, exasperant, raddendo expurgant, & aperiunt. Plura sua præ cap. 5 2.

**Acida.** Acida, Græcis ὁξεα, vulgo acetosa, mordedo cōstringūt, & refrigerat, penetrant, incidunt, extenuant, diuidūt, tergent, farctu liberant, perpurgant citræ excalfactionem. Suntque in natura te-

## DE CONSERVANDA

tenui, frigida & siccā, in qua dominatur frigiditas. Nam quæ sunt tantum acida, sunt præcipnē frigida, ut ἔξαλις, quæ vulgo acetosa, & Germanice *suer amper* nominatur: quia hæc purè hunc saporem habet. Est & species mali punici verè acida. Alia quedam sunt mixtæ qualitatis, ut acetū, quod est subacre: quia eti⁹ frigidum est, tamen retinet obscurum calorem ex vini corruptione: inde fit subacre, sed tamen dominatur frigiditas. Cùm enim exhalant aëreæ partes, & reliquæ manent terreæ, dilute aquosa tenui parte, fit Acetum sua natura frigidum. Acida sanguinis atque rubræ bilis feruorem compescunt, &c, ut lib. 4. Synops. ad Eu-stathium filium cap. 29. Oribasius attestatur, cùm in ventriculo succum crassum inueniunt, eundem incidendo aluum subducunt, & ob eam causam fæces liquefaciunt. At si purum ventriculum inueniant, eum magis supprimunt. Corpus infrigidant ac desificant, concoctioriam hepatis facultatem debilitant. Nervis etiam ac nervosis omnibus nocent. Appertentiam tamen carent: quia humores vitiosos in orificio collectos diuidunt & pellunt, & mordicatione non vrente irritant ventriculum. Ex insipidis quædam magis nutriunt, nēpe quæ proprius ad æqua-

lita-

VALET VDI NE. 167  
litatem accedunt, quædam verò me-dio criter calfaciunt, aut refrigerant: Quæ sanè si multa etiam humiditate prædicta fuerint, humectantium: siν ve-rò siccitas in eis exuperet, exiccatum ordinis adscribenda veniunt. De is o-mnibus plura Galen. in libris de sim. medic. facul. præsertim lib. 5. capite. 25. Paulus lib. 7. c. 1. Aëtius lib. 1. capite. 1. Rhazes li. 3. ad Alman. cap. 1. Serapion sermo. 2. de tempe. sump. Aufcenna lib. 2. Cano. tract. 1. cap. 3. Melues libro. 1. Theo remate. 1.

¶ De vippa. Caput I IIII.

B Is duo Vippa fatit, mundat  
dentes, dat acutum  
Visum: quod minus est implet,  
minuit quod abundat.

Hic quatuor recensentur commo-da Vippæ: Primò dentes mundat. Pa-nis enim vino imbutus diutius circa dentes moratur, atque eam ob causam facilius etiam fæculentam materiam iphis obhærentē absterget ac cōsumit, quāni vinum per se sumptum. Deinde visum acuit. Malos enim fumos, qui ē ventriculo cerebrum petunt, suaquæ permistione spiritus visuos obscu-rant, reprimit: adeoq; materias prauas sto-

Vippa.

**D E C O N S E R V A N D A**  
stomacho inhærētēs cōcoquit, incidit,  
& deorsū pellit. Tertiō cruda conco-  
quit: quia osvētriculi leni quadā adstri-  
ctione claudēt cōcoctoriā facultatē ro-  
borat, plurimumq; alimēti corporibus  
exhibit. Quartō verò vitiōsorū humo-  
rū multitudinē minuit. Eos n. conco-  
quit, incidit, exiccat & deorsū expellit:  
idq; maximē, si panis assūtus prius, aut  
sup prunis exiccatus fuerit. Quin eo-  
dē ēt modo superflue cōcocta ad *συμ-  
πετριαν* reuocat. Porro Vippa Germa-  
nicē dicitur, *een VVijnsoppe*, Gallicē, *vne  
Soupe au vin*. De ea Hermolaus Barba-  
rus c. 95. li. 5. corollariiin Dioscoridē i-  
ta scribit: Erat veteribus iētaculū, buc-  
cea ex vino, qđ genus Barbari, à vino &  
pane vippāvocat. De quo Athenaeus li.  
1. Deipnosophist. *oīn* sic ait: *πρωΐνδη εīμ  
Ἐρωμα, οīημεīς ἀκρατισμὸν καλέμεν,*  
*διὰ τὸ ēν αἰάτῳ βρέχειν καὶ προσί-  
σθαι φωμούς*, i. matutinū edulium  
sive ientaculum, qđ nos ἀκρατισμὸν  
vocabimus, propterea quid panis buc-  
cellæ mera tingātur. Lege de eodē Plu-  
trarch. in Symp.

**q De diaeta. Caput I.V.**  
**O** Mnibus adsuetam iubeo ser-  
uare diaetam  
Quod sic esse probo, ni sit muta-

**V A L E T V D I N E . 168**  
re necesse.  
Hippocrates testis, quoniam se  
quitur mala pestis.  
Fortior haec meta est medici-  
nae, certa diaeta,  
Quam si non cures fatue regis,  
et male curas.

Quum primus p̄cipiuſque nō ſo-  
lū morbi cuiuſuis curandi, ſed sanitati-  
tis etiā tuendæ ſcopus, vt in libro, qui  
de facilē parabilib⁹ inſcribitur, capi.  
28. & in p̄ſagio experientia conſi-  
mato ca. 5. & in lib. de attenuāte vi-  
tius ratione ca. 1. Galenus adſerit, in exacta  
vitius ratione conſiftat: operæpre-  
cium fuit de ea etiam hic aliquid p̄ſ  
scribi. P̄cipitur ergo in primis, vt  
ſerueretur conſueta diaeta. Per quam ſa-  
ne admiſtratio ſex rerum non na-  
turalium/modo intelligenda venit. Et  
ratio quidem eft, quod transgresio à  
conſuetudine noceat noſumento ma-  
gno. Conſuetudo enim eft altera na-  
tura: quia, vt libro. 1. cap. 11. rhetorico  
rum ad Theodecten, & li. 7. ca. 10. Ethici  
corum, & ca. 2. de memoria & reminiſ-  
centia, ab Aristotele ſcribitur conſuetu-  
do eft eorū, quæ vt ſep̄e, ſiue vt pluri-  
mū ſiunt, natura eorū, quæ vt ſemper.  
Sæpe autem & ſemper ſunt ſibi inui-  
tudo.

## DE CONSERVANDA

propinqua. Quod est ergo diu adsuetum, in naturam ferè transiit: quemadmodum igitur naturam custodire oportet, ita & consuetudinem, si laudabilis fuerit. Et quemadmodum consueta cibi & potus administratio, eadē ratione & aliarum rerum non naturallium obseruanda est. Vnde si quis consuetus multum laborare velit hanc consuetudinem immutare, ocioque indulgere, minusve laborare, vel aliud laboris genus adsumere, idque alio & tempore & modo, ille procul dubio multum ex hoc debilitabitur. Idem intelligendum de cibo ac potu, somno & vigilia, repletione & inanitione, & animæ accidentibus. In quibus omnibus consuetudinem obseruare decet, & maximè quidem si sit laudabilis, vel ab hac non multum declinet, sive medium etiam locum inter bonam ac malam obtineat: respectu nimirum illius ad quod fieri debet permutatio. Porro quanta sit vis consuetudinis, vel inde colligas, quodd debiles & senes consuetos labores facilius ferāt, quam fortes atque iuuenes inconsuetos: q uod profecto lib. 2. aphor. 49. Hipocrates etiam hisce verbis confirmat: Qui consueri solitos labores ferre, et si fuerint imbecilles & senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus facilius fe-

## VALETUDINE. 169

serūt. Quod dicit, inquit Philotheus, tale est: Sunt duo, hic quidem senex, ille autem in consistenti ætate, ambo incipiunt fodere, & huic quidem seni contingit rectè fodere, illi autem qui est in consistenti ætate, non rectè, seni quidem ob consuetudinem rectè, quamvis sit imbecillus, iuueni autem non rectè, cum non adiuetus sit. In vniuersum enim oportet cognoscere fortiores alii fieri partes quæ exercentur, & hac de causa solitos labores facilius sustineri. Ex hoc autem particulari exemplo licet nobis & de omnibus ratiocinari. Deinde vero, malam pestem, hoc est, maximum periculum ex repentina consueta diætæ permutatione sequi, confirmat authoritate magni Hippocratis: nempe ex. 2. lib. de viç. rat. in morb. acut. aphor. 21. & 22. ubi sic inquit: Atqui facile est hoc addiscere, q uoniam simplex viuctus cibi ac potus, ipse sibi ipsi semper similis, securior omnino est ad sanitatem quam si quis repente ad alium meliorem, magnam mutationem faciat. Nam & his, qui bis in die cibum sumunt, & his qui semel, repentina mutationes noxas ac ægritudines inducunt. Et eos sanè qui prandere non assueti sunt, si transi fuerint, statim infirmos facit hoc, & toto corpore graues, & debiles, & pigros,

Mutatio  
subita ne  
cet.

Q &c.

## DE CONSERVANDA

&c. Aelianus quoque ab initio libri. 5. de varia historia, Tachi cuiusdam exemplo, admodum differtē nobis significauit, quām periculosa sit repentina diætæ permutatio. Tachos Aegyptius, inquiens, donec ysis est vernaculo vietū, & frugaliter yixit, omnium hominum fuit suauissimus. Postquam vero ad Persas venit, & in illorum luxum delapsus est, cùm non posset ferre insolentiam ciborum, vitam in dysenteria transegit, & luxuriam cù mor te commutauit. Quanquam autem nō sanis tantum, sed ægris quoque adsueta vixtus ratio diligenter obseruanda præcipiatur, haud tamen raro incidit eius permutandæ necesitas: quando nimis illaudabilis existit, ita vt, ni si permutetur, perniciose inde consequantur ægritudines. Talis autem eorum est, qui prandium aut cœnam pravis terminare solent alimentis. Eiusmodi igitur consuetudinem necessariū est corrigi ac permutari, non quidem subito, sed paulatim & ordinatè. Omnis enim subita permutatio vehementer nocet, maximè si à consueto ad insuetum trahitus fiat. Hinc est quod in libro de natura hominis, ita scriptum reliquerit Hippocrates: Detrahendi sunt cibi ac potus, quibus vti eosne runt, idq; paulatim facere oportet. Nā

fi

## VALETUDINE.

176  
si quis citò diætam permutet, periculum est etiam à permutatione aliquid in corpore nouatum iri. Qui inetiā laudabilem vixtus rationē interdum murari necesse est, quo, si quando necesitas inciderit, natura non offendatur insolentia, nouitateque, neque renuat neque recusat. Nā qui omni diæta sese adsuefacit, minus laeditur, cùm ad inconsueta transire cogitur. Eadem in aliis quoq; rebus non naturalibus ratio est. Quod Hippocratis etiam testimoño confirmatur, qui lib. 2. aphor. 50. ita scriptum reliquit. Quæ ex lôgo tempore consueta sunt, ethi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari. In cuius quidem sententia explicatio ne Philotheus inter cætera sic inquit: Cum. n. quodq; ipsorum factū sit peculiare, minus laedit, quāuis ex sua natura molestū sit, si nōdum in consuetudinē venerit. Verbi causa, solitus est aliquis manna comedere, hic si ad bonū cibum siamēdum cōuertitur, laeditur, cùm adsuetus non sit: adsuetus est aliquis aquæ potionī, si præter consuetudinē bibat vinum, offenditur, quoniam cōsuetudo conténitur. Oportet igitur ad insueta permutari, vt, si necesse sit, ea, quæ offeruntur, ferre possimus. Utentem. n. copioso nutrimento,

Q 2 opor-

## DE CONSERVANDA

oportet etiam parum cibi quandoque. aslumere , vt, si contingat , ferat etiam illius vsum. Hinc est , quod Cornelius. Celsus lib.1.cap.3.in hunc etiam modū. scripsiterit. Nimis ociosa vita utilis non est,quia potest incidere laboris necessitas. Neq; etiam ex nimio labore subi- tum ócium , neque ex nimio ócio subi- tus labor sine graui noxa est. Huc igitur respiciens Hippocrates rectissimè consultit , consuetudinem esse mutan- dam. Proinde non temerè à Plutarcho in libro de tuenda bona valetudine, in hunc modum scribitur , Exacta illa & vehementer ad vnguem , vt dici solet , cbservata vita ratio , simili & corpus formidolosum reddit , ac periculis obnoxium,& animi frangit vigore. Quocirca cauere quisq; debet,quæad- modum li.4.ca. 10.ad Alman. Pruden- tissime Rhazes monuit , ne alicuius rei- fibi consuetudinem faciat,quam dein- ceps ipsum obseruare necesse sit,Exem- pli gratia : Si quis vno cibo consuetus sit vti,vel aliquo potu , vel omnino ab eis abstineat , vel dormire , vel moueri,vel egerere. Venerive indulgere con- fuescat:& ab aliquo istorum impetuoso se irritetur , maximum incurret nocu- mentum,si ab eis abstinuerit. Quapro- pter quisq; corpus suum debet ita præ- parare , vt caloris & frigoris patiens.

est.

*Conſue-  
udo ra-  
ianda.*

## VALETUDINE. 171

esse posuit , & ad motiones & cibaria ſibi neceſſaria aptum reddatur , & vt ſomni & vigiliarum horas ; atque ma- fiones & domos ſine laſtione permute- re queat . Fortassis enim ex neceſſitate idipſum quandoque facere cogetur: Poterit autem commode, ſi conſuetu- dinem non obſeruat ad vngem, ſed interdum ad inſueta trāſeat . Porrò quo tempore , quo ve mode conſuetudo muſāda ſit, copioſe admodum docent, Galenus libro.5.cap.8.& lib.6.capt.3. de Sanita.tuen.& lib.8. cap.9.method. meden. Cōciliator different.98. & Hie ronimus Cardanus lib.1.tract.6. Con- tradictione.2. Tertio demum loco tra- ditur , fortiorem ac potioremeden- di metam eſſe, certam diætam : Quam ſanè ſi medicus curare noluerit,ac alia quādam , eatm̄; non ſatis commoda- dminiftrauerit, ſtulte ægrum regere, ac malè curare merito dicetur . Scien- dum eſt autem, apud Galenum hæc ali- mentorum genera inueniri , copio- ſum, medium, tenue. Copiosum eſt fa- norū cibus , qui nō ſolū vires cōſer- uat, ſed etiam auget. Medium ad fanos etiam ſpectat. Nam vires quidē cōſer- uat,nō tamen auget. Tenue.i.quod vi- res quidem comminuit , eatenus tamē vt non exoluantur . Hoc ab autoribus in multas partes diuifum eſt, nemp̄ in

Q 3 te-

**DE CONSERVANDA**  
tenuè simpliciter, in tenuè exquisitè,  
in tenuishimū citra adiectionem, & in  
tenuissimum in extremo. Tenuè sim-  
pliciter per pauca, aut ea quæ parū nu-  
triunt, edulia fit, cuiusmodi est pris-  
anca succus, mulsa, & sorbitio ex alca.  
Tenuè exquisitè, vbi prisānæ succus e-  
xigua sumitur quantitate. Tenuissi-  
mū citra adiectionē, per mulsum aquā,  
sive melicratum fit solūm. Tenuissi-  
mum verò in extremo, per solam in-  
diam ad iudicationem usque progredi-  
tur. Copiosum autem vel est, vbi tota  
prisāna sumitur, vel copiosus, vbi pis-  
ces, oua, & ius carnium: vel copiosissi-  
mum, ybi caro. Medium autē horū est,  
vt panis lotus, vel placenta. Sani homi-  
nes nō solūm conseruandi, sed augen-  
di etiā sunt, propterea alimētum co-  
piosum illis cōp̄et. Qui verò ægri-  
tudine longa laborat, vires augere nō  
debent, sed bene conseruare: aliter vñ-  
que ad finem nō sufficerent, propterea  
hi medio vīctū cibādi sunt, qui etiam  
sanis conuenit, in quibus vires augere  
nō cupimus, sed illas solūm cōseruare  
animo est, quas etiā in lōgo morbo to-  
tis viribus seruare studemus. Quūverò  
ægritudo breui terminatura est, si quar-  
to die finire debeat, aliquid dare non  
est opus, iuxta illud Hipp. libr. i. apho.  
6. Extremis morbis extrema exquisi-  
tē

**VALETUDINE.** 172  
tē remēdia optima sunt. Imò si vīrē  
sufficerent, & in septimo terminatura  
esset, nihil penitus dandum esset, nisi  
post illum terminum. Hac de re plura  
& cognita non indigna reperties apud  
Hippocratem libro. i. apho. 4. 5. & 6. &  
ibidē apud Galenū & Philotheum  
in comment.

¶ De administratione diætae.

Cap. LVI.

**Q** uale, quid, et quando, quan-  
tum, quoties, ybi, recta  
Debent haec medico in vīctus  
ratione notari,  
Ne male conueniens ingredia-  
tur iter.

Sex circūstantias medico in præ-  
scribenda vīctus ratione cōsiderandas  
esse, hoc in loco traditur. Prima, qua-  
le: hoc est: cuius qualitatis cibus exhi-  
bendus sit: quia in calida ægritudine  
cibus frigidus, in frigida calidus, in  
humida siccus, in fissa verò humidus  
cōuenit. Corpus tamen quod secundū  
naturā est, similē semper vīctū postu-  
lat: quemadmodum quod præter na-  
turam est, contrarium. Siquidē quod  
naturaliter se habet, custodiare: quod  
præter naturam est, tollere oportet.  
Sed de hoc plura Galenus cum alibi

Q 4 fx-

## DE CONSERVANDA

sepè, tum maximè in arte medicinali.  
c. 86. & lib. 1. ca. 10. de Sanitate tuend.  
& libr. 8. capit. 9. metho. meden. Secun-  
da, quid id est, cuius substantia: Ath-  
letis enim ac rusticis, iisque, qui quam  
libet actionem forte ac vehemētem  
obeyunt, cibus exhibēdus est crassus ac  
durus: quia facultatem concoctionis  
possint fortem: neque tenuis substanciæ  
cibus, velut est caro pullorum, ca-  
porum, vitulorum, agnorum, hædro-  
rum, & similiūm, ipsis competit: quip-  
pe quæ in ipsis vel adureretur, vel,  
quam par est citius conficeretur, ita  
ut si pius ob id cibari cogerentur. Nō  
temerè igitur inquit Glossa delectabilis  
in l. Seruīs urbānis, in principio. ff.  
de leg. 3. Rustici non debent vī pane  
albo, vel pullis, aut aliis delicauit ciba-  
riis: sed pane grosso, caseo, cæpis, & fa-  
bis. Porrò nobilibus atq; ocio deditis  
hominibus tenuis substantiæ cibus ma-  
gis cōgruit: qippe qui virtutē cōcoctionis  
habent debiliorē, q; vt crassos ci-  
bos, eiusmodi sunt lalsæ suū atq; boū  
carnes, & pisces sole, aut vento, aut fu-  
mo indurati, superare queāt. Pari mo-  
do & in egritudinibus acutis tenuiore  
vtendum est diæta, quam in chronicis.  
i. longis, sicuti quartanis. Tertia,  
quando. i. quo potissimū diei tempo-  
re cibus adsumi debeat: in sanis enim

con-

## VALETUDINE. 173

consuetudo maximè obseruanda est.  
Vnde hominibus mane surgētibus &  
bis tantū in die cibū sumētibus, estate  
quidē prandendū est hora decima, vel  
paulo ante, neq; differendū donec pro-  
pinquet meridies, vt qui maximum e-  
stū importare soleat: Cœnādum hora  
sexta, vel paulo post. Hyeme verò iif-  
dem ob somni prolixitatē prandēdum  
est hora vndecima vel duodecima: Cœ-  
nādū hora septima, vel paulo post; sed  
ita tamen, ne quid præter consuetudi-  
nem fiat. Quinetiam in ægris cibādis  
tēporis habēda est ratio, præsertim in  
febricitantib. Siquidem in ipsis paro-  
xyismis, vel nō multò ante futuram ac-  
cessionē à cibis abstinentē est: quod  
nimicū naturā, quæ circa morbi mate-  
riā tum occupata est cibus oblatus di-  
strahat atq; adeò humores morbū effi-  
ciētes adaugeat. Neq; immediate post  
paroxysum cibus dādum est, quippe  
quæ facultas à febris intēperie deiecta  
nondū superare queat. Quapropter tā-  
diu ante sequētis accessionis initium  
exhibendus est, vt priusquā ea appro-  
pinquar, decēter in ventriculo coqua-  
tur, & ad inferiores partes descendat.  
Idq; in illis potissimū ita obseruandū,  
quibus virtus adhuc satis valida exi-  
stit. Iis vero quibus vires prosternun-  
tur, dādus est cibus quocunq; tēpore,

Q 5 etiani

## DE CONSERVANDA

etiam invigore. Cuius rei testis est Galenus, qui lib. i. aphor. comment. 9. ita scribit. Aliquando in ipso etiam morbi vigore, vbi Symptoma aliquod interuenerit robur naturæ dissolues, nutritre cogimur. Quod idem copiosius etiam monstrat libr. io. ca. 3. & 5. metho. meden. Hæc omnia de paroxysmo Stephanus Atheniensis in primū li. Galenii ad Glaucō. cōmen. 39. multo clarius in hūc modū expónit. Sciendū sanè est, naturā egere semper alimento, quod basim ac sedē illius, q̄ digestum est, ipsi repleat. Sed hoc ipsum alimentū præci pūe dandū est, quādō ipsum concoque re, ac conficere potest. Concoquīt aut̄ quādō pura ac integra est, nec à febris caliditate vexatur. Quare in intervallo dādū id est. Si enim in accessione de mus, facultas quæ à febris intemperie delecta est, ipsum superare nō potest. Alimentū aut̄ non concoctū materia sit febris. Et hoc est, quod Hippocrates li. i. aph. 11. ait. In accessionibus subtra here oportet: nā addere nocuū est. Dādum igitur est alimento interuallis. Sed hæc dici possunt in intermittentibus. In continuis verò quid vtiq; quis faceret? neq; enim in his inuenire licet remissum ac quietū tēpus, verū continua est febris. Tamen in his etiā sit per se p̄ceptia, i. febris de minimis, quæ inter-  
val-

VALET VDINE. 174.  
uallū imitatur: tuncq; alimentū dandū est, nō quādō accedunt. Hæc illæ. Plura & ad præsentē sp̄eculationē maximè facientia habētur apud Brudū Lusi. li. 2. ca. 9. de viu febricitantiū. Quarta, quantum. i. quāritas sumēdi cibi. Quę profectō in æstate, vt supra ca. 19. diximus, minuēda est: quādō tū ob immodi cas resolutes calor innatus debilior existat: Hyeme verò augēda, propter ea q̄ concoctoria facultas id temporis ob frigus ambiētis roboretur. Quinta quoties, in die videlicet cibus exhibēdus sit. Est enim æstate quā hyeme, autūno, aut vere, s̄epius exhibendus, sed minori quātitate. Pari modo facultate cōcoctoria debili existēte, s̄epē sed parua quātitate dandus est. Eadē verò robusta existente, dandus est quidem quātitate magna, sed rarius. Sexta, vbi, id est, quo in loco: cibus enim neq; in loco frigidore, neque calidore sumēdus est, sed temperato.

¶ De Caule. Caput. L V I I .

I Vs caulis soluit, cuius substantia strigit,  
Vtraque quando datur, venter laxare paratur.

Hic agitur de caulis: per quos nā hil iam aliud intelligendū, quam vul-

Q 6. gare

## DE CONSERVANDA

gare illud olus, q̄ Blaucoolē appellamus,  
Gal. d̄is Chouꝝ, Hisp. Verça, xpduſn Gr̄cīs.  
Latinis verò brassica dicta : atque  
hoc vel ex Martiale discere licet, qui  
xeniorum libro, eos caules per nitratam  
aquam virides conseruari ait:  
*Ne tibi pallentes moueant fastidia caules,*  
*Nitratā viridis brassica fiat aqua.*

Recensentur autem hoc loco tres  
ipsorum facultates: Quarū prima qui-  
dem est, decoctum eorum, & maximè  
primæ ebullitionis, ventris soluendi  
vim obtinere: In foliis nanq; & exte-  
rioribus partibus nitroſa quedā & abſer-  
ſoria inēſt qualitas, quā ſanē, cūm  
debiliter admodum inhāreat, modica  
elixatio in aquam facile deponit, ei-  
que potentiam adiicit purgatoriam.  
Atq; hinc adeò fit, vt ius primæ deco-  
ctionis alium excellentius, quam ſecū-  
dā, deiiciat. Nitroſa enim illa & abſer-  
ſoria qualitas exquisitè per primam  
segregatur, atq; in aquā deponitur. Se-  
cunda eft, corpus ipsum hie ſubſtantia  
cōmuni ſiccantiū ratione ventrē ſifte  
magis: quā ad deiiciendū incitat: quia  
purgatoria potentia per decoctionem  
aufertur, & relinquitur ſubſtantia ter-  
rena ſicca, quę ſumpta ventrem ad-  
ſtrigit, idque multò magis si non bis  
duntaxat, ſed ter aut quater aquam  
effuderis. Nam quanto exquisitus in  
aquam

## VALETUDINE. 175

aquam ſiccum ſuum depoſuerit, tanto  
& illi quidem maiorem purgandi vim  
adiicit, & reliquam ſui ſubſtantiam,  
quę velut oleris ipſius caro eft, reſtrin-  
gentem efficit. Eadem eft ratio in be-  
ta, atque adeò in omnibus fermè qui-  
bus ſapori aut acris, aut nitroſiſ, aut  
ſalfus ineſt. Quippè & lenticula ipſa,  
tametsi ſati magnam abſtrigendi po-  
tentiam gaſtu refert, tamen eiusmodi  
quid fortita eft. Nam & huius deco-  
ctum, ventris ſoluendi vim obtinet.  
Verum hic ſuccus etiam, ſi deguſtes,  
perſpicuam miſtruram repræſentat, tan-  
quam ſi nitroſo auſterum quid cōniſ-  
ceas. Sed & conchularum maris, cōte-  
rōrumq; ferē oſtrearum ſuccus planē  
tuny ſalſus eft, tum ventrem ſoluendi  
vim obtinet: quamuis eorum caro vén-  
trem reprimat. Tertia eft vtrunq; né-  
pē decoctum atque ſubſtantiam ſimul  
ventris ſubductionem efficeret: cūm e-  
nim vires tuas ita retineant, abſerge-  
re etiam, & intestina ad expulſionē  
irritare, conſentaneum eft. Lege hac  
de re plura apud Galenum libro .3. de  
ſimpl. mea. facul. cap. 14. & lib. 1. cap. 3.  
& 25. & lib. 2. capi. 44. de alimen. facul.  
proditum quoque eft, Brasificam na-  
turali quadam facultate vino aduerſa-  
ri, & curare temulentia: Vnde querit  
Aristoteles. 1. Sec. proble. 17. Quid eft  
Ḡcula  
Oſtre.

Q 7 cur

## DE CONSERVANDA

**Brasica** cur brasica sedet crapulam? Nonnulli respondent, hoc euenire solitum, ex viu eius fumi eleuentur admodum crashi, qui cu vini vapores incrascent, ad cerebrum ascendere etiam prohibent. Aristoteles tam aliam adsignat causam, nempe quod quicquid humores vinosos vndiq; & omni ex corporis parte ad se in aluum trahit, & corpus refrigerat, tollat crapulam. Brasica autem est huiusmodi. Ergo brasica curat crapulam. Minor probatur, quia per succum eius humores, qui vinoſi crudiq; tenentur, è toto corpore detrahuntur. Ipsa vero substantia frigida, styptica, ac terrea, suprà in ventriculo remanens corpus refrigerat, quod fit, ut tenues humores ad vesicam labantur. Cum igitur humor vtrinq; educatur, corpusque refrigeretur, recte per sequens a crapula liberatur. Euenit adhuc, ut cum humores deorsum se trahunt atq; excernunt, flatum etiam secum deducant: qui, si per vinum liceat in caput se eferens grauitatem creat, & crapulam: sin autem deorsum se vertit, corpusq; ob causam prædictam refrigerarunt est, dolor crapule omnis tollitur. Quin & ipsa brasice folia, quemadmodum libro. 2. de compoſitio medic. local. ca. 1. Galenus attestatur, calida macerata, capitiq; circumposita

ac

## VALET VDINE. 176

ac obligata, naturaliter ebrietati resistunt. Porro brasica, que edendo est calsfacit & siccat primo abscessu. Pratum & melancholicum succum procreat. Aestiva tamen peior est quam hiberna. Oculorum aciem habet, unde Grecis etiam *κρηπίδη* dicta censerunt, quasi *κρόπας*, quod pupillas oculorum quas illi *κρόπες* vocant, obtundat, hebetetque. Somnum per contraria insomnia interturbat. Stomachum male habet, parumq; nutrit: at si cum pingui carne coquatur, plurimum noxae atque vitii amittit. Vrinam ac menes cierit, & lumbricos interficit. Succus eius cum melle sumptus magnifice defectiones vocis iuvat: & si vulneribus imponatur, ea glutinat, dolosa malignaque ulcera, & induratas inflammations sanat. Plura Dioscorides libro. 2. cap. 146. Plinius libr. 20. cap. 8. Galenus locis suprà citatis. Simeon Sethi in Syntagmate. Rhazes libro. 3. cap. 18. ad Alman. & Auicennā. 2. Cap. no. capite. 142.

¶ De Malua. Caput L VIII.

**D**Iixerunt maluam ueteres, quod molliat aluum. Huius radices rafae soluunt tibi faeces.

Vnam

DE CONSERVANDA  
Vuluam mouerunt, et fluxum  
saepe dederunt.

Hic agitur de facultatibus maluæ:  
Et primo quidem versu, qui ex libr. 2.  
ca. 36. Aemilii Macri huc adscitus est,  
veteribus Latinis Maluam ab emollië  
da aluo sic dicta esse, traditur. Cuius  
sanè rei testis etiā M. Varro, qui maluam  
quasi moluam, quòd aluum molliat,  
dictam esse contendit: quippe que  
clysteribus infusa, vel in cibo accepta,  
ventrè facile moueat. Quinetiam Græ  
cis μαλαχη, ab emollienda aluo, no  
men traxit. Siquidem ipsis μαλαττειν  
mollire significat. Antiqui enim ex in  
acerariis cum lactuca ad subducendā  
aluum vrebantur. Vnde Martialis lib.  
10. Epigrammaton:

Exoneraturas ventrem mihi villica maluas  
Attulit, & varias, quas habet hortus  
opos.

Et alibi:

Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

Cæterum hoc olis facile subduci  
tur, non modò propter humiditatem,  
verumperiam propter genuinam visco  
ritatem, & potissimum quando quis  
cū oleo & garo copiosam ipsam sum  
psérit. Atq; ob id inter quatuor etiam  
emolliëta, quorum decocto in clyste  
ribus ad induratarum fæcum educa  
tionem

VAL ET VDINE. 177  
nem pasfim vtimur, primum locum si  
bivendicauit. Porro duplex malua est:  
Vna quidem floribus sanguineis, alte  
ra verò candidis, & in hac quam illa  
maior emoliendi vis ineft.

SECVNDO deinde versu innu  
tur, radices maluæ rafas, fæcibus edu  
cidis esse accommodas: & maxime qui  
dem si inde, perinde atque è radicibus  
mercurialis, βαλανοι, id est, glandes, si  
ue suppositoria fiant.

TERTIO demum versu, Maluam  
menses ciere dicitur, quod & ipsum sa  
nè ob manifestam humectendi facul  
tatem ac genuinum lentorem præstat.  
Infusione namq; vterum emollit, ita  
vt venæ eius ab acri sanguine promptius  
fundantur. Quinetiam menses  
prouocare certo se experimento didi  
cisse Platearius adserit. Folia maluæ  
trita cum foliis falcis, omnibus empla  
ftris commodiora sunt. Nam & inflam  
mari non sinunt, & sanguinem fistunt  
& recens vulnus cicatrice includunt.  
Sed & luxaties ac contusis medentur.  
Phalangiorum quoque & reptilium  
plagas curant folia eiusdem, si cepas  
& porrum triueris, eisque miscueris, ac  
imposueris. Si quis verò sylvestris mal  
uæ succo cum oleo illinatur, à vespis  
& apibus non pungetur: sed & qui  
punctus iam est, succo opem sentit, &  
folia

## DE CONSERVANDA

folia maluæ contusa & imposita simili-  
ter percussum ab illis sanant. Simili-  
ter autem curat malua illita, lichenas,  
& occulta foeminarum virtus. Succus  
verò eius auribus instillatus, dolorem  
aurium sedat. Cum melle acceptus  
thoracem pulmonemq; iuuat, & rau-  
cam vocem lenit, hepaticos sanat, &  
comitiali apprehensos resipiscere fa-  
cit. Eodem modo & nephreticis &  
ischiadicis auxiliatur. At verò decoctū  
ipsius potatum, difficultatem emitten-  
di vrinam emendat, lapides conterit,  
fornicem conciliar, facilemq; partum  
præstat. Prodest etiam erosionibus ve-  
sice, & intestinorum, vuluæ, sedisque  
clystere infusum. Malua illita inflam-  
mationes lenit, eaque, quæ indurata-  
sunt, emollit. Plura Dioscorides libro  
2. capite. iii. Plinius libr. 20. cap. 21. Ga-  
lenus lib. 7. de simpl. medic. facul. capi-  
te. 95. & libro 2. de aliment. facult. ca-  
pите. 42. Constantinus Cæsar libro. 12.  
de agricultura cap. 12. & Simeon Sethi  
in Syntagmate.

¶ De Mentha. Caput LIX.

M Entitur mentha, si sit depel-  
lere lenta.  
Ventris lumbricos, stomachi  
uermesque nocios.

Men-

## VALET VDINE. 178

Menthā eo nomine non esse dignata  
dam, nisi alii etiam lumbrieos & sto-  
machi vermes enecandi atq; expellen-  
di facultatem obtineat, hoc loco adse-  
ritur. Amarum enim quiddam in se ha-  
bet & acerbum, & amaro quidem, non  
fecus atque absinthium, lumbricos in-  
terficit: acerbitate verò si cum oxyca-  
to bibatur, recentes sanguinis reiectiones  
reprimit. Exhibendum autem de-  
coctum eius, velut absinthii quoque,  
& non substantia. Est enim, ut si que a-  
lia herba, tenui partium, gustu acri,  
& facultate calida, ex tertio nimisrum  
ordine excalfacentium, & secudo sic-  
cantium. Quare medicamento po-  
tius, quam alimento ipsa utimur. He-  
par enim frigidum & ventriculum iu-  
uare, corroborare & stomachum, & con-  
coctionem facit, sedat quoque singulatum,  
& vomitum phlegmaticum atq;  
sanguineum. Prodest quoque ad cor-  
dis morsus, & appetitionem suscitare.  
Mediocriter item ad Venerē excitat,  
id quod omnibus accedit, quæ humi-  
ditatē semicoctam & flatuofam conti-  
nent: Aperiq; iecinoris ac splenis ob-  
structiones. Verū hac vesci ad satietatem  
non oportet quoniā sanguinem  
extenuat, & serosum facit, & ipsum in  
flavam bilem permutar: dein efficit ut  
sanguis, qui maximè est tenuium par-  
tium,

**D E C O N S E R V A N D A**  
tum, discutiatur, & crassus ac melan-  
cholicus relinquatur: atque idcirco o-  
portet biliosos ab ea abstinere. Contri-  
ta cum sale, & morsui rabiosi canis im-  
posita, medicamentum fit salubre. Ari-  
da verò trita, & post cibum sumpta,  
ad concoctionem facit, & lienosos iu-  
uat. Cum vino pota difficulter parien-  
ti succurrit. Ferunt etiam quod manfa  
lippienti imposta, fiat remediū: quod-  
que eius decoctum absorptum, confe-  
stum sanguinem è fauibus efficiens  
fanet. Coire lacdensarij; in cafē non  
patitur, si folia potionibus lactis im-  
mergantur. In summa, stomacho utri-  
lis est, & in cōdimentis peculiarem gra-  
tiam habet. Huius semen ventrem pur-  
gat, & pulmonem lœdit. Plura Dio sco-  
rides libr. 3. cap. 35. Plinius lib. 20. cap.  
14. Galenus libr. 6. de simp. med. facult.  
cap. 136. Simeon Sethi in Syntag. & A-  
vicenna. 2. Cano. cap. 495.

¶ De Saluia. Cap. L X.

**C**Vr moriatur homo, cui sal-  
uia crescit in horto  
Contra vim mortis non est me-  
dicamen in hortis.  
Saluia confortat neruos, ma-  
nuumque tremorem

Tollit,

**V A L E T V D I N E.** 179  
Tollit, et eius ope febris acutā  
fugit.  
Saluia, castoriumq; lauendula,  
primula veris.  
Nasturt. Athanaf. haec sanat pa-  
ralyticā membra.  
Saluia saluatrix naturae conci-  
liatrix.

Permagnani esēe vtilitatem Saluiae  
hoc loco traditur: Ac prima quidē ver-  
su par modū dubii queritur, qui fiat,  
vt homo moriatur, qui saluia crescit  
in horto? ad quod ita respondetur se-  
cundo versu. Quanquam medicina in  
hortis reperiatur, quæ corporis putre-  
factioni resistsat, humiditatemq; custo-  
diat naturalem, ne citius quam par est  
dissipetur, nulla tamen inuenirur, quæ  
moriendi necessitatem è medio tollat.  
Et hoc est, quod Auicenna. 3. 1. capite  
singulari ait: Ars quidē sanitatis tue-  
dæ nos à morte securos non facit, ne-  
que corpus à foris incidentibus nocu-  
mentis munit, neq; vnumquodq; cor-  
pus ad ultimam vitæ longitudinem.  
quæ est secundum hominem absolutè,  
perducit. Sed de duabus rebus securita-  
tem præbet: Putrefactionem enim peni-  
tus excludit, & humiditatem defendit  
naturalem, ne iusto citius resoluatur.

S E-

## DE CONSERVANDA

SECUNDО loco tres referuntur saluiæ effectus : ac primo quidē , quōd nervos roboret : Siquidem manifeste calficit , & leniter adstringit : humorum igitur copiam , qua nervi in impediti relaxabantur , exiccat , refrigerat : quē recalfacit . Deinde , quōd manum tremorē tollat : Nam quicquid neruo : rōborat ac calficit , tremorem etiā tollit . Tremor enim ex neruorū imbecilitate & frigiditate potissimū accidit . Atq; hāc sanè ob causam senes nonnulli & anus decrepitæ cibis ac potibus suis folia saluiæ imponere solent . Tertio , q; acutam remoueat febrem : cuius hāc adsignaueris causam , ne mр̄e quod humores exiccat , adeoq; putrefactiōnem , quām acuta febris magna ex parte comitatur , impedit . Porrò saluiā temperamento est euidenter excalfaciente & exiccente , atq; eam ob tē per se in virtus salubris ratione non temere v̄surpanda . Attamen cū nervos excellenter roboret , dupliciter ea homines in sanitatis tutela vti consueverūt . Aut enim inde parat ἐμβαρματα id est , intinctus , quemadmodum ostēdimus suprā capite . 22. appetētiam ira reuocantes ei , cui ventriculus crudis , inconcoctis , ac prauis humoribus refertus fuerit . Aut vinū ex ea etiā conficiunt . Saluiatū iphis appellatū , q; in mē

Saluiatū  
riuum. fix

## VALET VDINE. 180

ſe principia potissimū expetitur . Hoc cum ſibi qualitatē quandā à ſaluia calidā ſimil ac adſtrigentem , aromati camq; & exiccantē adſciscat , tremulis , paralyticis , & epilepticis mirè cōferre putandum eft : præſertim ſi poſt purgationē ex epoto medicamento modice ſumatur . Quin & ventriculū , cerebrū : nervos ac reliquas queq; corporis partes pre ſumiditate laxas , exiccat ac roborat , idq; per hyemē maximē . valet contra reū , veficæ , & laterum dolores , reiectiones ſanguinis , tufim , rupta , & vulfā . Difficili vrinę auxiliaſ , & ſupprefſos menses prioritat , ſed immoderatius , quo circa grauidis non niſi cum timore exhibendum eft , quippe quōd partus facile enecet , & abortus faciat . Vaporofum eft admodum , facileq; caput ferit , & citō inebriat : quare caput debile habētibus , quibusq; plurimum moleſtī catarrhus exhibet , ab ipſo in roborando ventrículo cauendum eft : ne , dum vni parti auxiliū queſtunt , reliquias offendat . Imò verò nec alias immoderatius eo vtēdū eft , neq; ad depellendā ſitim , neq; ad deferendū permifcēdūmve cibum : quippe q; vniuerſum ita cibum ad extremam promptiſimē caliditatem ac ſiccitatē perducet . Primum enim per ſe calidum & ſuccum eft vinū , deinde verò &

## DE CONSERVANDA

& saluia sat strenuè excalfacit, desiccatque, & tenuium est partium: quare quod inde sit vinum, ad immundicam haud dubiè caliditatem ac siccitatem inclinabit, atque ob id sanitatis tutela minus conuenit: vt quod ingestum cibum præmaturè atque ante perfectam eius concoctionem è ventriculo ac hepatè ad cerebrum facile & nervos deferret, obstructionemque omnis putredinis matrem in humano corpore exercitaret. Plura de hoc Magninus capite. 21. part. 3. regiminis sanitatis, & Ioan. Michaël Sauonarola, in maiori pract. 2. cap. 4. rubri. 15. Duplex porrò saluia passim in hortis spectatur: Vna magnis, latis, & aperis foliis, quæ Germanis *groot oft breedt Sauie* dicitur: Altera verò foliis minoribus, contractioribus, & leuioribus, quam iidem *Clym oft edel Sauie* vocant. Graci, quod ipsa herba retorrida semper & exucca appareat, communī utrāq; appellatio nuncuparunt *έλελίσθακον*, quòd quasi in tabem, vel fide rationem redita videatur.

### SALUIA.

TERTIO loco sex enumerantur medicamenta simplicia παραλύται curā dę accōmodatissima: nempe saluia, Castorium, Lauendula, Primula veris Nafturium, & Athanasia. Hęc namq; omnia proprietate quadam membra para-

## VALETUDINE. 181

páralytica curant ac sanant. De Saluia quidē ex modō dictis satis cōstat: quippe quæ genuina caliditate & siccitate sua pituitosum humorē, quo nerui obstructi resolutebantur, facile cōsumat, adeoq; nervis ipsis robur addat: Castoriū califacit qccatq; cū extenuādi vi ribus eximiis, quibus prēter alias actio nes etiam neruorū, qui ex copia humorum malè habent, affectibus, nempe tremori, stupori, conuulsioni, & paralysi, congruit, & refrigeratos facilē recalfacit, & extrinsecus applicatum, & potui datū, idq; ita, vt nullum aliam offendat particulā, etiam si mediocriter febris affligat, quemadmodum in vernalis & cataphoris, sed & mensibus retentis proficit, & fecundas expellit. Iuuat etiam, si quis suffitū eius in pruni imposito inspiratione hauriat, maximē affectus in pulmone aut capite consistentes. Frigidæ quoq; surditati, & auribus ob crassos flatulentosq; spiritus dolentibus præclarè opitulatur, ad lentis magnitudinem cum oleo nar dino infusum. O eum præterea castoriū non minus contra frigidos neruorum & iuncturarum affectus omnes valet, quam castorium ipsum: præser tam si post materiax euacuationem applicetur: residuum enim consumit, nervos roborat, paralysi, conuulsioni, ac

Castoriū

R. tera-

## DE CONSERVANDA

terano medetur, & accerrimos rigores & frigora febrium, si spina dorso eo linatur, sedat. Porro Castorum testiculus est animalis ancipitis vita, quo d *uds w p* à Græcis, à Latinis Fiber, à Germanis verò *een Benen*. Gallis, *vne* Bieuere appellatur. De quo Diocorides lib.2.cap.23. Plinius libro.8.capi.30.& libr.32.ca.3. Galenus li. i. cap. 11.de. simp.med.facul. Paulus libr.7. & Auicenna.2. Cano. cap. 125. Lauendula exal-

*Lauendula.*

*Primula  
veris.*

*Nastur-  
tium.*

det & in fontium riuis discurrentibus comite Scio nascitur, foliis primo exortu rotundis, cùm verò adoleuerint, erucæ modo dissectis: odore ac sapore satiuo nasturtio proximus, atque ob id *xapdapiw* à nonnullis, inde, nasturtium nominatur, Germanicè *Kerse*. Gallicè *Cresson aleois*, Hispanicè *Mastuerço*. Ea herba cum sicca est, tertii est ordinis excalfacentiū & desiccantium: cum humidā & viridis, secūdi: crassos & pituitos humores extenuat, incidit & resolut: qua ratione neruos à phlegmate purgat, paralyticisq; causam auferit. Atq; hinc sanè præcipiunt medici, vi in quadragenaria illa Ecclesiæ abstinentia, ppter phlegmaticos cibos qui per id tempus mādi solent, nasturtia quoq; subinde exhibeātur. Athanasia, tanacetum etiā vocatur, & Germanicè *Athana-  
Bynoet*. Gall. *Armoise*. Hisp. *Artemisia*, *sia*. q filicis ferè effigie in aquarū ripis nascatur, vel alio nomine *Vormewryst*, q lumbricos è ventre pellat, siue foris imposta siue intrò in corpus assumppta. Ea parthenii species quædam existit, purgandiq; phlegmatis facultate prædicta est, neruos caliditate sua exiccat, lubricos, & materia, vnde illi generantur, ex ventre pellit. Plurimū igitur Galli primis sanctū post Pascha diebus athanasia cū ouis frixa ad phlegmatis

## VALETUDINE. 182

det, & in fontium riuis discurrentibus comite Scio nascitur, foliis primo exortu rotundis, cùm verò adoleuerint, erucæ modo dissectis: odore ac sapore satiuo nasturtio proximus, atque ob id *xapdapiw* à nonnullis, inde, nasturtium nominatur, Germanicè *Kerse*. Gallicè *Cresson aleois*, Hispanicè *Mastuerço*. Ea herba cum sicca est, tertii est ordinis excalfacentiū & desiccantium: cum humidā & viridis, secūdi: crassos & pituitos humores extenuat, incidit & resolut: qua ratione neruos à phlegmate purgat, paralyticisq; causam auferit. Atq; hinc sanè præcipiunt medici, vi in quadragenaria illa Ecclesiæ abstinentia, ppter phlegmaticos cibos qui per id tempus mādi solent, nasturtia quoq; subinde exhibeātur. Athanasia, tanacetum etiā vocatur, & Germanicè *Athana-  
Bynoet*. Gall. *Armoise*. Hisp. *Artemisia*, *sia*. q filicis ferè effigie in aquarū ripis nascatur, vel alio nomine *Vormewryst*, q lumbricos è ventre pellat, siue foris imposta siue intrò in corpus assumppta. Ea parthenii species quædam existit, purgandiq; phlegmatis facultate prædicta est, neruos caliditate sua exiccat, lubricos, & materia, vnde illi generantur, ex ventre pellit. Plurimū igitur Galli primis sanctū post Pascha diebus athanasia cū ouis frixa ad phlegmatis

## DE CONSERVANDA

perieunium quadragenarium ex eis  
piscium collecti eductionem vtuntur.  
ne scilicet inde lumbrici in corporibus  
aptis ac præparatis generentur. Recen-  
tiores etiam vtuntur ad ventriculi &  
alui flatus discutiendos: item ad fran-  
gundos renū cálculos, & ad ciendam  
vrinam. Vltimo tandem versu tradi-  
tur, Saluam sic dici, quod ad multa  
sit salutaris, præcipue ad fœcundita-  
tem.

¶ De Ruta. Caput LXI.

Ma.li. 1. Nobilitas rutae haec, quod lu-  
cap. 12. mina reddat acuta.

Auxilio rutae uir quippe uide-  
bis acute.

Cruda comesta recens oculos  
caligine purgat.

Ruta uiris minuit Venerem mu-  
lieribus addit.

Ruta facit castum, dat lumen, Et  
ingerit astum.

Cocta Et ruta facit de pulicibus  
loca tuta.

Quatuor hic recensentur facultates  
rute: Ac prima quidem, quod acutam  
reddat videndi aciem: commanducata  
enim vt testis est Dioscorides lib. 3. ca.  
45. & post eum Auicenna. 2. Cano-

cap.

## VALETUDINE. 183

cap. 578. mirè opitulatur oculis, quā  
hebetudinem sensere. Præstat idem &  
succus eius cum succo foeniculi & mel  
le inunctus. De hoc nonnihil quoque  
suprà cap. 13. & infra ca. 79.

Secunda, quod coeundi desiderium  
in viris minuat, augeat verò in mulie-  
ribus. Nam cùm ex tertio sit ordine  
excalfacientium & siccantium, flatus  
strenuè discutit aboletq; & semē viri-  
le, quod tenuè admodum & aëreū est,  
resiccat, ac prorsum ne esse quidē per-  
mittit. Ex quo sanè Veneris appetitū  
in viris colibet: sed in mulieribus se-  
men aquosum & frigidum calfacit, in-  
cidit, & extenuat, quare eas ad coitum  
magis incitat.

Tertia, quod astutiam siue calidita-  
tem, idest, apprehensionem & mediū  
alicuius in subtili causa facilem inuen-  
tionem, usurpatibus conciliat. Calfa-  
tione enim ac resicatione extenuan-  
tur, & acuuntur spiritus, fouetur & il-  
lustratur ingenium.

Quarta, quod decoctum ipsius, si  
domus eo respurgatur, pulices depel-  
lat eos enim, vt vno ore medici testan-  
tur acrimonia sua necat, & graui odo-  
re fugat. Pamphilus apud Constanti-  
num Cesarem lib. 13. ca. 15. de agricul-  
tura, longè plura aduersus pulicū mo-  
lestias remedia enumerat. Scrober,

Contra  
pulices.

R 3 in-

## DE CONSERVANDA

inquit, facito, & rhododaphanas cōtulas in ipsum mittito, isticq; omnes cōcurrent. Absinthiū, aut cucumberis syluestris radix, aqua marina rigata ac respersa, pulices necat. Disperdit autē ipsos punitus Melanchium aqua mace ratum ac resperfū. Aut conyzæ coctæ decoctū irroratū. Disperdit eosdem similiter semen sinapis & rhododaphnes, ambo feruefacta & in domo respersa. Calcem viuam cibrarō, & postquam locum verreris inspergitō, indeque necabuntur. Idem contingit ex amurca pauimentiis aspidiū irrrorari. Cymimum item syluestre tritum, ac aqua mixtum, & feminis cucumberis syluestris drāgimē decem tritæ, & in aquam demissæ, indeque domo resperfa, pulices crepare faciunt. Item chamæ leæ radix, & populi nigræ folia tusa & aqua macerata, tribolus ex aqua cocta pulices etiam muria acris resperfa, & aqua marina enecat. Quod si in media domo quis peluum deponat, & circulum macherà penitus ferrea circumscribat, & reliquam domum, præterquam locum circumscriptum, cre more staphidis agricæ aut lauari foliorum tuforum conspergar, aut etiā muria, aut aqua marina cocta, omnes pulices in peluum congregabit. Ficile quoq; vas defossum, ita vt labra æqua-

lia

Pulicū  
remedīa.

## VALETUDINE. 184

lia pauimēto habeat, & adipe taurino olitum, omnes pulices in se se congregabit, etiam eos, qui adhuc in palliis deliteſcunt. Sub lecto paruulū scrobeū facito; & in ipsum sanguinem caprinū mittito, congregabitq; pulices iſthic, & ex aliis vestibus ad se illicet ac vocabit. Cæterū ex amphimaliis & densissimis tapetibus, in quibus plurimi pulices delitescunt, eximi ac euocari possint, si sic in vrina aut dolio ipſe sanguis caprinus deponatur. Hactenus ille. Auicenna. 6.4. Tract. 3. cap. 11. de effugatione pulicum hoc amplius addit: Quando, inquit, domus colocynthidos infusione alpercitur, saliunt pulices & fugiunt: & similiter ex decocto rubi. Referunt quidam, quod si lignū adipe erinacei oblinatur, iſtic pulices statim omnes concurrent. Fugantur quoq; suffitu sulfuris. Est etiamnum herba quædam vulgaris notitiæ, Arabice dicta Chichuanu, id est, herba pulicū, quæ in ciuitate Chairi puluerizata in lecto circa dormientes ponitur, & ex odore illius inebriantur, stupidi- que fiunt pulices, & non ledunt. Porrò nihil æque disperdit pulices, ac graueolentia, velut ruta, mentha, mentastrum, & lupulus, præcipue tamen finis & vrina equi. Enecat pulices semi-nis rapi decoctum inspersum.

R 4 Quin

## DE CONSERVANDA

Quin & taurini cornus suffitu pulices  
fugari perhibentur. Fama est, inquit  
Dioscorides libro quarto, capitul. 65. si  
pſyllum virens domum importetur,  
non sinere in ea pulices gigni. Postre-  
mo verò nihil tam accommodum est  
comprehendendis pulicibus, quam le-  
tio imposta recens & candidissima  
lanugo xylinia, quam Germanice  
Boo vuolle, oft cottoen. Callice Du cotō,  
Hispanicē Algodo vocamus. in ea nan-  
que congregati facilimè capiuntur.  
Plura Rhazes libro. 8. capite. 8. ad Al-  
mansorem.

### De Cepis. Caput LXI.

sunt Ma- DE cepis Medici non conser-  
cri lib. I. tire uidentur.  
cap. 7.

Fellitis non esse bonas, ait ipse  
Galenus,  
Phlegmaticis uero multum pu-  
tat esse salubreis.

Non modicum sanas Asclepius  
adserit illas,  
Praesertim stomacho, pulchrum  
que creare colorem.

Contritis cepis loca denudata  
capillis  
Saepe fricans, capitis poteris re-  
parare de corem.

Agit

## VALET VDINE. 185

Agitur hoc in loco de Cepis. Ac pri-  
mo quidem dicitur, medicis de natura  
earum nondum satis constare Nā ipso  
rum quidam phlegmaticis ex vſu cſie  
tradunt, quidam verò minimè. Gale-  
nus.lib. 2. de alim. fa. cap. 71. cholericis  
admodum nocere, plegmaticis verò  
prodeſſe iis attestatur verbis: Abſtinē-  
dum ab aſſiduo uſu omnium acruim,  
ceu ceſparum, porri, & allii, & potiſi-  
mum cum iſ, qui ipſis yeſcitur, natu-  
ra fuerit biliosus. Solus enim qui uel  
ſuccum pituitosum, vel crudū & craſ-  
ſum & lentoſum aceruarint, cibi eiusmo-  
di ſunt accommodati. Siquidem cepæ  
vt 2. Cano. cap. 122. Auicennæ placet,  
in tertio calſaciunt abſcessū, ſed Ga-  
len.lib. 7. de ſimp. med. fac. ca. 58. quar-  
tūm excalſacentem ordinem ipſis  
adſignat. Quo fit vt calidis, quales  
cholerici cūprimitis existunt, vehemē-  
ter officiant. Rhazē verò lib. 3. ad Al-  
mans. cap. 18. ſuperfluos humores, &  
phlegma in ſtomacho generat. Quod  
de illis maximè intelligendum, quæ  
crude manduntur. Earum nāq; eſien-  
tia craſſarum eſt partium, & mali ſuci-  
ci. Porrò per fellitos, quemadmodum  
Cornarius noſter in ca. 7. lib. I. Macri  
diſerte admodū monuit, biliosos hoc  
loco accipere oportet, id eſt,  
nāq; eſt, ſicut phlegmaticos pituitosos.

R 5 Dein-

## DE CONSERVANDA

Deinde verò cepas phlegmaticis multum prodeesse traditur. Corpus enim calcaciunt, humoresq; crassos ac glutinosos in ipso coaceruatos concoquūt, attenuant, incidunt, & detergunt. Quin eadem etiam ratione stomacho frigidis, crassis, ac glutinosis humoribus grauato viles sunt, & ad validū colorem, veluti testis est apud Pliniū liber. 20. capite quinto Asclepiades, proficiunt. Neque enim fieri potest, vt viuidus a floridus sit faciei color, vbi ventriculus crudo, pituitoso, ac prauo succo refertus fuerit. Tertio demum loco adsecurit, contritaram ceparum succo pilos, siue crines locis glibris ac denudatis restitui, si eo sepius perfricentur: & maximè quidem si ex densatis infractisq; meatibus, & materiæ sub cute detinent corruptela glabrities, euenerit. Cepæ enim caliditate sua meatus aperiunt, materiamq; prauam sub cute detentam non solum digerunt ac resoluunt, sed meliorem etiam in locum eius substitunt. Quapropter alopeciæ succo earum conuentissimè perfricantur. Celerius enim, vt Dioscorides liber. 1. cap. 145. Galenus loco paulò antè citato, & Alexander Trallianus lib. 1. cap. 2. testantur, quam Alcyoniū pilos euocat. Vnde infertur tandem capitis decorum,

quem

Cōtracal  
uitiem.

## VALET VDINE. 186

quem Q. Serenus capitis honorem vocat, eo reparari. Capitis porrò decor capilli sunt: Cepæ præterea semen genitale gignunt, & Venerem stimulāt, virinam cident, appertenientiam ante alios cibos sumptuē excitant, sed largiora cibo capitis dolores faciunt, fitim mouent, fastidium pariunt, ruborem faciei inducunt, faluum multam generant, & rationē, vt aliqui ferunt, lèdunt. Succus illarum cum melle illitus, oculorū hebetudinibus, argemis nubeculis, & incipiētibus suffusionibus auxiliatur. Quinetiam canis morsibus idē cum aceto, ruta, & melle illitus cōfert quare hi quoq; duo versus à quibusdam hic additi sunt:

*Apopitas perhibent morsus curare caninos,*

*Si trite cum melle prius fuerint & aceto.*

Plura de his supra cap. 13. diximus, cùm de aliis ageremus.

¶ De Sinapi. Caput LXIII.

E Stmodicum granum, siccum, calidumq; Sinapi, Dat lachrymas, purgatq; caput, tollitq; venenum.

Duo hoc in loco potissimum agūtur: Primò nanq; perpuillum illud granū quod σίνηπι aut γάρπι Græci, Latini

R 6 verò

## DE CONSERVANDA

vero sinapi vocant, ad calfaciendum desiccandumque efficax esse traditur. & hoc quidem Galeno lib.8.cap. 5. de simpl. med. facul. teste , in quarto abſcessu. Deinde vero tres eidem adſignatur facultates .

P R I M A, quod lachrymas eliciat : excellēti enim caliditati ſua humiditates, quaꝝ in cerebro ſunt , attenuat, incidit, liquefacit, & diſſoluit, illis iraqꝫ fluentibus, ſimil etiam lachrymæ proſiliunt.

**C**aput purgare. SEC V N D A, quod caput putget: commanducatum.n. pituitas capitis pos ducit & purgat. Quinetiam tritū, naribusque admotum, sternutamenta ciet, quibus meatū obſtructions toluntur, & cerebri vitia expelluntur: eaꝝ ratione comititalibus & apoplectiis mirificè ſucurrīt .

T E R T I A, quod venenū tollat ſufitū nanq; ac incenſum, ſerpentes fugat, ad eorundem quoq; & ſcorpionū iectus cum aceto tritum magna utilitate illinitur, fungorūque venena diſcutit. Ad hēc lienis etiam affectibus ex humiditate & flatu procreatis cōfert. Item quartanis morbis, qui ex aduſta pituita contracti ſunt, priuera & podagris à pituita factis. Officit vero viſui & calido capiti, ac iecori. Cōcoctio nem & distributionem ciborum crassarum

rum

## VALE TUDINE. 187

rum partium adiuuat. Minuit quā in ventriculo ſunt humiditates . Illitum lepris, eas in melius mutat. Linguas etiā humiditatē grauatas ſiccāt. Si cum melle ſumatur, tuſles reſoluit. Cum cariſis vero illitum iſchiadicis & lienofis utile eſt: trahit enim quā intus ſunt ad corporis ſuperficiem. Plura Dioscoridi. li. 2. ca. 148. Plinius lib. 30. c. 22. & Simeon Sethi in Syntagmate .

De viola Purpurea Caput.

LX IIII.

**C**RAPULA diſcutitur, capitis dolor, atque grauedo, Purpuream uiolam dicunt curare caducos .

Hic tres referuntur effectus nigrae purpureaque violae: Primus, quod crappulam ſive ebrietatem diſpellat ac ſedet: Cuius ſanè rei duæ adferri ſolent rationes. Vna quidem, quod temperatum, luauem, & cerebrum confortantem ſpirer odorem: cerebrum vero roboratum ac validum ebrietas nō tam facile, quam imbecillum, tentet. Altera, quod cerebrum refrigeret, & fumis calidis recipiendis ineptum redat, adeoq; vini vaporem infringat, & ſic ebrietatem diſſoluat. Secundus, quod κεραλαγια, id eſt, capitis do-

R 7 lorem

Ebrietas

Mac. li.  
cap. 29.

## DE CONSERVANDA

lorem discutiat: & hoc quidem si à cau-  
sa calida,nempe à flava bile,ortum ha-  
buerit:hanc enim purgat, & ab ea ca-  
lorem extinguit. Horum effectū me-  
minit Plinius libro. 21 . capit. 19.vbi  
de violæ viribus differit his verbis:  
Violæ purpureæ crapulam & grauedi-  
nes capitisi impositis coronis olfactu-  
ve discutiunt. Meminit etiam Simeon  
Sethi in Syntag. Violæ, inquiens , dolo-  
res capitisi, qui fiunt à flava bile , so-  
piūt potę & odoratę.Tertius, quod cu-  
ret caducos.i.comitiali morbo corre-  
ptus, à symptomate accidenti ac casu .  
Hoc habetur apud Dioscoridem lib. 4.  
capite. 122 . Cæterum is non simili-  
citer hoc de purpurea viola tradit, sed  
de parte ea, quæ in flore purpurea exi-  
stunt, vel purpurascit. Sic enim scribit :  
*φασὶ δὲ τὸ τοφοφυρίζον τοῦ ἄνθους μεθ' οὐδατος ποθὲν , συναγχηκοῖς βούθειν καὶ εἰπληντιαις ταῖς εἰπὶ πεδίσαν.* Id  
est,dicunt id qđ in flore purpureū est,  
cū aqua potū anginis, & comitilibus  
puerorū morbis auxiliari. Videit itaq;  
acciپēdū esse de altero flore, qui in me-  
dio violæ instar capillamentorū inest.  
Sunt enim quidem flores , dicit Theophrastus libro.1. capit. 21. de historia  
plantarum, *διανθέτι*, id est, duplicitis flo-  
ris, qui alterum florem in medio ha-  
bent, velut rosa, & lilyum, & viola ni-

gra,

## VALET VDINE . 188

gra. Lege doctissimas Iani Cornarii  
annotationes in caput vigesimum no-  
num,libri primi Macri. Quinetiā Pli-  
nius loco iam citato id ipsum sic tra-  
didit : Id quod purpureum est ex iis ,  
comitilibus medetur, maximē pueris  
in aqua potum. Eiusq; rei hæc adsigna-  
ri potest ratio , quod cerebrum violæ  
fragrantia roboret, ita vt à paruis no-  
cumētis minimum lœdatur, & sic in e-  
pilepsiam non facile incidat . De vio-  
lis plura Galenus.lib.6.capite. 150. de  
simp.med.facultat.Rhazes libro. 3. ad  
Alman.ca. 21. Auicenna 2. Cano.capi.  
726. & Mesues libro.2.Sect. 1.capit. II.  
de simp.purg.

## ¶ De Vrtica. Caput L X V.

A Egris dat somnum,vomitum, *Ma.li. 2.*  
quoque tollit et vsum. *cap. 2.*

Illius semen colicis cum melle  
medetur,  
Et tussim veterem curat si sae-  
pe bibatur:

Frīgus pulmonis pellit,ventrif-  
que tumorem.

Omnibus et morbis ea subue-  
nit articulorum.

Hic

## DE CONSERVANDA

Hic séptem recensentur facultates  
Vrtice.

**Somnus.** A C P R I M A quidé quòd somnū  
ægrotantibus accerfat: Crassos nanq;  
& pituitos humores , quibus natura  
grauata somno destituebatur, exte-  
nuat, incidit, & priuatim expurgat.

**Vomitus** SE C V N D A, quod vomiti simu-  
lque vsum eius tollat: Lentam.n.& fri-  
gidam materiā; qua stomachū imbuea-  
te nausea ac vomitus plurimū subori-  
ti solent, incidit, excitat, & dissoluit.

**Colica.** T E R T I A, quod colicis medeatur.  
doloribus: nam extra hoc , quòd cras-  
sum pituitosumque humorem incidit  
& extenuat, crassos quoq; & flatulen-  
tos spiritus , qui exitum non habentes  
colicos excitant cruciatus, discutit &  
expellit.

**Tufsis.** Q V A R T A, quod veterē curet tuis  
simi , Crassos enim viscososque humo-  
res è pectore pulmoneq; edutit:qua ra-  
tione orthopnoæ quoq; & lateris do-  
loribus prodest , & maximè quidem se-  
men eius cū melle delinctum, quemad  
modum. i. Can.ca.725. in eum propè  
modum scribens Auicenna arteſtitatur.  
Quando cū priſana, ſive aqua hordei ,  
decocta bibitur , vitia pectoris extra-  
hit, & folia eius cū aqua hordei deco-  
cta thoracē à lentis crassisq; humori-  
bus expurgant, sed ſemē cum melle  
de-

## VALETUDINE. 189

delinctum ad omnia efficacius est.

**Q V I N T A**, quod frigora pulmo-  
nis pellat: humores nāq; frigidos ac pi-  
tuſos caliditate sua incident simul &  
extenuans ex pectore pulmoneq; e-  
ducit.

**S E X T A**, quod ventris tumorem  
discutiat atque fedet . Crassos enim ac  
flatulentos spiritus, quibus venter di-  
ſtentus in tumorem attollebatur, disſi-  
pat atque refoluit.

**S E P T I M A**; qd omnibus articulo Podagras  
rum doloribus, arthriditi nimirum, if-  
chiadi, & podagre subueniat: pricipue  
quidem, si prouenerint à lenta, crassa,  
ac frigida materia: eā enim vrtica cal-  
facit, incidit, & extenuat. Ad hæc, vr-  
tica flatuosum etiam quiddam obti-  
net, quo & Venarem extimulat, &  
maximè vbi cum paſſo aut muſto ſemē  
eius bibitur. Eodem modo potum &  
vuln̄ ora pateſcit, vtinam ciet, renū  
que doloribus medetur. Vétrē modicē  
ſubducit, ipſa duntaxat abſterſione, ac  
veluti titillatione, nō purgatione cru-  
dum ac pituitosum humorē educens.  
Dicit foeminis præterea menses folio-  
rum vrticæ decoctum , addita exigua  
myrrha, potum. Cauendum tamen ne  
linguam, œſophag onq; laedat nimium  
enim exurit: quod commode quidem  
fieri poterit, ſi poſt ſumptionem eius

pa-

**D E C O N S E R V A N D A**  
parum olei rosacei absorbeatur. Est autē virtus cū semine suo calida in principio tertii, siccā verò in secundo licet semē minore paulò, quām herba ipsa, siccitate partipet. Plura Dioscor. lib. 4. cap. 94. Plinius lib. 12. cap. 13. Gale. lib. 6. de simp. med. facult. cap. 13. Paulus lib. 7. Rhazes libr. 3. ad Alman. ca. 28. & Auicenna. loco citato.

**¶ De Hyssopo. Caput LXVI.**

*Ma.li. 2.  
ca. 5.*

**H yssopus purgans herba est**  
e pectore phlegma,  
Ad pulmonis opus cum melle  
coquenda iugata.  
**Vultibus eximium fertur prae-**  
**stare colorem.**

Hic agitur de hyssopiviribus: Quod quidem desicit, & excalfacit ordinem tertio, sed & tenuum est partium. Pritium manifesto experimento expurgat, facitq; ad pituitos tum cerebri, tum neuorum affectus, quod non modo munder, sed roboret quoq;. Quin & pectus, & pulmonem detergit, præsertim senibus, quorum pectora lenta, crastina, pituita referta sunt: quo sit, ut decoctum cum ficsis, aqua, melle, & ruta, potumque peripneumonicis, diu turnæ tuſsi, suspicioſis à capite in subiectas partes defillationibus, & ortho-

pnoicis

**V A L E T V D I N E.** 190  
pnoicis auxilietur. Ascarides reliquof-  
que intraneorum vermes pari modo  
sumptum enecat. Idē facit, si cum mel-  
le delingatur, mitri tamen addito mo-  
mento. Decoctum ex aceto mulso epo-  
tum, crastum humorem per aluum ex-  
trahit. Ad subducendam aluum cum  
ficsis viridibus detritis manditur. ve-  
hementiusque addita iri, nasturtio,  
aut irione, deiicit. Mesues exhibet cum  
iure, aut manna mistum, vel cum mel-  
le, aut vuis passis purgatis, vel scilla  
coctum. Cutis in corpore colorem fla-  
ridum efficit. Lieni, & aquæ inter cu-  
tem cum fico nitroq; emplastri modo  
imponitur. Inflammationibus quoque  
ex vino illinitur. Cum feruente aqua  
impositum fugillata discutit. In angi-  
nis cum ficorum decocto optimè gar-  
garizatur. Decoctum cum acero, den-  
tium dolorem in collutione sedat. Hyf-  
sopi vsus inflationes, auricularum præ-  
sertim, vaporis suffitu discutit. Cibi ap-  
petentiam inuitat, visum acuit, men-  
ses & vrinam ciet, & febrium horro-  
res excutit. Vinum decoctionis eius  
vterum à superfluitatibus purgat &  
abstergit. Plura Dioscorides lib. 3. cap.  
30. Auicenna. 2. Cano. cap. 365. & Me-  
sues. lib. 2. sec. 1. cap. 18. de medic. simp.  
purgantibus.

**¶ De-**

## DE CONSERVANDA

¶ De chærefolio. Caput. LXVII.

*Mac. li.1. sap. 22.* **A** Ppositum canceris tritum cum melle medetur.

Cum uino potum lateris sedare dolorem  
saepe solet, tritam si nec tis defu  
per herbam,  
saepe solet uomitum, uentreum que tenere solutum.

**Cancer.** cutates chærefoliae P R I M A , q̄ tritū & cum melle appositum cancrum curret. Est autem Cácer tumor durus, melancholicus, inæqualis rotundus, uenosus, id est, venas habens in circuitu turgidas, & exaltatas: liuescens, sive fuscus, & colore magis, quam inflammations, nigricans: calidus, sed non adeo, vt inflammations: subito accrescens, ægros maximè fatigans, & perpetuo feré dolore affligens, Græcè καρκίνος & καρκίνωμα dicitur. Hanc autem appellationem huic morbo indiderunt tam Græci, quam Latini, à cancro aquatiko animali, quoniam circa hunc implentur & intenduntur vene, cancerorum pedibus, à glomere illo corporis descendantibus, persimiles. Nonnulli verò inde sic nuncuparunt, quod difficillimè ab his partibus, quas

ob-

## VALETUDINE. 191

obsederit, euellatur, quemadmodum cancer aquaticus animalis. Hic enim loco, quem semel apprehenderit, pertinaciter hæret. Adde quod hic tumor cancri animalis colorem repræsentat. nempe subnigrum. Plura de hoc Paulus lib. 4. ca. 26. & Ioannes Tagaultius lib. 1. cap. 15. chirurg. instit.

**S E C V N D A**, q̄ cū vino potum, lateris dolorē sedet. Tormina quoque **Tormina** ventris mitigat. Crassas. n. inflationes unde dolores isti proueniunt, discutit. Præterea stomachi atq; aliorū etiā viscerū flatus dissipat, obstrunctionesque tollit: ad quæ quidē omnia vinū quoque per se sumptum singulare est.

**T E R T I A**, quod vomitus aluij; **Vomitus** profluvia sistat. Calfaciendi enim & exiccandi vi materiam eorum discutit atque consumit, & maximè quidem si à frigidō & pituitoso succo orientur. Vrinam & mensēs ciet, lateris, renum ac vesicā dolores tollit, cū melicrato exhibitum. Porro chærefoliū, de quo hoc loco agitur, nulla alia herba est, quam que vulgo nostrati *Kernel*, corrupta, vt appareret, ex chærefolio voce, appellatur. Ceterum medicamēta, quæ hic de chærefolio produntur, neque apud Plinium, neque apud villum aliū authorem Grecū reperiuntur, sed ex Plinio illo recentiore, & longè post

Ga-

**D E C O N S E R V A N D A**  
Galenum autore omnia transumpta  
sunt. Nam is hæc verba de ipso tra-  
dit, Chærephillon canceratis medetur  
lateris dolores ex vino mitigat. Qui-  
dā illud doleo incoctū a *κόπωσις* ad sol-  
vendā frigoris iniuriam, miscerunt.  
Ex aqua inulæ pituitam resolut. Ex  
aceto lumbricos & tenias perimit, vri-  
nam ciet, menstrua pellit. Tritum cum  
cera & axūgia vetere parotidas discu-  
tit. Lege doctissimi viri Iani Corna-  
rii annotationes in caput. 22. lib. 1. Ma-  
cri. Ad hæc succus siue stillatius che-  
refolii liquor potus cum carbonibus  
tiliae, & lapide ex cācrorum capitibus  
exempto, sanguinem ob casum, per-  
cussionem, vel contusionem in gru-  
mos concretum, certo experimēto dis-  
solut, & renum calculos frangit.

¶ De Enula campana. Caput

L X V I I I .

*M a l i . 1* *cap. 20.* **E**NULA campana reddit præ-  
cordia sana.

Cum succo rutaæ succus si fu-  
mitur eius,

Affirmant raptis quod profit po-  
tio talis.

Hic duæ referuntur facultates her-  
beæ, quam Græci vocant, Latini  
Helenium & Inulam, Barbari Enu-  
lam,

**V A L E T V D I N E.** 192  
lam, Officinæ Enulam campanam, &  
Germanice, Alant wortel, Calicè, de  
L'aulnèe, Hispanicè, Ala.

P R I M A , quod curet ac roboret  
præcordia: quo nomine iam exta in ho-  
mine intelligenda veniunt, nempe os  
ventriculi, membra spiritus, & quæcum  
que cordi propinquiora sunt. Et hoc  
fanè radice potissimum efficit. Ea enim  
calida & sicca atq; odorata est cū excre-  
mētitia humiditate, quapropter ecleg-  
matis cum melle temperata crassos ac  
lentos humores pectori pulmoniç; in-  
fractos educit, tussi, ortopnœaque  
prodest. Omnis iræ dolorisque obli-  
uionē inducit, cor exhilarat ac robo-  
rat. Ex ea vinum etiam cōficitur, quòd  
*Vinum e  
ventrapitns* Græcis dicitur. Hoc contra  
stomachi & pectoris vitia, & cordis  
ex humiditate & frigiditate imbecil-  
litatem efficax est, excrementa in ve-  
nis sanguini permista, per menses, ac  
vrinas expellit. SECUND A , q succus  
eius cum ruta succo permixtus hernio-  
sis, hoc est, ruptis, quibus intestina in  
scrotum deuoluuntr, admodū opitule-  
tur, & maximè quidē si hernia ex fla-  
tu multitudine etenerit. Eos n. ruta  
atq; helenii succus discutit. Radix præ-  
terea helenii stomacho prauis succis  
referto utilis est in passo condita, ob-  
structionesq; iecoris atq; lienis tollit.

Tri-

## DE CONSERVANDA

Trita, potaq; ad cruetas excretiones singularis est, & serpentium mortibus medetur. Ruptis ac conuulsi omnibus confert. Folia eius ex vino cocta utiliter illinuntur frigidis ac diurnis partium affectibus, eiusmodi sunt nonnullae coxarum passiones *τοχιάδες* vocant, & exiguae assiduaeque articulorum quorundam praे humiditate procidentiae ac luxationes. Plura Diosco.lib.1. cap.27. Gale.lib.6.ca.14.de sim.med. fac. & Auicen.2. Cano.cap.240.

¶ De Pulegio. Caput. LXIX.

Mac.li.2  
cap. 4.

C Vm uino nigram choleram potata repellit,  
Appositam ueterem dicunt sedare podagram.

Duo hoc in loco Pulegii recensentur effectus: prior quidem, quod atrā bilē cum vino expurget: eiusque rei testis etiam est Dioscorides.li.3.c.30. Atrā, inquiens, bilem per alium exigit.

Alter vero, quod peculiari proprietate quadam antiquā curet podagrum. Crastos enim viscososque humores, vnde podagra generari plurimum sollet, vehementer calfacit, decoquit, extenuat, & emolitur. In tertio namque ordine calidum & siccū esse statuitur,

qua-

## VALETUDINE. 193

quapropter podagrīcī etiā per se subuenit, impositū vīque dum rubescat locus. Vipollere corroborandi, ex bona fragrātia cius satis liquet. Aperit quoque, attrahit, & cōsumit: ratione tum efficit, tum qualitatum. Potum menstrua, secundas, ac partus eicit. Pulmonis vitia ex melle & aloë potum extrahit, & conuulsi auxiliatur. Capitis dolores impositum leuat. Quin & olfactu capita tueri contra frigorum aestusque iniuriam, & à siti traditur. Nauseas, stomachiq; erosiones ex posca permulcet. Bibitur in vino ut ilissimè contrā serpentium mortis. Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum. Sic catum præterea crematumq;, & in puluerem tritum, gingiuas confirmat. Illicitum cum polenta inflamationes omnes sedat. Cū cerato varos extinguit. Lienosis cum fale ut iliter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat: & eadem utilitate insidentibus feminis prodest inflationes, durities, & muliebrium locorum cōuersiones corrigens. Plura Diocor.loco citato, Plinius lib.20.cap.14. Gale.libr.6.cap.93. de simpl.medic. facult. & Simeon Sethi in Syntagmate.

¶ De nasturtio. Caput LXX.

S Illius

## DE CONSERVANDA

Ma. li. i. Ilius succus crines retinere  
cap. II. fluentes

Illitus adseritur, dentisque leua-  
re dolorem.

Lichenas succus purgat cum mel-  
le perunctus.

Hic agitur de hortis familiaribus her-  
ba, nasturtio, quod καρφάμον Græci  
vocabant, Germanicè Kerffe, Gallicè, Cref-  
son alenois, Hispanicè, Mastuerço. Et refe-  
runtur tres ipsius facultates.

P R I M A, quod succus eius siue sti-  
lactitius liquor, capiti illitus, aut potius  
etiam capillorum defluvia fistat, præ-  
fertim si ex densatis infarctisq; meati-  
bus orta fuerint. Crastos enim & pitui-  
tosos humores calfacit, incidit, & exte-  
nuat.

S E C U N D A, q; dentium cures do-  
lorē, præcipue si à frigida materia pro-  
uenerit. Eam n. nasturtium discutit.

T E R T I A, quòd succus eius cum  
melle illitus lichenas, i. impetigines, si-  
ne squamas cuti adhæretes, abstergat.  
Nascitur ex phlegmate potissimum  
salī, sed nasturtium intus assumptum  
omne phlegma pellit & expurgat: nā  
& rācū quoq; insigniter abstergit. Na-  
sturtii semen aduentis, seu causticæ fa-  
cilitatis particeps est, sicut sinapi. Pro-  
inde coxædicit, & capitis dolores, atq;  
aleo

## VALETUDINE. 194

ad eo quodcumq; aliud rubrificationē  
postulat, eo perinde atque sinapi excal-  
faciunt. Miscent quoque remediis.  
qua exhibentur asthmaticis, tanquam  
scilicet id, quòd crastos succus valen-  
ter incidere valeat, velut & sinapi: nam  
per omnia ei simile est. Stomacho ad-  
uersatur, aluum turbat, ventris lum-  
bricos pellit, lienem imminuit, partus  
examinat, menses cit, & venerē stimula-  
t. Illitum cum melle lienē extenuat,  
fauos expurgat: Serpentium venenis  
potum resistit, atque eos suffitu fugat:  
carbunculos ad suppurationē perducit  
& ruinit: Coxendicibus cum polenta  
commode ex aceto illinitur: tumores  
inflammationesq; discutit. Furunculus  
cum muria illitum emittit. Vomitum  
flauæ bilis citat, eandemque per infer-  
ni edicit. Tradunt nonnulli, nastur-  
tiū vim vigoremq; animi suscitare, ac  
proinde eos, qui ipsum elstauerint, in-  
genio ac mente promptiores fieri. Lege  
Plinium lib. 19. cap. 8. & Era smi chiladi-  
des in prouerbio, "Διεκόδεπον. Por-  
rò & herba arefacta similem semini  
vim possidet. Humida verò adhuc, &  
viridis propter aquæ humiditatis ad-  
missionem, multo semine inferior  
est: adeoque tunc mordacitas eius mo-  
derata est, vt cum pane ea vti liceat,  
ceu obsonio. Plura Dioscorides libr. 2.

DE CONSERVANDA  
cap. 149. Plinius libr. 20. cap. 13. Gale-  
nas lib. 7. cap. 8. de simp. medic. facult.  
Simeon Sethi in Syntag. & Auicen. 2.  
Cano. c. 513.

¶ De chelidonia Caput LXXI.

Ma. li. 2.  
ap. 29.

Aecatis pullis hac lumina  
mater hirundo  
(Plinius vt scripsit) quamuis  
sint eruta, reddit.

Notatu dignū est, quod hic ex Plini-  
o de chelidonia refertur: népe ipsam  
pullis hirundinum visum restituere.  
Locus est lib. 25. cap. 8. vbi sic scriptum  
reliquit: Animalia quoq; inuenere her-  
bas, in primisque chelidonium. Hac e-  
nīm hirundines oculis pullorū in nido  
restituunt visum, vt quidam volunt,  
et iā eritis oculis. Meminit eiusdē etiā  
lib. 8. ca. 27. hisce verbis: Chelidonium  
visui saluberrimam hirundines mon-  
strauere, vexatis pullorum oculis illa  
medentes. Hoc nomen, vt lib. 1. ca. 176.  
Dioscorides testatur, sibi videtur vē-  
nidaſſe, quod aduentu hirundinū exo-  
riatur, & discelli emarescat. Sunt qui  
narrant hirundines excētatis pullis,  
admotā herba, visum restituere, inquit  
idem. Hinc cognitum est, succum eius  
homīnū oculis, quoq; mederi, vtiq; in  
quiibus crassum quiddā in pupilla col-

ligi-

VALET VDINE. 195  
ligitur digestione atque discussione in  
digeñs. Hinc igitur edocti medici che-  
lidoniā omnibus ferē oculorū reme-  
diis pro visus claritate admiscere solēt.  
Herba est nota, crocei succi, cuius in-  
uentiō hyrundinibus ob id quoq; at  
tribuit, q; pulli earum sāpius, quā vl-  
li aliarū auiū cæcitatē incident. Hirundi  
nū. n. stercus chelidonię oppositū præ-  
stat: excēcat namq;, si calidum in ocu-  
los decidat, & præcipue matrū. Quod  
etiā faciat testatur litera, Nā Tgobi. 2.  
seniore illum hoc stercore excēcatū  
fuisse legitur. Cor. C.lib. 6. cap. 6. fabu-  
lam putat, per patentes oculos herba  
restirui, qui per se sanescant. Chelido-  
nia tertii est ordinis absoluti iam, idq;  
tū in calfaciēdo, tū in ficcādo. Attrahit  
igitur, discutit, & cōsumit. Radix tri-  
ta & in vino decocta caput, columel-  
lamq; frigidorum humorum à capite  
descendentium multitudine laxatam, ac  
lingua radici atque faucibus incum-  
bentem, expurgat, si exurgentem in-  
defumum infundibulo adhibito æger  
admittat, & vinum deinde gargarizet.  
Cum aniso, & vino albo pota, mede-  
tur regio morbo, & vleribus quæ ser-  
punt, imposta cum vino, aut māduca-  
ta dentium dolorem sedat. Plura Ga-  
lenus libro. 8. capite. 172. de simp. med.  
facult.

S 3 De

## DE CONSERVANDA

¶ De Salice. Caput LXXII.

*Mac. lib. ca. 16. &* A Vribus infusus vermes succus necat eius.

*li. 2. c. 35 Idem lib. 4. ca. 11.* Cortex verrucas in acetō cocta resolutit.

Huius flos sumptus in aqua frigescere cogit

Instinctus Veneris cunctos acres stimulantes.

Et sic desiccatur, ut nulla creatio fiat.

TRIA hoc loco de Salice traduntur,

PRIMVM quod succus eius auribus inflatus vermes interficiat, & maximè quidem, si is sit ex foliis, & cortice expressus. Amarum enim quidam in se habet & acerbum. Idem quoque cum rosaceo in calyce punici calcatus, aurium doloribus & sanie medetur.

SECUNDVM quod cortex eius in acetō decoctus, verrucas pellat. Hac rem Dioscorides lib. 1. cap. 117. sic tradidit: Corticis cinis admisto acetō maceratus, illitu clauos, & callos tollit. Est enim vis eius admodum desiccatoria, sed ita tamen, ut morbi abstineat, habet verò etiā quandam adstringētionē. Auicenna ca. 541. secundi Can. eundem effectum portulacæ quoque

tri-

VALET VDINE. 196  
tribuit. Ex ea, inquiens fricanteur veruce, & eradicat eas non qualitate, sed naturali quadam facultate.

TERTIVM, qd flos salicis conceptus prohibeat, & hoc certe ob vim desiccatoria, & adstringētionem. Hoc ipsum autē ἀστυληθιαὶ ἐργάζεται Dioscorides dixit, hoc est facere ut mulier non concipiatur. Nō autem solum mulierum conceptus prohibet salicis semen, sive fructus, sive flos, velut hic appellatur, sed etiam instinctus Veneris omnes cōgelat ac resiccat, etiam in viris, ut generare nequeant. Atque hoc ipsum Democritus quoque apud Cōstantinum Cæsarem lib. 1. cap. 14. tradit his verbis: Qui fructus salicis appellatur, pabulo pecorū admixtus, ipsa pinguefacit. Tritus autem & in potu acceptus ab homine steriles facit ex quo & Homerus οὐκ ait:

Κλύτροις αἰγεῖσποτε καὶ ιταῖς αἱ τει-

καφῆσι.

Hoc est:

Et populi & salices plantæ fructum perimentos.

Verū Theophrastus lib. 3. cap. 1. de historia plantarum, & Plinius libro. 16. capite. 26. vocem ωλετίκεψων non sic accipiunt dictam ab Homero, ut significet fructum ac sēminum humarū perditionem, sed ipsius arboris.

S 4 Pli-

**D E C O N S E R V A N D A**  
Plinii verba hæc sunt, Ocissimè autem  
salix amittit semē, antequām omnino  
maturitatē sentiat, ob id dicta ab  
Homero frugiperda: seutaq; ætas sce-  
lere suo interpretata est senentia, quā  
do semē salicis mulieri sterilitatis me-  
dicamentū esse constat. Hæc ferè Ia-  
nus Cornarius in cap. 11. lib. 4. Macri.  
Didymus antiquissimus Homeri in-  
terpres, ita ex Theophrasto de salice  
refert: ὁ καρπὸς τῆς οὐρανοῦ μεγεθεὶς  
δημιουργεῖ τὴν γονὴν τὰν εἰνθράτων. Id  
est, Fructus salicis potus genituras ho-  
minum demolitur. Plura de Salice Ga-  
lenus li. 6. de simp. med. facult. ca. 55. &  
Auicenna. 2. Cano. ca. 686.

**¶ De Croco. Caput LXXXIII.**  
**C**onfortare crocum dixerunt  
exhilarando.  
Artus defectos reficitq; hepar  
reparatque.

Hic agitur de proprietatibus qui-  
busdam Croci: Ac primo quidem cor-  
pus roborare dicitur, eique lœtabun-  
dam quandam conciliare alacritatem  
iucunditatemve, præcipue si quis eo  
modice vtatur. Immoderatus enim  
sumptus, pondere nimirū trium drach-  
marum, letalis est.

**D E I N D E** vero membra deficta. i.  
de-

**V A L E T V D I N E.** 197  
debilia ac postrata reficere, inque vi-  
gorem suum restituere, traditur. Su-  
perat enim in eo calfaciens & qualitas  
& facultas, vt tota eius esplentia secundi  
sit ordinis excalfacientium, & primi  
exiccatum: proinde concoquendi,  
maturandi, emolliendi, aperiendi, &  
discutiendi vim quandam habet, ad-  
iuuante scilicet & paucula quadam ad  
strictione. Cor non parum exhilarat,  
ipsumque adeo, ac simul etiam hepar,  
atq; alias corporis partes, ob insiden-  
tem nimirū adstrictionem, ita cor-  
roborat, vt non facile dissolui queant,  
obstructionesque tollit. Quinetiam  
stomachum moderato calore suo fir-  
mat, eiusque tum concoquendi, tum  
distribuendi facultatē adiuuat. Immo-  
dicē tamen illo vtendum nō est: quip-  
pe qui ira nauseā facilē moueat, & cibī  
in appetētiam, Græci *avopeζταν* vocāt,  
efficiat siquidem aciditatem in ventri-  
culo extinguit, quæ præsertim appe-  
tentiam excitat. Siccando mediocriter  
dispositionibus pectoris pthifícis auxi-  
liatur, putredines corrigit, anhelitum  
facile reddit, eiusq; instrumenta cor-  
roborat. Nam si visus ipsius mediocris  
fuerit, facilem respirationem, & ama-  
bilem coloris bonitatem facit: sin ve-  
rò citra monendum, pallorem inducit,  
cerebrum infestat, capitis dolorem

**D E C O N S E R V A N D A**  
comimouet, sensus obtenebrat, & oculos hebetat. Vino impositus vehementer inebriat, adeoque exhilarat, vt insaniam maximè alacrem lætabundam ve pariat. Si quis verò ex passo biberit, crapulam non sentiet. Additur in potionibus, quæ interaneorum causa tempe rantur. Pituitosa vitia & lethargica sānat. Sōnum conciliat. Venerem stimulat, menses & vrinam ciet. Mulieribus difficulter pariētibus, in potu duarum drachmarum pondere exhibitus, partum accelerat. Illitus cum humano lacte visum abstergit, & oculorum fluxiones cohibet. Aurium remedii vitissimus est. Vergentes ad ignem sacrum inflammatione inunctus lenit. Vulva sedisque cataplasmatibus utiliter induitur. Plura Dioscorides libr. I. capite. 25. Plinius libro. 21. capite. 20. Galenus libro. 7. de simplic. medicamē, faculta capite. 57. Simeon Sethi in Syntagmate. Serapion capite. 173. simplicium, & Auicenna libro. 2. Can. capite. 129.

**¶ De porro, Capus  
LXXIIII.**

Red-

**V A L E T V D I N E.** 198

**R** Edit foecundas mansum per  
saepe puellas,  
Manentemque potes naris reti  
nere cruentem,  
Vngas si nares intus medicami  
ne tali,

*Ma. li. i.  
cap. 6.*

Duæ hoc in loco porri referuntur proprietates: Ac priori quidem, quod imprægnandi facilitatem vtentibus mulieribus pariat: atque ne abortiant grauidæ prohibeat. Quod sānè magni etiam Hippocratis autoritate Plinius libro. 20. capite. 6. in hunc modum scribens confirmat: Hippocrates & sine alia mixtura dari iubet, vulvasq; contractas aperiri putat. Fœcunditatem etiam fœminarum hoc cibo augeri. Idque non in cibo tantum, sive potu, sed illitum quoque & foris admotum, præstat. Coquitur enim in aceto & marina aqua coma eius, decoctoque illo infidentium fœminarum præclusi duratiq; loci utiliter fouentur. Folia quoque porri muliebres locos, qui nimio humore madescentes fœtum haud continere valent, egregiè purgant. Item ex abortu profluua fistit, poto succo cum lacte mulierum.

S 6 AL-

## DE CONSERVANDA

ALTERA , q̄ sanguinem è nāribus erumpentem fistat : & maximè quidem succus eius cum aceto , addito thure , aut manna , vel galla , aut mētha . Idem quoque sanguinem reiicien tibus cum gallæ aut thuris farina , vel acacia , auxilio est . Quinetiam potè feminis drachmæ dux cum paribus myrti baccis veteres sanguinis ex pectore reiectiones sanant . Acrimoniam enim quandam habet porrum , & adstringens di aliquam vim , sed semen acrius est . Plura suprà c. 13.

## ¶ De pipere. Caput LXXV.

**Q** Vod piper est nigrum , non est dissoluere pigrum . Phlegmata purgabit , concoctricemq; iuuabit . Leucopiper stomacho prodest tusiq; dolorique Vtile , præueniet motum , febris que rigorem .

Agitur hoc in loco de triplici genere piperis , lōgo scilicet , albo , & nigro . Et fructus quidem , vt lib . 8 . cap . 42 . de simpl . med . fac . Galenus memoria prodidit , nuper admodum germinantis arboris , longum piper est , quare etiam maturo humidius , humiditatis eius

indi-

## VALET VDINE . 199

indicum est , quod facile repositum per foretur , ac non protinus mordiceret , sed post paulò incipiat , verùm plusculum duret . Fruetus veluti acerbus immaturusque album est piper , nigro quidem acrius . Nā illud iam quasi super assarū est , & superexiccatum . Longum quidē piper , μαρύν Graci , album λευκὸν nigrum μέλαν πέπερι vocant . Sanè prioribus duobus versibus tres nigri comprehenduntur proprietates .

P R I M A , quod in dissoluendo non sit pīgrum , hoc est , crastos , glutinosos ac frigidos humores , flatuososq; spiritus egregiè discutiat . Valenter enim tum excalfaciat , tū desiccat , ordine nimirum tertio completo .

S E C U N D A , quod phlegmata ex purget . Viscidam enim pituitam , quæ in interiore corpore , nempè in thorace pulmone , & intestinis residet , concoquendo atque extenuando dissipat expellitque .

T E R T I A , quod plurimum adiumenti concoctoria adferat facultati . Hoc ipsum Dioscorides etiā li . 2 . ca . 15 . iis confirmat verbis : Somnū , inquiens , & appetentiam cibi conciliat , concoctionem adiuuat : vtunturque ob id eo ad inunctus . Porrò ad eum usum melius est longum : quippe quod Galeno lib . 4 . cap . 10 . de Sanitate tuenda , teste ,

S 7 fla-

D E C O N S E R V A N D A  
flatuosi spiritus crasitudinem soluit,  
& quæ in præcordiis pigra cessant, ad  
ventrem depellit, & concoquendis quæ  
sumperis subuenit.

Posterioribus duobus versibus quinque  
que albi piperis referuntur vtilitates.

P R I M A , quod stomacho conferat:  
ipsum enim, vt Galenus eodem quo an-  
te loco testatur, supra duo reliqua gene-  
ra roboret.

S E C U N D A , quod linetu potuq;  
tussientibus opituletur: præsertim si ex  
frigido & crasto humore tussis euene-  
rit: eum nanq; piper album calcacit, in-  
cidit, & dissoluit. Pari modo & cunctis  
aliis frigidis, & à pituita ortis pectoris  
vitiis uocavit.

T E R T I A , quod dolori subueniat:  
idq; intelligendum, vel de dolore pe-  
ctoris, vt iam dictum est, vel de dolore  
flatuoso: Potum enim cum melle & re-  
centibus lauri foliis, flatuosos spiritus  
& tormenta discutit.

Q V A R T A , quod præsumptu fe-  
bris accessiones, sive exacerbationes,  
*παροξυσμούς* Græci vocant, auertat: &  
hoc quidem in febribus frigidis: Earum  
nanque materiam excalfaciendo quo-  
dam modo dissipat & expellit:

Q V I N T A , quod febris horro-  
bus circuitu repentinibus, sive potu si-  
ue illitu subueniat: Nervos em & mus-  
culos

V A L E T V D I N E . 200  
culos caliditate sua vehementer robo-  
rat, & in eis residentem materiam consu-  
mit. Hinc est quod lib. 3. ca. 1. Macer in  
hunc modum cecinerit:

*Quodque mouere solet frigus periodica  
febris*

*Cōpescit, febris si sumitur ante tremorem,*

Quod. 2. Cano. cap. 556. iis verbis  
Auicena innuere etiam voluit, inquiens:  
Fricando fit iniunctio ex ipso cum unguen-  
to, & confert rigori. Eiusque rei  
exempla sunt apud eundem. 1.4. trac.  
2. capite. 12. Et haec certe facultates non  
albo tantum piperi, sed & reliquis quo  
que generibus conueniunt. Libera-  
lior piperis usus, quemadmodum est  
apud Aristotelem Sect. 1. proplemate,  
44. vrinas prolicit, parcior autem al-  
bum deticit: è contrario vero scam-  
monia. Piper caliginem, que oculis  
obuersatur, absterget. Serpentium  
morsibus auxiliatur. Angina eo &  
melle conuenienter perunguntur: Cū  
vua passa manducatum pituitam a ca-  
pite elicit. Strumas cum pice discutit.  
Vitiliges ex nitro emaculat. Plura  
Plinius libro duodecimo capite septi-  
mo, & Serapion capite. 357. de simplic.  
medic. facul.

*¶ De gravitate auditus. Caput  
L X X V I .*

Et

DE CONSERVANDA  
ET mox post escam dormire,  
nimisque moueri,  
Ista grauare solent auditus, et  
brietasque.

Hic tria recententur, quibus auditus  
prægrauari solet.

PRIMVM, cibus quem somnus sta-  
tim excipit, & maximè quidem si ven-  
triculus eo distentus fuerit. Hic enim  
concoctionē impedit, & cruditates gi-  
gnit. Ex incōcoctis verò ac rūdis in  
vētriculo cibis viscōsi, crassi, & flatuo-  
si sūcītāntur fumi: qui in caput subla-  
ti, cùm exitū nō inueniant, auditorios  
obstruunt meatus, auditumq; grauant.  
De hoc noanihil eriam supra ca. 3.

SECVNDVM, morus, siue labor  
vehementior illico post ingestū cibum  
suscepimus: Cuius causā Calenus in cō-  
mentario *τερπὶ εὐχυνίας, καὶ κανοχυ-  
πλας* c. 5. hāc esse tradit. Nam sicuti, in-  
quit, bona valeritudini ante cibū exer-  
citatio maximum adfert commodum,  
sic qualiscunq; sumpto cibo motus no-  
xius admodum est. Alimentū enim ex-  
ventre ante concoctionem in diuersas  
corporis partes distribuitur, ppteræ-  
que crudi humoris copia per venas ag-  
geritur. Vnde crassi etiam ac flatuosi  
spiritus sursum elati, meatus auditio-  
rios obturāt. Idē quoq; li. 6. de sanitate  
tuen-

VALETUDINE. 201  
tuenda cap. 8. iis testatur verbis. Non  
leue incommodum nonnullis accidit,  
cūm repleti cibo se exercitant. Nonnulli  
enim & caput impletur vaporibus,  
& in iocinore aut ponderis sensus, aut  
distentionis, aut vtriusque percipitur.  
Et lib. 1. cap. 9. de alimen. facul. Carnes  
inquit, inanitatē rapiunt ex ventre suc  
cum non modò semicoctum, sed non-  
nunquam etiam omnino crudum atq;  
incocatum, cūm cibo sumpto operibus  
se reddiderint: ob eamque causam ii  
grauissimis morbis potea prehendun-  
tur, & ante senectam intereunt.

Stare tamen post comedionem, vel  
suauiter deabulare, quo cibus ad fun-  
dum descendat ventriculi, multum ex-  
pedit & confert, ob bonam ciborum  
concoctionem. Idq; vulgato etiam hoc  
comprobatur versiculo:

Post cenam stabis, aut paſsus mille mea  
bus.

TERTIVM, ebrietas. Nam ex cali-  
di vini temperatura multi omnino va-  
pores ac fumi ad auditus ὅργανον prō  
ptē deferuntur, qui, cūm exitum non  
inueniant, spiritum eius insitū pertur-  
bant, & audiendi difficultatem, Grā-  
cis βαρησιαὶ καὶ δυρησιαὶ appellā-  
tam, pariunt. Neq; verò auditui solum  
sed visui quoque ac reliquis sensuum  
instrumentis omnibus ebrietas nocet,  
quem-

## DE CONSERVANDA

quemadmodum 4.3.ca.2. Auicenna iis testatur verbis: Ex eis quidem, quæ non cent auri, & reliquis sensibus, sunt naufragia fatigata, & repletio, & propriæ somnis super repletionem. In nonnullis exemplaribus hic etiam versus adscriptus habebatur:

Balnea, sol, vomitus, adfert repletio clausor.

Nec male quidem, siquidem & hæc auditum grauare, & aurium sonitus generare. 4.3.capite.11. autor est Auicenna. Oportet, inquiens, ut omnes isti vitent solem, balneum, motum laboriosum, vomitum, clamorem, coitum, & repletionem, & ut leniant naturas suas.

## ¶ De tinnitus siue sonitu aurium.

### Caput LXXVII.

MOtus, longa fames, vomitus, percussio, casus, Ebrietas, frigus, tinnitus causat in aure.

Septem hoc in loco enumerantur sonitus, siue tinnitus aurium cause.

PRIMA, motus, immoderatior scilicet. Humores enim & spiritus vehementiore atque inordinato corporis motu concitati, crassos ventososq; gerant flatus, quibus sursum vergentibus.

## VALETUDINE. 202

bus cum facilis non pateat exitus, tinitus excitatur. Ac plurimum sanè ob ventosi flatus in auditorio meatu commotionem nasci solet.

SECVNDA, fames, siue longior, ultra consuetam edendi horâ abstinentia. Cuius Auicen. 4.3.cap.9.hanc tradidit esse causam: Nèpè quod humores per corporis mollem dispersi ac quietantes longiore fame exagitentur. Natura enim cibo, in quem agat, destituta, ad humores conuertitur, eosque resoluit & communet.

TERTIA, vomitus violentus & multus. In hoc enim motus accedit vehementior, quo humores exagitari sursum ad caput feruntur, quo fit ut oculi nonnunq; ac facies rubescant, visusque debilitate, nonnunq; vero vapores ac ventosi flatus ad auditorium pertingat organum, tinnitusq; excitent.

QVARTA, prægressa plaga, siue percussio sphærule capitis, & maximè qua parte aures sitæ sunt. Innato enim auditus aëri vehementius inde exagitated spiritus accedit. Siquidem membro aliquo leso, quemadmodum in lide renum affec. dignot. & cura. cap. 12. Galenus testatur, spiritus statim & sanguis, qui sunt naturæ vehicula, eo concurrunt: ex quorum deinde commotio ne tinnitus accidit.

QVIN-

DE CONSERVANDA

QUINTA, casus: præfertim supra caput. Cuius eadem cum præcedente ratio est. Quinetiam humores in corpore ex quolibet casu vehementer exagitantur.

SEXTA, ebrietas, & maximè quidem ex largo vini potu. Inde enim caput fumis repletur ac vaporibus, qui ad auditorios meatus vergentibus, in natus eorum aër commouetur, & sonus quidam excitatur.

SEPTIMA, frigus immodicum. Eo enim auditus organū, & naturalis cerebri calor debilitantur, vt flatuosos generet spiritus, quibus ad aures pene trantib. tinnitus facile elicitor. Neque ob dictas solum causas, sed ob alias et non paucas sonitus in auribus flunt. Nempe ob flatuofum spiritum in capite generatum ac commotum. Ex sonitufaniei, qua in ipsa fortassis aure genita est: aut ex feroore puris in partibus eius, aut ex motu vermium in auditoriis meatibus se penumero eu eniente, aut ob humoris in toto corpore ebullientis cōmotionē: sicuti in febris ferre & paroxysmorū principiis continet: Aut ob superfluam in corpore repletionem, præfertim in capite. Aut ex lenta & crassa materia in ventosos flatus resoluta: Aliquando ob pharmacorum articularium ysum sonitus quidam etiam

VALET VDINE. 203  
etiam flunt. Qui in febris sonitus sunt, minimè interturbādi sunt, vt plurimū enim statim fedātur. Plura Galenus lib. 3. de cōpositione Pharmacorū secundum locos ca. 1. de sonitu in auribus. Serapion tract. 2. ca. 12. de surditate, & Auicenna loco iam citato.

¶ De visus nocumentis. Caput

LXXVIII.

B Alnea, vina, Venus, ventus,  
piper, alia, fumus,  
Porrum cum cepis, faba, lens, fle  
tusque, sinapi,  
Sol, coitusque, ignis, labor i-  
ctus, acumina, puluis,  
Ista nocent oculis, sed vigilare  
magis.

Vnum & viginti numero hic refe-  
runtur, qua noxam oculis important  
Ac PRIMVM quidē Balneū; idq; tam  
humidum, quam siccum, hoc stupha  
Barbaris, Latinis aëreum dicitur: Illud  
verò Tina vulgo, Latinis Solium ap-  
pellatur. Duplici porrò nomine vtrun-  
que oculis officit. Primum quidem im-  
modicè excalfaciendo temperaturas  
eorum destruit. Natura enim, yelut su-  
p̄a ostendimus, frigidi sunt & aquosi,  
Deinde vero tenuiores humiditates,  
qui-

## D E C O N S E R V A N D A

quibus visu*i*, iisque ignei temperantur, refocillanturque spiritus, resolut & exiccat. Atque hinc adeo prope Rhe-num, vbi plurimus vtriusque balnei virus est, non pauci possum ocurrunt cæci, quemadmodum in Hollandia ob scordinatam victus rationem multi ileprosi.

S E C V N D V M, vinū, & maximè quidē si immodecē bibatur. Cū enim, caput vt sepius iam dictum est, vaporibus ac fumis replete, non oculos tantum ac visum, sed reliquos etiam sensus omnes immoderato v̄su hebetare putandum est.

T E R T I V M, Venus, immodica scilicet hāc enim obtundere oculorū aciem, Medici omnes vno ore prædicant. Cuius causam Petrus Aponensis Sectione. 4. problematum Aristotelis, comment. 3. hanc esse tradit: Nempe quod coitu auferatur id, quod cōmodum est oculis, humidum scilicet aqueum & subtile, quo spiritus fulcuntur visu*i*. Oculus enim, vt lib. 5. cap. 1. degeneratione animalium, & alibi sa pius Aristoteles adseruit, humidus est & de natura aquæ. Iam verò euulsis atq; euacuatis humidis, partes superiores necessario exiccantur. Quo fit, vt oculi, qui humiditate vigent, à sua descendat natura, hebetioresq; fiant. Me ritò

## V A L E T V D I N E. 204

ritò autem humiditate vigent, nisi enim ea sustentarentur, per igneos facili spiritus, qui in frequenti sunt motio ne, exarescerent. Atque hinc sanè constat, superiores partes immoderato con cubitu plus iusto exiccati, visusque aciem hebetari: Humores enim deorum trahuntur.

Q V A R T V M, Vetus, & precipue Austrinus: De quo lib. 3. aph. 5. Hippocrates. Νότοι inquit, βαρυκόστις, ἀχλωδεῖς, καρπαρίνοι, hoc est, Austris auditum hebetant, caliginē obdūcent, capitis grauitatem efficiunt. Auster enim natura calidus & humidus est, ac magna ex parte pluuias & tempestates adfert, quare etiam τὸ τὸν αὐστήσεων ὅργανα διπροσέγγυτα quē admodum Philotheus ait, id est sensuum instrumenta implet & obtundit. Ceterum vox α'χλωδεῖς, bifaria interpretari potest. Primum, vt ad austeros ipsos referatur, qui caliginem aëris efficiunt. Iis enim flantibus aëris sit turbidus, crassus, caliginosus, & tenebrosus. Secundò, vt ad oculos ipsos potius hæc vox referatur, qui flantibus austris caliginosi redduntur, minusque acutē vident. Ut enim reliqua omnia sensuum instrumenta nō satis probè suo funguntur munere, sic etiā oculi ipsi ab austro cali

**D E C O N S E R V A N D A**  
caliginem quandam contrahunt. Legē  
Galenū commentario. i.in.i.epidēm  
Statū. i.apho.8.

**Q V I N T V M**, piper: Hoc enim cū  
impensis exiccat, acres omnino vapo  
res frequenti esū generat, qui vbi ad  
caput ascenderint, oculos mordicant &  
excitant.

**S E X T V M**, Allium: quod acrimo  
nia, fānē & vaporibus, quibus caput re  
plet, oculos offendit. Suprā cap.13.

**S E P T I M V M**, fumus: qui certē q  
mordacissimus, sit miniumque exiccat,  
infestissimus est oculis. Aristoteles pro  
blem. 22. Sēct. 31.

**O C T A V V M**, porrum: hinc enim  
crasī ac melancholici generantur fu  
mi, qui sursum elati, oculorum aciem  
hebetem faciunt, si quis eo frequentius  
vtratur. Suprā cap.13.

**N O N V M**, cepæ: horum namq; esū  
acres similiter ad caput submittuntur  
fumi, qui non visum tantum, sed vt qui  
dam volunt, rationalem etiam animę  
partem lədunt. Simeon Sethi.

**D E C I M V M**, faba: flatuosum em̄  
craſſumq; & melancholici generat fu  
mum, qui horrenda & terribilia parit  
somnia, mentem perturbat, ingeniiq;  
aciem obtundit, & spiritus visuos ob  
tenebrat. Galen.lib.1.de alim. fac.cap.  
26. & Simeon Sethi in Synt.

V N D E-

**V A L E T V D I N E.** 203  
**V N D E C I M V M**, lens: Eavisum  
integrum & inculpatū hebetat, ipsum  
immoderata exiccans. Galen.lib.1.de  
aliment. facil.ca.25.

**D V O D E C I M V M**, fletus: præ  
fertim immodicus: Hic enim cū re  
centricem oculorum facultatem imbe  
cilliorē reddat, visum vehementer ob  
lədit & sanam oculorum aciē nimio  
plus siccando hebetat.

**D E C I M V M E T T E R T I U M**,  
sinapi: quod acrimonia sua visum effi  
cit debiliorem.

**D E C I M V M E T Q V A R T V M**,  
conspēctus Solis: Et hoc quidem ob ex  
cellētē eius splendoreni ac nitorem,  
quibus visum destrui, manifesta con  
stat experientia & ratione. Sēfibiliū  
enim exuperationes, vt li. 2. de anima.  
cap. 12. Aristoteles adstruit, sensuum  
instrumenta corrumpunt. Quod qui  
dem Galenus etiam li. 10. de visu part.  
cap. 3. in hunc modum scribens appro  
bat: Solem ipsum, inquiens, si quis ocu  
lis in conniuentibus velit intueri, ocu  
los celeriter pdet: multiq; in Solis de  
fectibus, cū eū affectū, qui Soli acci  
derat planius nosse cuperent, fixis oca  
lis Solē intuentes, imprudentes pror  
sus fuerunt occēcati. At enim per niuē  
iter facere quā oculis sit perniciosum,  
simus Xenophōti credis, experien  
T tia

**D E C O N S E R V A N D A.**  
tia tibi discere id licet: Sin verò natu-  
ralius quidpiam audire sustines, vbi  
ellychnium ardēs, aut aliam quamvis  
flammam in sole luculento constitue-  
ris, cernes eam protinus marcescere,  
atq; etiam si propè quamlibet flamma  
magnam ellychnium posueris, vel a-  
liam quamvis flammarum minorem, re-  
pente extinguetur: cū quæ minor lux  
est à maiore vincatur semper ac dissi-  
petur. Lege eūdem etiam lib. i. de cau-  
sis sympto. cap. 6.

**D E C I M V M E T Q V I N T V M,**  
Coitus: & maximè quidem int̄pesti-  
vus ac immoderatior. Hunc enim pau-  
lò antè capiti oculis, omnibusq; sen-  
suum instrumentis, plurimum nocere  
ostendimus.

**D E C I M V M S E X T V M**, Ignis,  
Cuius frequens inspectio & splendor  
vehementer exiccat oculos, visumque  
debilitat. Quo fit, vt fabri ferrarii, &  
quicunque artes suas, quibus se suo-  
que suscent ad ignem exercent,  
rubros ferē & debiles habeant ocu-  
los.

**D E C I M V M E T S E P T I M V M,**  
Labor: immodicus scilicet. Is .n. san-  
guinem efficit sicciorum, sicut etiam  
relicnum corpus. Siccitas autem totā  
eudem indurat, ergo vel eam, qua pu-  
llia integritur. Itaque vis illa conspi-  
ciendi

**V A L E T V D I N E.** 206  
ciendi cooperitur, & delitescit. Aristo-  
teles problem. sect. 31.

**D E C I M V M E T O C T A V V M,**  
Ictus siue percussio capitis, & maximè  
quidem qua parte oculi sunt. Cum e-  
nim sanguis inde, sicuti præcedente  
capite ostēdimus, ad oculos rapiatur,  
accidit vt spiritus visu perturben-  
tur, adeoque visus ob id debilitetur,  
& apostema nonnunquam generer-  
tur.

**D E C I M V M E T N O N V M,**  
nimius acrum rerum visus: cuiusmodi  
falsamenta nonnulla existunt quæ fu-  
morum acrimonia aciem oculorum  
obtundunt.

**V I G E S I M V M**, puluis, siue am-  
bulatio per loca puluerulenta: puluis  
enim ad oculos pertingens visum ma-  
xime obscurat.

**V I G E S I M V M P. R. I M V M,**  
immodicē vigilizæ, quæ non oculos tā-  
tum, sed totum etiam corporis habi-  
tum impensis exiccant, & extabefac-  
iunt.

**A D H A E C,** nocet oculis quælibet  
repletio: & quicquid naturam exiccat,  
quicquid item sanguinem conturbat,  
siue ex rebus sit salis, siue acribus, siue  
etiam aliis: & omnis ebrietas. Vomitus  
medio quodā modo se habet: confert  
enim quatenus ventriculū expurgat;

T 2 nocet

## DE CONSERVANDA

nocet verò quatenus cerebro insiden-  
tes materias commouet, adque oculos  
defluere facit. Quòd si necessarius fue-  
rit, cum facultate a sumpto cibo pro-  
uocandus est. Sónus quoq; superflui,  
quiq; repletionem mox subsequitur,  
infestus admodum est oculis. Sic quo-  
que copiosa sanguinis detractio. Potif-  
sum verò , quæ per frequentem cu-  
curbitularum affixionem celebratur.  
Plura Auicenna. 3.3. trac. I.ca. 3. &c. 3.  
3. trac. 4. cap. 4.

¶ De corroborantibus visum.

Caput LXXIX.

F Oeniculus, verbena, rosa, Et  
chelidonia, ruta.

Subueniunt oculis dira caligi-  
ne pressis.

Nam existis aqua sit, quae lumi-  
na reddit acuta.

Quinq; hoc loco recensentur herbe  
quarum succo & stillatatio liquore, si-  
ue aqua, visus reficitur ac recreatur.

P R I M A, fœniculus: succus nanq;  
caule & foliis expressus, siue distilla-  
tus, quemadmodum libr. 3. ad Alman.  
cap. 47. Rhazes testatur, & nos suprà  
cap. 49. abundè ostendimus, ad exci-  
tandam oculorum aciem præstantissi-  
mus habetur.

SE-

## VALETUDINE. 207

S E C U N D A, Verbena, siue Ver-  
benaca: ἡ εριστερά γα, καὶ ἡ παρθένη  
Græci, Germani verò Ysernay vocat.  
Huius stillatitus liquor semel aut bis  
oculis quotidie admotus, ipsorum vi-  
tiis mederi prohibetur. Quia ratione  
oculorum remediis plurimum misce-  
ri solet. Semē eius, vt in Pandectis Syl-  
uaticis refert, cum succo fœniculi im-  
positum, oculos emundat.

T E R T I A, rosa: cuius aqua refrige-  
rando, & adstringendo oculorum po-  
tissimum fluxiones cohibet, animalem  
que spiritum acvisum corroborat. Suc-  
cus recentibus foliis expressus Diofco  
ridi libr. 1.c. 12. ad oculorum circumli-  
tiones reconditur.

Q V A R T A, chelidonia: Huius  
succus claritati oculorum utilissimus  
est, quemadmodum satis superq; ostē-  
dimus suprà cap. 7 1.

Q V I N T A, ruta: herba vulgo co-  
gnita, quæ visus aciem exiccat, grauef  
que oculorum dolores emplastri mo-  
do imposta cum polenta mitigat. Plu-  
ra suprà capite. 61.

¶ De dolore dentium sedando.

Caput LXXX.

S Ic dentes serua, porrorum  
collige grana.

T 3 Vre

**D E C O N S E R V A N D A**  
Vre cum hyoscyamo simul, vte  
re iure decenti.  
Per sicchionem et fumum cape  
dente remotum.

Remedium hoc in loco traditum ef-  
ficacissimum ad sedandum dentis ex-  
erosione dolorem. Quod constat se-  
minis hyoscyami albi, & porri singu-  
lorum partib. iiii. & seminis cepæ parti-  
bus ii. S. Primū optimè præmundato  
dente, semina simul cōbūrāntur, exūr-  
gentemq; hinc fumum eger admittat,  
infundibulo adhibito, ad affectū dērē.  
Lege de hoc plura apud Aeginetā li. 3.  
. cap. 26. Aētin. lib. 8. ca. 3. 3. Auic. 7. 3.  
ca. 19. & Mesuen de ægritudinib. oris,  
titulo, de vermicibus dentium. Hyoscy-  
mi natura est. ἀγαθόν, que doloris  
leuiamentū adeò prestat, vt vix percipi  
quidem amplius possit. Fumus vero se-  
minū porri atq; cepæ. Auicen. 2. Can.  
cap. 547. teste accommodatisimus est  
necādis eiiciendisq; vermisbus, qui in  
erosi nonnunq; dentibus intolerabili-  
les cruciatuſ excitant. Hyoscyamus, &  
libro. 4. cap. 64. à Dioſcor. describitur,  
frutex est caules emittens crassis. fo-  
lia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta;  
flores è latere caulis ordine prodeunt  
tanquam punicorū cytini, scutulis fe-  
pti ſeminum plenis, vt papaueris, Ger-  
ma-

**V A L E T U D I N E.** 203  
manicē Bilſencruyt. Gallice: Insquame.  
His. Veleno, ήριζα μετ' ὁξει εἰθεῖσα,  
ἔδοντα λυίας εἰς διάκλιμα, i. radice  
eius in acetō elixa, utiliter in dolore  
dētes colluūtur. Quod Macer etiā lib.  
2. cap. 35. hisce verbis confirmat:  
Ore dia tepidum si contineatur acetum,  
Quo ſint decocta radices illius herbe.  
Dicitur immodecum dentis pacare dolo-  
rem.

Porrō χαϊνον, quod in emboti locū  
ſubſtituimus, diminu-  
tuum eſt, & ſignificat infundibulum.

¶ De raucedine vocis. Caput

#### L X X I.

**N**Vx, oleum, frigus capitisq;  
anguillaq; potus,  
Ac pomum crudum faciunt ho-  
minem fore raucum.

Sex cauſa raucedinis hic recēſentur.  
P R I M A, Nux: ea enim cum vehe-  
menter exiccat, vocem exasperat, grūū  
que clangoribus ſimilem efficit.

S E C U N D A, Oleum: & maximē  
quidē ex immitaturis oliuis expri-  
mitur. Huius n. glutinofa quādā pars  
dum in ore continentur, ad aſperā dela-  
bitur arteriam, ipsamq; diutulē inhæ-  
rendo stringit & exasperat. Omne  
præterea oleum in biliosi corporibus

T 4 prom-

**D E C O N S E R V A N D A**  
promptè acceditur ; quare vocalem  
fæpè arteriam iphis exasperat, raucedi-  
nemq; parit. Quod oleo attribuitur  
hoc in loco, id iplum etiā de caryino ,  
quod è nucibus conficitur inglandi-  
bus, intelligi potest.

**T E R T I A**, frigus capit: Ipsum  
enim caput cōprimit ac stringit : quo  
fit, vt humores, q; sunt in cerebro, deor-  
sum ad asperā arteriam defluant, eam  
que immodecē humectando raucedi-  
nem excitent.

**Q V A R T A**, anguilla: De ea satis  
supra cap. 31. dictum est.

**Q V I N T A**, apodus: nimius. f. & ma-  
ximè quidem, si instante nocte , atque  
hora somni exhibeat. Asperam. n. ar-  
teriam immodecē rigat & humectat :  
qua ex medicorum omnium senten-  
tia potissima raucitatis causa est.

**S E X T A**, pomum crudum: quo no-  
mine quilibet fructus crudi intellige-  
di hoc in loco veniunt . Quatenus. n.  
crudi existunt, phlegmatis generant  
multitudinem. Quod si immaturi præ-  
terea ac styptici fuerint , fauces exas-  
perant, raucedinemq; parunt. Plures  
causas raucitatis enumerat Auicenna,  
10.3. Tract. 2. cap. 1.

**R heumatis remedia. Caput**  
**L XXXII.**

Iei-

**V A L E T V D I N E . 209**  
**I**Eiuna, vigila, caleas dape, tu-  
que labora,  
Inspira calidum, modicum bibe  
comprime flatum.  
**H**aec bene tu serua, si vis depel-  
lere rheuma.  
**S**i fluat ad pectus, dicatur rheu-  
ma catarrhus :  
**S**i ad fauces, branchos, si ad na-  
reis esto coryza .

Hic septem enumerantur rheuma-  
tis remedia .

**P R I M U M**, fames siue ieuniū per  
hoc enim iplius consumitur materia .  
Fames enim vt aphor. 59. libr. 7. Hip-  
pocrates adserit , corpora exiccat . Et  
hoc quidem ex accidenti. Nam cum fa-  
mescimus, si in fame perseueremus ,  
naturalis calor , qui nunquam cesiat ,  
pabulo, in quod agat , destitutis, car-  
nium humiditatem exiccat . Quare  
rheumatis quoque materiam conco-  
quendo ac difflando consumit .

**S E C U N D U M**, vigiliæ: que & ip-  
se sanè cum totum corporis habitum,  
quemadmodum lib. 7. cap. 6. methodi  
meden. & comment. 28. libr. apho. Ga-  
lenus testatur , sufficenter exiccent ,  
rheumatis etiam causam, nempe cere-

T 5 bri

DE CONSERVANDA  
bri humiditates, necessario consumunt,  
vaporumq; copiam ad caput transmitti  
ti prohibent.

TERTIVM, cibi calidi: præsertim  
si à frigida materia *pervix* initium du-  
xerit. Eam enim cibi calidi conco-  
quunt ac maturant.

QUARTVM, labor: Hic n. sicuti  
li. z. de dieta Hipp. adserit, si apte natu-  
ra superflua demit. Cuius deinde hæc  
adferat causam: népe qd corporis siccat.  
Corpora n. laborantium calcificū, qui-  
bus calefactis attenuatur & depurgat  
id quod in ipsis superfluum est: sed re-  
uera hoc est, quia calor ille exiccat.

QVINTVM, calidi aëris inspira-  
tio. Et maximè quidē si ex frigida ma-  
teria sit rheuma. Ea nanque per cali-  
di aëris attractionem incandescit ac ma-  
turatur.

SEXTVM, moderatio potus. Nā  
& hæc corpora, periude ac fames, exic-  
cat: adeoq; rheumatis materiam matu-  
rando dissipat atq; consumit.

SEPTIMVM, coabitio, siue re-  
tētio spiritus. Ea frigido potissimum au-  
xiliatur catarrho frigefactas nanq; pe-  
ctoris particulas, Aetio lib. 8. cap. 34.  
test, calfacit, materiamq; catarrhi pi-  
tuosam ac frigidam concoquit, di-  
sperrit atq; consumit. Gal. li. 3. c. 3. de  
sanitate tueri, τε πνέουμε τοι κατοχή

VALET VDINE. 210  
*καὶ κατάληψις* dicitur. His amplius  
oportet ut is qui catarrhū patitur, ca-  
put suum moderato calore continen-  
ter foueat, & a frigore, Boreali præser-  
tim, tueatur: & maximè quidē post  
diutinos Austri flatus. Si quidem ca-  
put, ut comment. 12. lib. 3. apho. Gale-  
nus scriptum reliquit, repletum est in  
calida atq; humida Austria constituta-  
tione. Frigidis autem Septētrionis su-  
perueniens, ceu manus quedā extrin-  
seca capiens ac premens cerebrū, velut  
ti spongiam quandam exprimit illam  
qua in ipso cōtinetur, humiditatem.  
Hæc verò delata alias ad alium locū,  
ex iis qui faciles sunt ad patientem,  
multos generat morbos. Minimè ta-  
men sub diō solaribus radiis nudū ex-  
ponendum est, neq; ad luculentū ignē  
diutius commorādo excalfaciendum;  
Eo nanq; modo rheumata augentur.  
Multam quoq; ciborum ingestionem,  
præsertim vaporosorū, ac vini potum  
fugiat: imò verò quoad fieri potest, fa-  
men ac sitiū toleret. Cauet èt à po-  
tu aquæ glacialis ac niualis. Præterea  
supinum cubitum vitet, ne peccans hu-  
mor in posteriorem partem & dorso-  
lem medullam deferatur. Ea n. pars  
quum manifesto careat meatu, quo  
materia excernatur, periculū est, ne ad  
neruos penetrans conuulsionē aut pa-

DE CONSERVANDA  
ralysin generet. Somnum item fugiat  
diurnum, quantumque potest vigilet:  
quoniam est radix curæ. Hęc ferè Rha-  
zes libr. 9. cap. 14. ad Almanso. & Aui-  
cenna. 5. 3. trac. 1. cap. 13.

Vltimi duo versus differentiam in-  
ter catarrhum, branchon, & coryzam  
continent. Rheuma autem nomen est  
generale ad quemlibet materiæ deflu-  
xū d'nr̄ t̄s p̄s, quod est fluo. Eius spe-  
cies, siue membra sunt catarrhus, brā-  
chus, & coryza, de quibus supra ca. 3.

Porrò rheumatis generatio imbrū  
generationi similis est, quemadmodū  
libr. 2. de partibus animalium cap. 7.  
Aristoteles docet. Cūm enim ex terra  
vapor exhalat, efferturque in sublime  
à calore, vbi supernum aērem subierit  
frigidum, conficit: denuo in aquam  
propter refrigerationem conuertitur,  
atq; in terrā defluit. Fluxiones etiam  
sic ex capite oriuntur in iis corpori-  
bus, quibus cerebrum frigidius est,  
quam temperamentum modicum po-  
stulet. Cūm enim alimētum per venas  
sursum respirat, vbi excrementum ob-  
eius loci vim refrigeratum est, fluxio-  
nes pituitæ, faneisque mouet. Haec te-  
nus Aristoteles.

¶ De curatione fistulae. Caput  
LXXXIII.

Auri-

VALETUDINE. 211  
A Vripigmentum, sulphur mis-  
cere memento.

His decet apponi calcem, con-  
iunge saponi,  
Quatuor haec misce, commix-  
tis quatuor istis

Fistula curatur, quater ex his si-  
repleatur.

Medicamentū hoc in loco pro fistu-  
le curatione describitur longè opti-  
mum quod, vt præter quotidianā ex-  
perientiam recentiorum ferè omnium  
scripta testantur, neminem vñquā fe-  
fellit. Népè vt fistulis infundenda col-  
lyria, siue penicilla, ex auripigmento,  
hoc est, arsenico, sulphure, calce, & sa-  
pone commisceantur. His enim omni-  
bus insignis quedam ineft erodendi,  
exiccandi, discutiendi, abstergendi, &  
emundandi facultas: que ad fistulæ cu-  
rationem cumprimis necessaria est.

Auripigmentum, siue arsenicum, fa-  
cultatis est caustice, siue vrentis, idq;  
tam cōbustum, quam vſtionis expers.  
Discutit, attrahit, erodit, consumit &  
emundat. Crustas cum vehementi vre-  
dine & violento morsu excitat. Repri-  
mit quæ excrescent. & capillos euel-  
lit. Quod verò sublimatum est, can-  
crum, lupum, esthiomenon, noli me-

T 7 tan-

## DE CONSERVANDA

rangere,fistulam,& omnes tales pessi-  
mos morbos,prima die occidit,& ex-  
tirpat.

**Sulphur.** Sulphur substantia teneue est,calfa-  
ciendi & ipsum vim obtinet,celeriter  
concoquit,atrahit,detergit,& dif-  
ficit.

**Calx.** Calx omnis communiter habet fer-  
uidam vim,erodit,vrit,& ignium mo-  
do crustas inducit.Calx vero in aqua  
elota absque mortu*s* deficcat:ac si bis  
terque,aut amplius abluta fuerit,pla-  
ne mordacitatis expers constituitur  
ac si renue absq*ue* mordacitate exiccat.

**Sapo.** Sapo,qui Gracis etiam σφημα di-  
citur,est pingue illud album,sue ni-  
grum,quo vestes mulierculae lauant,  
abstergunt,& emundant.Calfacit qui-  
dem & deficcat,sed reliquis paulo re-  
misi us,aptis simus est ad emolliendos  
tumores in σκίψεω induratos.Q.Sex-  
enus Sammonicus prima longa extu-  
lit cap.ii.

*Atrito sapone genas purgare memento.*

**Fistula.** Porro fistula(quæ Gracis σφημα no-  
minatur)arctus oblongusq*ue*,& callo-  
sus est sinus,aliquatenus indolens,af-  
fidu*e* & periodice,id est,secundum di-  
uersa tempora,sue lunationes,vt vo-  
cant,fluens.Qui magna parte ex ab-  
scensibus paru*m* dextre curatis oritur,  
sed & ex aliis nonunquam viceru*m* gene-  
ribus

## VALET VDINE. 212

ribus,ac sinibus perpera curatis,na-  
citur.Hæc autem nomen accepit ab arun-  
dinearum fistularum tralatione.  
Quandoquidem in eis cavitas quedam  
deprehenditur,arundinu*m* cavitatibus  
similis.Plura Corne.Celsus lib.5.cap.  
8.Paulus Aegineta libro.6.capite.77.  
Auicenna.4.4.tract.4.capite.11.& Io-  
annes Tagaultius libro.3.chirurg.in-  
stit. capite.18.

*¶ De doloribus capitis. Caput*  
**LXXXIIII.**

**I** capitis dolor est ex potu,  
lympha bibatur,  
Ex potu nimio nam febris acu-  
ta creatur.  
Si vertex capitis,vel frons aestu  
tribulentur,  
Tempora,fronsque simul mode-  
rate saepe fricentur,  
Morella cocta necnon calida-  
que lauentur,  
Istud enim credunt capitis pro-  
delle dolori.

Duo hic tradant remedia doloris  
capitis.P.R.I.M.V.M,si cuipiam ex vi-  
ni,vel alterius catuslibet liquoris in-  
ebriantis potu,dolor accidat capi-  
tis,vt is in potu aqua vtatur frigida.

Ea

## DE CONSERVANDA

Ea nanque frigiditate ac crassitudine sua impedit, ne fumi ex eiusmodi potu sursum euecti cerebrum petant ac ledant.

SE C V N D V M, si cuipiā vertex capitis, sive frons nimio calore aestuet, vt ei tempora & frons moderatè primū fricentur, ac calida deinde aqua decoctionis morella lauentur.

P O R R O morella, sive Maurella, vt disertè admodum Janus Cornarius in cap. 34.lib. 2. Macri exponit, dicitur folatrū Officinis appellatum, ab atrum acinorum colorem Mauros referentē: Græci ἡρικῆς καπνοῖς, Latiniverò Solanum vocant hortense, Germanicè, *Nachtscaye*, Gal. Morelle de iardin. Notum est omnibus, vtnturque ad omnia ea, qua refrigerari adstringique postulant. Poteſt enim hac duo ordine ſecundo, Galeno lib. 8. cap. 144. de ſim. med. facul. teſte. Folia per le trita & imposita capitis dolores fanant. Dioſcorides lib. 4. cap. 66.

¶ De quatuor anni temporibus.

Caput LXXXV.

T Emporis aestuii iejunia corpora ſiccant,  
Quolibet in mense et confert vomitus, quoque purgat  
Hu-

## VALETUDINE. 213

Humores nocuos, ſtomachus quos continent intus.

Ver, Autumnus, Hyems, Aestas dominantur in anno.

Tempore vernali calidusque aer malidusque.

Et nullum tempus melius eſt phlebotomiae.

Vtis tunc homini Veneris confort moderatus,

Corporis et motus, ventrisque ſolutio, ſudor,

Balnea, purgentur tunc corpora per medicinas.

Aestas more calet ſicca, et noctatur in illa

Tunc quoque praecipue chole ram rubram dominari,

Humida, frigida ferula dentur, ſit Vénus extra,

Balnea non proſunt, ſint rarae phlebotomiae,

Vtilis eſt requies, ſit cum mode ramine potus.

Plurima hiſce verſibus comprehen duntur. Ac PRIMVM quidem, quod iciunia

**D E C O N S E R V A N D A**  
ieiunia corpus p æstatæ validissimè exsiccet. Aestas enim cum calida sit & sicca, necessariò talem est vim, nepe calidam ac friccam, in corpore exercet. Cum igitur efficit riorē, poros aperit, sudoremq; elicit: Quo sit vt humoribus largè discussis a cōsumptis corpus vehementer exsiccat. Superueniente aut insuper & ieiunio, magis omnino exarefieri necesse est. Naturalis siquidē calor, vt capite. 82. oftēdimus, humido destitutus cibali, in propriā agit carnium humiditatē, ipsamq; exhaustit & exiccat. Fames enim corpora siccatur.

**S E C V N D V M**, quod vomitus singulis mensibus semel aut bis prouocatus, plurimum tuendæ sanitati adferat emolumenti. Ventriculum enim à bile & pituita, cæterisq; prauis ac vitiosis humoribus, quibus grauatus fuit, exonerat. Atque hoc quidem de Hippocratis consilio constat. Nam in lib. de salubribus diæta ita scriptū reliquit. Melius est, vt is qui singulis mensibus vomere costitute, continuo bido hoç agat, q; interpositis quindecim diebus: ita enim secundus dies prioris reliquias extudit. Quæ quidem sententia in libro etiā de insomniis repetitur. Galenus quoq; li. 5. de visu particū ca. 4. hanc Hippocratis sententiam iis confirmat verbis: Recte igitur veteres medici vomitus

tus

**V A L E T V D I N E.** 214  
tus à cibis in singulos menses repeti præcipiebant, alii quidem semel, aliive rō bis. Oés autem hi qualitates ipsas eo casu comedendorum acres, atq; abstifforias diligere consulunt, vt pituita omnis è ventriculo purgetur, neque prauo succo, corpus adficiatur. De hoc nonnihil etiam supra cap. 15. Cur vērō arte vomitū interdū moliri oporteat. Aulen. 4. 1. ca. 13. hanc potissimum adsignat causam: Nempe quod ventriculo a natura nihil ordinatum sit quo irritante sua sponte expurgari queat: sicuti intestinis flava bilis, quæ descendens ipsa facile & abstergit & emundit. Idem eodem in loco quam plura etiam vomitus recenser commoda, siquidem recte fiat, & vomens suapte na tura facile ferat.

**A C P R I M V M** quidem, quod cæpitis grauitatem tollat: idq; maximè si ex humorum ac vaporum multitudine è ventriculo ac membris inferioribus sursum vergente contracta sit: si verò a proprio ipsius cerebri fuerit no cumento, ab eo cauendum, vt qui grauitatem augeri magis soleat.

**S E C V N D V M**, quod visus aciem subtiliorem reddat: præsertim si visus ob vaporum copiam è ventriculo sursum ascendentem obscuratus fuerit: alias enim offendit potius.

T E R-

## DE CONSERVANDA

TERTIVM, quod naufragia auferata satietatem : humorem enim in ventriculi spacio innatantem, ac naufragia excitantem, e vacuat.

QVARTV M, quod illi etiam, ad cuius ventriculum flava bilis confluens cibum corrumpit, egregie optuletur: eam enim per superiora exturbat.

QVINTVM, quod stomachi subversionem atque abominationem ex pinguium ac dulcium alimentorum eis contractum submoueat.

SEX T VM, p. ἀνορεξία, id est, appetitiae amisionem, & corruptum ipsum ventriculi desiderium, quo nimis acria solum, aut acida, aut pontica appetuntur, curet. Vomitus namque eiusmodi affectionem causas omnes remouet: remotis vero causis, effectus quoque tolli necesse est.

SEPTIMVM, quod corporis ex humorum redundantia lasitudini conveniat: euacuata enim materia vires corporis omnes alleuantur & recreantur.

OCTAVVM, quod renum ac vesicæ ulceribus succurrat, materiam namque eò corruentem ad oppositam abducit partem.

NONVM, quod lepræ auxilietur: & maximè quidem si cum vehementi vomitu, quale veratrum cum primis

existit, eliciatur. Hoc enim lepræ materiali eradicatu difficultem è remotis locis subducit. Quinetiam primæ concoctionis errata corrigit, quo sit, ut & reliqua concoctiones absolutiores fiant. Lepre enim origo est ex concoctione facultatis corruptione.

DECIMVM, quod corporis color ex uitioso aliquo humore depravatum emendet: ipsum enim a cute aliò deriuat.

VNDECIMVM, quod epilepsia ex ventriculi cum cerebro sympathia obbortam curet: humorem enim, cuius evaporatione epilepsia accidebat, è ventriculo expellit.

DVODECIMVM, quod distero, illi præsertim, qui ab obstructionibus initium ducit, medeatur: vehementiore siquidem vomendi conamine obstructionum materiae à locis, quos obsidebant, auertuntur. Ad hanc materia etiam pituitosa, quæ eiusmodi ferè patit obstrunctiones, vomitu educitur.

DECIMVM TERTIUM, p. asthmati subueniat: causam enim eius antecedentem tollit. Quin thoracem etiam ac pulmonem calcificando superfluitates absumit, unde asthma gigneatur.

DECIMVM QVARTV M p. tremorem atque paralysin curet: harū enim

DE CONSERVANDA  
enim passionum materiam aufert.

DECIMVM QVINTVM  
magna & nigra vlcera in extremis par-  
tibus, & impetiginem, materiam diue-  
tendo curen.

QVANQVAM verò vomitu-  
ritè prouocatus dictori cōmodorum  
omnium sit autor, cauendum tamen  
vnice erit, ne is qui valere & senescere  
volet, vt vomat quotidianum habeat.

**Auctorē**  
**4. I. cap.**  
**14.**  
Nam eius frequentia asiduusq; visus  
stomachum lentinam & lacunam fa-  
cit omnium superfluitatum. Præterea  
furditatem etiam inducit, visui obest,  
thoracis pulmonisque venas disrum-  
pit, nocet dentibus & doloribus capi-  
tis, maximè si non ex ventriculi vi-  
tio orti sint. Cæterū in eliciendo  
vomitū summa diligentia consideran-  
dum medico, qui ad vomendum faci-  
les, quique difficiles futuri sint. Di-  
fculter enim vomentes, ad vomito-  
nes non sunt cogendi, sed per inferio-  
rā potius purgandi. Diffculter enim  
vomentibus, vbi eos ad vomendum  
vrsuris, venarum quæ in chorace sunt  
ruptionis periculum imminet. Diffi-  
ciles autem & inepti ad vomendum sunt  
mediocriter carnosí, & augusto tho-  
race prædicti. Contrà, verò faciles, & i-  
donei, qui tenues gracielesque natura  
sunt, & amplum obtinent thoracem.

Que

VALET VDINE. 216

Quæ singula Hippocrates libro. 4.  
aphorismo. 6. & 7. ita scribens confir-  
mat: Graciles, & ad vomendum faci-  
les, per superiora purgare conuenit.  
Qui verò ad vomendum difficiles sunt  
& mediocriter carnosí, hos per inferio-  
ria purgare oportet. Tempus vomita-  
tioni aptissimum est estas, vt pote in  
qua biliosi potissimum humores gé-  
nerantur, qui facile sursum ferun-  
tur, & per vomitū sine negotio ei-  
ciuntur. Quod Hippocrates etiam li-  
bro. 4. aphorismo. 4. ita scribens con-  
firmat. Aestate quidem superiores ma-  
gis ventres, hyeme autem inferiores  
medicamentis purgare conuenit. Ne-  
que obstat quod Hippocrates in libro  
de dieta salubri aphorismo. 15. contra  
rium adstruere videatur: sex hybernis  
mensibus vomere vtile esse tradens: &  
Celsus libro. 1. ca. 3. vomitum vtiliorē  
hyeme quam aestate esse scribat: quod  
vterq; in iis locis de pituita vacuati-  
one, quæ citra purgantia medicamenta-  
fit, loquatur. Quando enim hyeme in  
ventriculo pituita generatur, necesse  
est vt illam vomitibus expurgemus.  
Verum vniuersum corpus si purgare  
instituamus, æstate per superiorem  
ventrem, hyeme per inferiorem, vt est  
in aphorismis relatū, purgabimus.  
Quid multa? vniuersum corpus estate  
per

**D E C O N S E R V A N D A**  
per superiora & vomitum magis pur-  
gandum, hyeme verò per inferiora. P-  
tuitá verò in ventriculo tantum con-  
ceruatum hyeme, vomitu eiicere nihil  
prohibet, imò plurimum confort. Po-  
rò quidex eis quæ per vomitum quo-  
uis tempore eiiciuntur prædicere lice-  
at, Hippocrates libro secundo prognos-  
ticaphorismo. 18. & sequentibus, &  
post eum in suis commentariis Galen-  
nus, abundè docuerunt. Lege plura-  
pud Leonhartum Fuchsim ca. 30. me-  
thodi perueniendi ad medecinam.

**T E R T I V M** ex iis, quæ in præsci-  
ptis notantur versibus, est, quod qua-  
tuor sint anni tépora, Ver scilicet, Ae-  
stas, Autumnus, & Hyems. Et inter hec  
ver, licet per se sit omnis excessus pla-  
ne in medio, quemadmodum libro. I.  
de temperamentis capite septimo, Ga-  
lenus testatur, respectu tamen habito  
ad reliqua tempora, calidum dicitur  
ac humidum. Hoc tépus sanguini mit-  
tendo accommodatisimum est: si qui-  
dem equale est, atque adeo neque ni-  
mis calidum, neque supra modum fri-  
gidum: vt rectissimè ab Hippocrate li-  
bro septimo aphorism. 54. dictum sit:  
Quibus sanguinem è venis detrahere  
conferit, iis Vere sanguinē mittere pro-  
dest. Hoc item tempore sa nguis in cor-  
poribus augetur. Cōuenit autem ut in ve-  
re,

**V A L E T V D I N E.** 217  
re, ad imminuendam repletionem, Ve-  
nus, motus, ventris solutio, sudor, &  
balnea sint moderata. Hoc etiā in tem-  
pus, vt libro sexto aphorism. 47. Hip-  
pocrates testatur, aptum est corporis  
purgationi, quæ fit per medicamenta.

**Q V A R T V M**, quod ætas calfa-  
ciat atq; exiccat, ac proinde flaua bilis,  
quæ calida & sicca est, per ipsam in cor-  
poribus augetur. Ad moderandam  
igitur *συσκότια*, quæ corporibus ra-  
tione temporis accedit, alimentis vten-  
dum est frigidis ac homidis: abstinen-  
dum à Venere, & crebris balneis. Nam  
& hæc exiccant. Et nisi necesitas co-  
gat, rara sit phlebotomia. Sit quies, &  
parvus motus: quies enim humectat,  
motus exiccat. Potu vtendum mode-  
rato, præsertim frigido: superfluā nan-  
que frigi potus lumptionem, ob po-  
torū apertione, subita nonnunquam  
corporis infrigidatio, vel paralysis, si-  
ue laxitas membrorum, aut repentina  
mors cōsequitur. De anni temporibus  
plura diximus suprà cap. 19. & 56.

¶ De numero ossium, dentium, &c. vena-  
rum in humano corpore. Caput  
LXXXVI.

**O**Sibus ex denis, bis cente-  
nisque nouenis,

**V** Con-

DE CONSERVANDA  
Constat homo, denis bis denti-  
bus et duodenis,  
Ex tercentenis decies sex qui-  
que venis.

Ossa.

Traditur hoc in loco, quod in uni-  
uersum sint ossa, dentes ac vene huma-  
ni corporis. Ossa quidem sunt è semi-  
ne, cum id quod est crassissimum, à ca-  
lido vrente induratur, sicut lapides co-  
quuntur à calido vrente. Sunt autem  
ossaveluti trunco sustinens reliquum  
corpus. De quorum numero haud par-  
ua inter ipsos artis Medicæ scriptores  
diffensio est. Hic enim ducenta ea esse  
& nouendecim assertur. Ioannes Ta-  
gaultius excellentissimus nostri æm.  
Medicus, ducenta & quadraginta sex  
hoc disticho complexus est:

Addit quater denis, bis centum, sena que  
habebis.

Quam sis multiplici conditus esse semel  
Nonnulli. 304. constituerunt. Sei-  
Rhazes lib. I. cap. 2. ad Alman. ducen-  
ta & quadraginta octo ea esse, Galen  
autoritate probat. Cū omnia, inquit,  
corporis ossa numerata fuerint, prout  
Galenus numerauit, ducenta & qua-  
draginta octo erunt. Cui subscripte e-  
tiam vulgarissimus hic versiculos:

Ossa ducentena, atque quater sunt &  
duodenae.

S E-

VALET VDINE. 218

SECUNDО deinde loco dicitur, Dentes.  
homini inesse, 32. dentes: & hoc quidē  
in corpore bene constituto, vt quælibet  
maxilla, tam superior, quam infe-  
rior, sexdecim dētiū sit capax. Quater  
ni primores, sive aduersi, τονεῖς & το-  
πικοὶ Græ. nominātur, itē γελάσιοι,  
quod inter ridendum retegantur, La-  
tini incisores, sive incisorii, quia cibū  
in os primò, allatum confringāt & in-  
cidant: singulis tantum radicibus ni-  
tuntur. Horum verò lateribus adiacēt  
in qualibet maxilla duo acuti, canum  
dentibus similes (vnde κυνέδοντες vo-  
cati) cinguntq; tomicos ex omni par-  
te, quorum munus est, morsu diuidere  
cibas, at q; eas discriminare. Simplici  
radice cōst at, quemadmodum inciso-  
rii. Sed caninorū, qui superiores sunt,  
longissimas habent radices, vt ad ocu-  
lorum orbem ferè pertingant, neruif-  
que qui labri superioris motores, ab  
oculorū regione per superius foramē  
emergunt admodū vicini sint. Vnde fit,  
vt altero ex his dētibus auulso, pericu-  
lū nō nunquam immineat, ne parte ali-  
qua offendātur oculi, quapropter vul-  
go dentes oculari dīcti. Magnum, dū  
nascuntur, dolorē infantulis infligit,  
& si quādo defluxio à cerebro in eam  
gingiuæ partem insederit, in quam im-  
plantantur ( vel natu grandioribus )

V 2 to-

## DE CONSERVANDA

totius gen<sup>e</sup> & oculi dolorem pulsatorum non sine febre suscitant. Intimis porro dentibus atteritur cibus, siue maxillaribus, siue molariibus. nomen est inditum, Græci *γονίας* & *μύλας*, siue *μυλίτας* vocant, quod cibos iam incisos & confractos a prioribus dentibus molant & comminuant: asperi enim sunt, duri, & ampli, ut incisa à tomicis, & confracta à caninis, in leuorem exactum terant. Sunt autem viginti: super ius quidem decē, in vtroq; latere caninorū sit, totidemq; inferius. Qui superiori maxilla affixi sunt, triplici radice, interdum etiā qua druplici nituntur: alii vero duplici, & nonnunquam triplici: præfertim qui duo ex iis aduersi & anteriores magis sunt: tertius enim perrato huiusmodi, esse reperitur. Postremi dentes, qui sunt omnium reconditissimi, ac proximum podum gingiva operti, Græcis *στρογγύλες*, quod scilicet eo tempore producantur, quo sapere solemus, & *διηγόντες*, id est, scrotini, & *κραντύρες*, quod extat perficiant & compleant, nuncupantur. Latini simpliciter Geniuinos nominant, nonnulli dentes sensus, siue sapientia. Interdum ad septimum & vicefimum annum latent, vnde Hippocrates in lib. de carnibus, sic scriptū reliquit: Quin & in quarto fe-

VALETUDINE. 219  
septenario dentes enascuntur, plerique hominibus duo, qui sapientia dentes appellantur. Interdum etiam ad octogesimum annum, teste Plinio libr. 11. cap. 37. Plura Galenus in lib. de osibus, cap. 5. & lib. 11. cap. 8. de vsu part. Auicenna prima. 1. doct. 5. l. um. 1. ca. 5. Andreas Vesalius lib. 1. ca. 11. de humani corp. fabric. Carolus Stephanus. li. 1. cap. 11. de dissectione, & Leonhartus Fuchsius parte. 1. epitomes de humani corp. fabrica lib. 1. cap. 14.

Tertio demum loco traditur, humani corpus constare ex trecentis & sexaginta quinque venis. Cuius rei certitudo ex anatomia petenda est.

¶ De quatuor humoribus humani corporis. Caput. LXXXVII.

Q Vatuor humores in humano corpore constant,  
Sanguis cum cholera, phlegma,  
melancholia.

Terra melancholicis, Aqua con fertur pituitae,  
Aer Sanguinis, ignea vis Cholerae.

Hic de humoribus, qui ad humani corporis constitutionē necessariō concurrunt, cumpromis agitur. Sunt au-

DE CONSERVANDA  
tē ii numero quatuor: sanguis scilicet,  
pituita siue phlegma, flaua bilis siue  
cholera, & atra bilis, siue melancholia.

Deinde ostenditur, quodnā eorum  
sit temperamentum, & quo modo sin-  
gulis elementis respondent. Melâcho-  
lia frigida ac sicca est, & terræ respon-  
det. Pituita frigida & humida existit,  
& aqua comparatur. Sanguis calidus  
est atque humidus, & confortur aëri.  
Flaua bilis calida ac sicca existit, & i-  
gni respondet. Quod sanè vulgaris  
hincse versiculos maiores nostri inue-  
re etiam voluerunt :

*Humidus est sanguis, et vis aeris  
illi.*

*Alget phlegma, lametq; illi sic copia  
aqua est.*

*Sicca calet cholera, & sic igni si: simila-  
ta.*

*Frigens sicca melancholia est, terra ad-  
similata.*

Sanguis omnium humorum faci-  
lè præstantissimus est : vel quod ma-  
teria sit spirituum, in quibus consistit  
vita, & omnis actio, naturalis scilicet,  
vitalis, & animalis: vel quod vitæ prin-  
cipiis conformis existari. Est enim tem-  
peratè calidus ac humidus : vel certe  
quod præcipius ipsius usus fit, vt nu-  
triat. Ex eo enim omnes particula-

cor

VALETUDINE. 220

corporis, vt multis in locis testatur.  
Galenus, nutritur. Et vt verbo di-  
cam. Sanguis naturæ thesaurus &  
vitæ fomes est : vt quo affatim effuso,  
mors subinde sequatur. Hinc sanè est.  
quod Moses. 17. Leuitici ita scriptum. *sanguis,*  
reliquerit. Anima omnis carnis in san-  
guine est. Significat autem Anima He-  
breis vitam. Hanc cùm dicit in san-  
guine esse , vult sanguinem vehicu-  
lum esse vitæ.

Phlegma secundum probitatis locū *Phlegma*  
sibi vendicat. Hic humor, vt testis est  
comment. 30. libri de natura hum. Ga-  
lenus, in prima ciboru mutatione ge-  
neratur. Colore autē albus exsift, &  
concoctione in sanguinem mutatur.  
Quapropter quū sit veluti ex dimidio  
coctum nutrimentum, nullum quod  
pituitam expurget proprium instru-  
mentum natura machinata est. Quip-  
pe inventriculo generata pituita, quia  
fertur simul cùm iis, quæ ex cibi po-  
tuſq; humoribus in iecur distribuun-  
tur, concocta iā sanguis euadit. Quod  
autē pituita in venas fertur, animali  
etia ex viu est. Desiderat itaq; talis hu-  
mor non vtique euacuari, sed in cor-  
pore manens alterari. Quod verò in  
intestinis relinquitur, à bile ex iocino  
re in ea defluente abstersum, cōmodis  
simè ac celerrimè per sedem eiicitur.

## DE CONSERVANDA

vt lib. 5. de usurpat. corpo. huma. cap.  
4. fusius Galenus ostendit. Porro ex-  
crementum, quod à cerebro destillat,  
veluti Galenus lib. 2. de natural. facul.  
cap. vltimo attestatur, propriè non re-  
ste appellatur piruita, sed Græcè βατεύ-  
να καὶ κιρυζα, Latinè Mucus.

Flauæ pallidave bilis, sic à calore, q  
est flauus pallidusve, appellationem  
acepit, simpliciterque Græcis, Gale-  
no in libello de tumoribus præter na-  
turam capite. 10. teste, χολὴ dicitur. Re-  
liquas vero omnes biles, cum coloris  
adiectione nominant. Generatur au-  
tem bilis in hepate, ibidemq; cum san-  
guine miscetur. Necesaria autem  
fuit, vt ab ea sanguis purgaretur, ne sci-  
licet totius corporis color ab ea, haud  
fecus quā in ictero, inficeretur. Hinc  
natura huic propriam sedem machi-  
nata est, vesicam nimilum quia iecori  
subest, & bilem ex eo ad se per conve-  
nientem meatum trahit. Vsus autem  
bilis flauæ est, vt intestina à pituito-  
sis excretionis repurget, & abstergat.  
atque eorundem excretionem adiu-  
uet. Ad intestina autem defertur bilis  
per meatum duodeno insertum.

Atra bilis naturalis veluti fæx ad se  
dimentum sanguinis est, id est colo-  
re, quod nomen satis indicat, nigra.  
Hæc autē, si volumus exquisitè loqui

Ga-

## VALETUDINE. 221

Galenos sect. 6. aphorismor. comment.  
53. attestante, nondum arta bilis no-  
minari debet, sed melancholicus hu-  
mor. Necesse verò est ab hoc humore  
expurgari iecur, ideoque instrumen-  
tum, quo ille expurgetur, natura lie-  
nem condidit. Qui si minus quam o-  
porteat, melancholicum humorē  
ad se trahit vt inde sanguis impurior,  
ita totum corpus redditur magis de-  
color. Ut hinc etiam perspicuum o-  
mnibus sit, eum humorē in iecore  
generari, à quo tandem in lienem trā-  
fertur. Vsus autem atræ bilis natura-  
lis est, Galenus libro. 5. de vñ part.  
huma. corpo. capite. 4. attestante, vt  
ventriculi actiones iuuat. Ipsa enim  
cum acerba & acida sit, ventriculum  
intendit, & in seipsum contrahit, &  
exquisite comprehendere cibos cogit  
ac retinere, quo usque plene conco-  
qua ntur.

Verū enim uero cùm exacta humo-  
rum cognitio vrilissima cum primis  
sit, & oppidò quā necessaria, de ipsis la-  
tinis non nihil dīcemus.

Sanguis igitur vt comprehēsum est,  
humor est. calidus & humidus ex tem-  
peratiōe parte ipsius chyli progeni-  
tus. Et hic quidē duplex est, iuxta neo-  
tericorum diuisionem, naturalis, & nō  
naturalis.

V 5 Na-

## DE CONSERVANDA

Naturalis, est humor calidus & humidus, substantia quidem mediocris, colore verò multum rubens, odore autem & sapore dulcis, mitis, ac benignus.

Verum non naturalis ille dicitur, qui ab isto nuper descripto deflexit, degenerauitq; intra tamen suā latitudinis terminos: quos si transgreditur, non iā sanguis, sed alijs humor venit appellādus. Hoc autem (sanguinem in quā d. generare à propria sua natura) contingit dupliciter. Vno modo (vt a iunt) in se, hōc est, ratione sui, permixtā propria eius substantia, citra alterius admīstionē. Altero modo, per alium, seu ratione alterius. Et per se quidem adhuc bifariam, nempe, vel quia eius substantia crassior est, aut tenuior quā debeat: vel quia aduritur, & quod ex eo tenuius est, in flauam billem mutatur: quod verò crassius, in atram, idq; absq; separatione. Alterius verò ratione sanguis fit non naturalis, quando alijs humor illi permisceatur. Quod multifariā cōtingere potest prout scilicet variæ species bilis, pituita, aut melancholiæ, cum ipso sanguine misceri posseint: qui ob id multifariā à naturali etiā differt. Ac primò quidē substantia: crassior enim est, & turbidior, cum ipsi miscetur melancholia,

te-

## VALETUDINE, 223

tenuior cūm flaua bilis, aut aquositas. Secundò, colore: pituitæ nanq; ratione declinat ad albedinem: flauæ bilis ad pallorem: melancholiæ verò ad nigredinem. Tertiò, odore: fœtet enim cui humores admisti sunt putridi: omnino verò expers odoris est, cui crudii. Quartò, sapore: flauæ bilis nanque admīstione ad amaritudinem: melan-choliæ ad aciditatem, pituitæ verò ad insipiditatem vergit. Auicen. I. I. doct. 4. cap. I. & Ioannes Tagaultius libr. I. institu. chirurg. cap. 6.

## Phlegma

Phlegma quod Latini pituitam vocant, in generatione humorū sanguinem consequitur, maiorque eius portio est in corpore secundum sanguinem, quam aliorum humorum. Est autem pituita duplex, naturalis, & nō naturalis. Et naturalis quidē, est humor frigidus & humidus, substantia crudus, colore vergens ad quandā albedinem: sapore verò, & (si fas sit dicere) odore ad dulcedinem. Hæc certè cōcoctione in sanguinē mutatur: est enim potestate iā sanguis, sed nondum exquisitè concoctus. Est quoq; modus quidā pituitæ dulcis, quæ non existit valde frigida: inq; si cum corpore conseratur, paucæ admodū frigiditatis videbitur esse particeps: si verò cum sanguine ac flaua bile, non modo frigida, sed natu-

V 6 rali-

## DE CONSERVANDA

raliter etiam alba erit. Dicitur autem dulcis, extenso nimirum hoc nomine ad omnes sapores, qui delectationem gustui pariunt: Alias enim naturalis pituita *άπωλος ναὶ οὐδετέλης*, id est, qualitas expers, insipida, & aquosa, hoc est, aqua saporivalde alsimilis est. Huius natura, ut dictum est proprium instrumentum, veluti flauæ bili, & melancholicæ, machinata non est, sed simul cum sanguine fertur, ut in ipsum opportuno tempore facile commutari queat: similitudinem enim ipsi finaliter iam atque propinquam habet. Huius quidem pituitæ duplex est necessitas, & vna utilitas. Ac prior quidem necessitas est, ut in hoc iuxta membra sit, quo facultates eorum caliditate sua naturali in ipsa concoquenda ac distractuenda operentur, ex eaque tempore indigentia nutriantur, cu proprio videlicet alimento, quod est sanguis mitis ac benignus, ob retentionem aliquam mæstæ sanguineæ, destituta fuerint: eam enim à ventriculo nonnunquam atque hepate ex accidenti quopiam retineri contingit. Altera necessitas est, ut sanguini misceatur, ipsumque adeò membris phlegmaticæ constitutionis, siue temperaturæ, quale cerebrum cum primis existit, atq; spina medulla, à Caleno γαταιος μυελος, ab

Ara-

## VALET VDINE. 223

Arabibus vero Nucha, appellata nutritiis accommodet. Horum nanque sanguini pituita actu admiseri optet iuxta mensuram, quam materie necessitas exigit. Utilitas porrò eius est, ut articulos ac membra, quæ in continua sunt atq; iugi motione, humectet: ut scilicet melius inverti possint: quia vbi non sunt partes humectatæ, sed siccae, difficiles sunt ad motum & ne per calorē, qui ex motu & collisione proficiuntur, penitus exiccentur. Non naturalis pituita, est ea, quæ a modò descripta degenerat, intratū suæ latitudines terminos, quos si forsan pertranseat, non iam amplius phlegma, pituitæ, sed alijs humor dici debet. Contingit aut̄ bifaria pituita ipsam a propria sua natura degenerare. Vno quidem modo in se, quando scilicet in propria suii phis substantia, citra alterius admisionem permutatur. Quod sane multifariam contingit. Alia enim iuxta sensus iudicium in substantia, hoc est crassitac ac tenuitate partium suarum diuersa apparet: eaq; à similitudine mucilaginis, que è feminis qui busdam extrahitur, mucilaginoſa dicuntur. Alia in substantia secundum sensus iudicium æqualis apparet, cù reue ra tamen in partibus suis sit diuerſa: eaq; pituita est cruda: quæ in ventricu

V 7 lo

**D E C O N S E R V A N D A**  
lo potissimum atque intestinis colligi-  
tur. Ac illam quidem, quæ in ventriculo  
residet, Hippocrates in lib. de salubri-  
diæta, singulis menses bis vomitu ex-  
pellere præcipit. Ad alterius verò ex-  
cretionem, quæ in intestinis cogeritur, à  
natura constitutum est, ut flaua bilis  
è vesicula fellis, que *χολησόχος* Græ-  
cis dicitur, ad ieunium, reliquaq; infe-  
riora intestina deferatur, eaq; à pitui-  
tos excrementis repurget, & abster-  
gat, ipsorumq; expulsionem iuuet. Hæc  
eadem interim in venis quoque, senu  
præfertim, ob concordiora facultatis  
imbecillitatem, coaceruatur, ibidemq;  
diutius hærendo augetur ac crassificet;  
Cuius molestiam cum ulterius natu-  
ra non ferat, ipsamque per ordinarios  
meatus expellere nequeat, facit è possi-  
bilibus q melius est, repellitq; à corde  
ac reliquis internis membranis nobilio-  
ribus ad exteriora, eaque ignobilia,  
& præcipue ad tibias: quo naturaliter  
alioquin ob grauitatem suam tendit.  
Eaq; causa tibiæ senum inflantur non-  
nunquam, adeoq; in tumore attol-  
luntur, vt pressæ digitis fossulam re-  
præsentent: & maximè quidem appro-  
puinquante nocte. Idem euenire nonun-  
quam pinguis est atque obelis foler,  
quicq; humidioribus oblectatur alime-  
tis. Alia pituita tenuis valde est, & a-  
quosa,

**V A L E T U D I N E.** 224  
quosa, aquæ nimis paululum admo-  
dum denfatæ similitudinem quandam  
præferens. Qualis quidem in saliuis  
haud raro ac sputis illorum visitur,  
qui cibos minus bellè conficiunt, qui-  
que largius bibunt. Consuevit etiam  
in coryzæ principio a cerebro in na-  
res destillare. Hæc cadem per decoctionem  
indurata, pituita euadit crassæ aut muc-  
cilaginosa. Pituita alia crassæ admodum  
est & alba: cuius quidem quod tenuer-  
at ob diurnorem in iuncturis mo-  
ram, euanuit: crassumverò inspissatum  
ac conglutinatum mansit, ceu lapis  
quispianum. Hinc nodosa generatur po-  
dagra, morbus, vt Ouidius testatur, fe-  
rè incurabilis. Sic enim lib. 1. de Ponto  
elegia. 4. de illa cecinit:  
*Tollere nodosam necit medicina poda-  
gram.*  
Alia verò pituita densa & crassæ est,  
colore, & lentore, pondereq; fuso ac li-  
quefacto vitro similis: quæ ob id pas-  
sim etiam apud rei medicæ scriptores  
vitrea appellatur. De qua copiosè ad-  
modum Galenus libro. 2. capite. 7. de  
sanita. tuenda, & libro. 1. capite. 8. de  
Sympto. causis. & libro. 2. capite. 6. de  
different. febr. & libro. 12. capite. 8. methodi  
med. Altero modo pituita efficitur nō  
naturalis, per admissionem. Quando  
scilicet

## DE CONSERVANDA

scilicet alius quispiam humor illi extrinsecus accedit, verbi gratia, vel sanguis vel bilis flava, aut atra. Si sanguis pituitæ permisceatur, hæc dulcis efficitur, fiuntq; ex ea, sicuti in libro de multiplicatione ca. 17. Galenus testatur, somnolenti. Si crudii humores, insipida & aquosa: quæ propter infirmam concoctionem in corporibus redundans cibis fastidium parit, perindeq; ac dulcis pituita aperte somniculosos facit. Si flava bilis, falsa: hæc mordacior certe, sicciorq; ac leuior ceteris pituitæ generibus inuenitur: nam flava quoque bilis mordax, sicca, & leuis est. Quæ quidem ex sapore sputi facile iudicari potest, & in corporibus intemperantium, qui fortia vina bibunt, & falsis vescentur cibis, nalcitur copiosus: ac inde pernicioſi oriuntur (atharri: Longiori tempore in ventriculo residens intolerabilem nonnunquam excitat fitim. Diutius vero huc illuc per intestina discurrens, ipsa exulcerat, dysenteriamq; generat & tenesmon. Si melancholia pituitæ permisceatur, ea acida efficitur, sèpiusq; in imbecillo ventriculo, quam in aliis corporis partibus reperitur. melancholia enim naturalis defert ad vos ventriculi, vt conditionem eius adiuuet, famemq; ac naturalis appetentiæ inuitet. Ea igitur

sub-

## VALETUDINE. 225

subsidendo nonnunquam pituitæ miscetur ipsamq; reddit acidâ. Quæ ex aido certè ructu iudicari facile potest: fiuntq; ex ea in corporibus redundante famelici. Quinetiam pituita per se nonnunquam in ventriculo ex chylo acida efficitur, citra alterius humoris admitionem: nempe à debili calore per modum ebullitionis. Ea pituitosis accidit frequentius, non secus ac dulcibus fructum quorundam succis solet. Primum enim illi feruent atque ebulliunt, deinde aceſcunt. Postremò vero pituita quedam melancholia pontica admitione, pontica etiam efficitur, minus sèpe tamen ob eius melancholia raritatem inuenitur. Talis autem melancholia oritur quandoq; ex vehementi infrigidatione, qua nimis humida eius (cum nullus accedit calor, neq; debilis, quo ebulliens in acorem vertatur: neque fortis, qui coquendo in sanguinem mutet) congelascit, & ad terream nonnihil essentiam inalteratur.

Bilis, quæ χολὴ Græcis dicitur, vulgo autem Cholera, est humor calidus & siccus, ex tenuiori & calidiori parte chyli, vel ex sanguine tenui & feruente procreatus. Hec quoque duplex est, naturalis scilicet, & non naturalis. Naturalis, est humor calidus & siccus po-

testa-

**D E C O N S E R V A N D A**  
testate: substantia quidem tenuis, color verò flauus, aut ruber, declinans ad quandam citrinitatem, seu flauitatem; sapore verò exactè amarus, non autem acutus, sive acris, ut quidam male affirmarunt. Hæc quidem in hepate generata, in duas statim distribuitur partes. Una cum sanguine ad venas defertur: altera ad *v̄s̄iū*, id est, vesiculam fellis transmittitur. Quæ quidem cum sanguine defertur, necessitatis & iuuamenti causa cum eo transit. Necesitatis quidem, ut sanguini permisceatur pro nutritione membrorum, in cuius temperatura conuenientem flauem bilis partē esse oportet iuxta mensuram, quam materiæ necessitas requirit. Halenus libro quinto de *v̄s̄iū* part. human. corp. capite. 6. de pulmo. Iuuamenti verò ut sanguinem, quo commodius per angustos venarum meatus ad nutriendum penetreret, subtiliorem reddat. Quæ vero de ea collata ad cystinum fellis transit, obnecessitatem iridem ac utilitatem eō transmittitur: Necesitas autem, vel est ratione totius corporis, nēpē ut ipsum à pituitosis ac biliosis excrementis repurget & abstergat: vel viuis cuiusdam membrorum ut nimis vasa fellis nutrit. Utilitatis verò duo sunt iuuamenta, unum, ut intestina ab inhærentibus fecibus & vis-

**V A L E T V D I N E.** 226  
visco phlegmate abluat & expurget: alterū, ut intestina & animusculos pungat atque irritet ad excernendum, quod ipsi noxiū incitat. Propterea, quando porus, qui a vesica fellis ad intestina protenditur, obstructus est, male habent intestina in expulsione excrementorum, & colica sèpè accedit passio.

Nō naturalis verò bilis dicitur, quæ à predicto humore verè bilioso degeneravit, intra terminos tamen sive latitudinis continetur, quos si egredietur, nō iam bilis, sed alius humor reputabitur. Hoc autem (bilem inquā egredi limites sive latitudinis) contingit bifariam: vnō modo (ut sic dicatur) per se, & in se. Altero modo per admissionem. Per admissionem quidem bilis efficitur non naturalis, seu preter naturam, cum alijs humor illi extrinfecus accedit. Et hoc quidem fit multifariam. Alia enim est, cui pituita admiscetur: quæ quod frequentius generari soleat, nota & famosa, sive maioris famæ vulgo appellatur: hinc sèpè tertiana notha oritur. Alia verò est, cui melancholia admiscetur, & dicitur minoris famæ. Bilis autem, sive cholera majoris famæ duplex est, citrina & vitellina. Quādo enim bilis naturalis cum pituita tenui & aqua miscetur, appell-

## DE CONSERVANDA

appellatur bilis citrina : quando verò cum graffia pītu ita miscetur, vitellina bilis appellari solet, quod ouorum vitellis, tum colore, tum crassitudine sit similis. Et hæc quidem vitellina rursum duplex est, sicuti vitellorum ovoidum duplex est color. Quidam enim magis alīs albant, alii rufiores videntur. Bilis autem quæ rufioribus est similis, per afflationem sit. Minoris quo quæ fame bilis duplex. Aut enim cholera naturalis miscetur atrabilis ex bilis naturalis afflatione facta, & hæc est peior: aut miscetur bilis naturalis cum humore melancholico naturali, qui in hepate cum aliis humoribus generatur, & hæc est melior: color eius ruber est, sed non clarus, neq; floridus, immo sanguini, qui in venis est, similius. Bilia verò non naturalis per se, & in se, id est, secundū propriā suā substantiā alia quidem in hepate sepius generatur per adustionē eius: quod tenuius ineſt in sanguine. Crassū enim in melancholiā vertitur. Alia verò in ventriculo ex prauis alimentis non concoctis, sed corruptis: vel ex aliis humoribus in venis generatur. Et hæc quidem duplex est. Vna porracea, præſinam etiam vocant, quæ porri viorem præferunt: generatur ex vitellina, quando aduritur. Adustio enim in cholera vi-

telli

VALETUDINE. 227  
tellina efficit nigredinem, qua cum ci trinitate mixta, generatur viriditas. Altera est eruginosa, qua eruginis colore initatur, & gignitur ex porracea, quando eosque aduritur, donec humiditas eius exsiccat, & ob siccitatem albescat. Et hæc duæ extremæ quidem malæ sunt, sed æruginosa peior.

*Melancholia.*

Auicenna loco supra citato, & Ioānes Tagault. lib. i. ca. 8. Instituit. chirurg.

Melancholia, si in yniuersum definitur humor est frigidus, & siccus, ex crassiore ipsius chyli portione progenitus. Hæc quoque duplex est, naturalis scilicet, & non naturalis.

Naturalis, est boni sanguinis sex, ac veluti limosa quædam superfluitas, hoc est, crassior quidem sanguis, cuius color niger est, sapor vero acerbus vel acidus, vt vomentibus eum non raro innoteſcit: hæc in hepate quidem & in massa sanguinaria (in qua humores yniuersi continentur) generata in duas statim deducitur partes. Vna enim cum sanguine ad venas defertur, altera ad linem trahitur. Quæ quidem cum sanguine defertur, necessitatibus & iuuamenti cauila cum ipso transit. Necessestatis quidem, vt sanguini permisceatur pro nutritione membrorum, in quorum temperatura conuenientem melancholiæ partem esse con-

por-

**D E C O N S E R V A N D A**  
porter iuxta mensuram, quā materiae  
necessitas exigit, sicuti sunt, lien, ossa,  
& omnia membra terrestria. Utilitatis  
verò, siue iuuamenti, ut nimis fluidam  
illam sanguinis tenuitatem eosque re-  
stringat, firmet, ac condenset, dum inde  
nutriendorum membrorum pars so-  
lida fiat. Requirit enim sanguinis in  
hisce animalis particulis nutriendus  
crasitudinem quandam.

Altera pars, nempe crassior, magisq;  
terrea, quæ nō satis commodè à natu-  
rali calore alterari potuit, ob necesita-  
tem pari modo, ac utilitatem ad liene-  
scitur. Necessitas autem, vel est  
ratione totius corporis népe ut ipsum  
à melancholica superfluitate expurge-  
tur, vel vnius cuiusdam membra, ni-  
mirum ut liensem nutriat. Utilitas ve-  
rò eius est, quòd ad os ventriculi pro-  
fluens, inuentas ibidem humiditates  
exprimat, non aliter quam muliercula  
lac mulgendo è vaccarum vberi-  
bus solent. Et huius quidem utilitatis  
duo sunt iuuamenta: Vnum, quod con-  
trahat ventriculum ac constringat: &  
cūm acerba sit atque acida, non modo  
non laedat actiones eius, sed multo  
magis etiam promoueat. Nam ventri-  
culū intendit ac contrahit in seipsum,  
cogitq; cibos ad vngueni circumple-  
cti, ac retinere quoulsq; fuerint conco-  
cti.

**V A L E T V D I N E.** 228  
Ati. Alterum, quod acredine sua com-  
motionem ac corrugationem in ven-  
triculo faciat, quibus ventriculus ad ci-  
bi appetitionē excitatur. Talis autē  
virtus excitata fames appellatur. Fit  
enī fames propter succum melancholi-  
cum tendentem ad os ventriculi, qui  
corrugando partem illam facit famem  
ob id igitur succus melancholicus vti-  
lis in natura fuit. Melancholia non na-  
turalis est, quæ à modo descripta natu-  
rali degenerat, intra tamen limites suę  
latitudinis permanens: quos si præter-  
grediatur, non iam amplius melancho-  
lia, sed alijs humor dicitur. Eius qua-  
tuor differentiæ nota communiter sta-  
tuuntur, licet plures sint obscuræ.

Prima est, quando humor ipse me-  
lancholicus, qui naturalis dictus est,  
& quotidie gigantur in corpore, dum  
animal sanitati fruuntur, in propria sua  
essentia torretur, adurantur, & pu-  
treficiuntur, fitque bilis atra exquisitè. Talis  
enī vt lib. 14. cap. 9. Therap. metho-  
& libro de atra bile cap. 3. & comment.  
21. lib. 4. apho. Galenus ait, ex humo-  
re atro supra modum adustfo cōfatur,  
habetq; splendidum aliquid, veluti bi-  
tumen, & pix. Hæc autem (verè inquā  
atque exquisitè atra bilis nominata)  
acida est, & in terram effusa velut ace-  
cum feruet, & ipsam fermenti ritu-

ele-

## DE CONSERVANDA

eleuat, cum omni animanti iniucunda, adeo, ut ne mures quidem ipsi, a musca eam gustauerint, non magis quidem, quam copiosum salem in quod nullum animans vitam peragit, ut mare quoq; mortuum appellatur, indicat. Porro tum gignitur huiusmodi nigribilis, cum ille veluti sanguinis limus (quam melancholiam naturalem diximus) diutius moratur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxur neq; occultu excernitur: verum transmutatur, corruptitur, & putreficit. Si quidem hic humor, ubi amplius in cauterit, aut propter putredinem, aut sub em inflammatum, nigrum efficiabilem, inquit Galenus libro. 14. cap. 9. metho. meden. Quod quidem frigida est, quia terrestris, sed tamen calor non expers, quemadmodum & cinis, & acetum, apparetq; dum per alium (vt contingit aliquando dyfentericis) excernitur, splendidior, ac nigrior, ipso sanguine crassiore, & nigriore, quem humorem melancholicum appellamus. Splendor enim veluti mortui maris bitumen, quod Iudaicum vocant.

Secunda species seu differentia bilis atræ non naturalis est, quæ ex adultione aliorum humorum nascitur, ut illa quæ sit ex flaua bile vehementer vsta,

Quæ

## VALET VDINE. 229

Quæ etiamnum tantæ est malitia, ut & terram radat, & eam more bilis exquisite atræ, in altum attollat. Sed & muscas ipsam, non fecus, quam vere nigrum bilem, refugiunt. Si sanguis quoq; aut pituita in corpore vehementer incaluerint, & exurantur, efficitur etiam melancholicus humor non naturalis per adustionem dictus, ut voluit Auenenna. Verum duæ istæ postremæ species (quæ scilicet per sanguinis, aut pituitæ astationem fiunt) Auenennæ mitiores sunt. Scribit autem Galenus comm. 29. libro. 3. prædict. Hipp. il lam bilis atræ speciem, quæ ex flaua bili vehementer astata generatur, deteriorem esse quam ea, quæ ex crassiore sanguine generatione habet: qui subfidenti in dolio vini facule, aut amurcae hoc est, faci olei proportione respondet. Hæc enim mitior est, sed potissimum, quoties traxit nondum in animali moram, cum aliquo colore abundantia præter naturam. Verum prius quam in exactam atram bilem transmutetur, primò in vitellinam, secundò in porraceam, tertio in æruginosam transit.

Tertia species melancholia non naturalis est, quæ originem sortitur à lapidosa quadam cōcretione, ut cùm ab imperitis medicis vel chirurgis crysi-

X pelata,

**D E C O N S E R V A N D A**  
pelata, & inflammationes (quas Græci φλεγμόνας vocāt) aut quiuis alii tumores ex naturalibus humorib. procreati, admotis extrinsecus præsidii, nimis vechementer refrigerantur, adstringuntur; vel cum iisdē tumoribus ea quæ valenter nimis trahunt, digeruntq; medicamenta, applicātur. Tūc enim toto, quod in eis subtilissimū erat, dissipato, id quod reliquū est (nēpe crassis) plus iustò desiccatum, lapidis duritum consequetur, atq; in melancholicum humorem vertetur.

Quarta melancholiæ non naturalis differentia exurgit, quando aliis humor ipſi melancholiæ naturali permiscetur. Quod dū, fit, dulcoratur, ac mitescit magis, niſi dum alterutra bilis adusta, huic commixcerur. Siquidē tūc vel aceſcit, vel amareſcit, & erosionis non modicæ particeps efficitur. Auicēna loco ante citato, & Ioann. Tagault. li. i. c. 14. insti. chirur. Pluta Ioānes baptista Mōtanus in. 1.1. doct. 4. capit. 1. Auicennæ, & Leonhartius Fuchsius ca. 11. meth. perueniendi ad Medicinam.

¶ De temperatūra, siue complexione Sanguineæ. Caput LXXXVIII.

**N**atura pingues ifti sunt atq; iocantes.

Rumoresq; nouos cupiunt audire

**V A L E T V D I N E.** 230

dire frequenter.

Hos Venus et Bacchus, delectant, fercula, rifus.

Et facit hos hilares, et dulcia verbā loquentes.

Omnibus histudiis habilesunt, et magis apti.

Qualibet ex causa non hos faci le excitat ira.

Largus, amans, hilaris, ridens, rubeiq; coloris.

Cantans, carnosus, satis audax, atq; benignus.

Signa, quibus sanguinei téperatura facilē dignosci queat, hic recēsentur.

A C PRIMVM quidē, φ sanguinei sint pingues: qđ de pinguitudine propriæ dicta minimè in hoc loco accipiē dū est. Ea. n. sicuti Gal. li. 2. c. 9. de tép. & post eū Auicēna. 2. i. doct. 3. c. 3. attestatur, ex habitus frigiditate gignitur: sed de pinguitudine ad mediocrē copulentiam, siue carnis abundantiā extensa, quam εὐστρηπτίαν Græci vocāt. Si quidem rubræ carnis cum decenti firmitate abundantia calidæ ac humide, hoc est, sauguineę téperature nota est. Quibus enim plus est carni, rubræ,

**D E C O N S E R V A N D A**  
ii virtutem assimilatiuam habent potente, & sanguine abundant. quippe quæ, Galeno loco iam citato teste, vigeant inualecantq; calido atq; humido: Corpulencia, inquit, siue abundantia carnis & sanguinis copia nascitur. Cum enim calor intra debitos fines manenti boni sanguinis accedit copia, necesse est, ut corpulētia sequatur. Ide innuere etiam his verbis Aucenna voluit. Corpus carnosum absq; multo adipite & pinguedine, est calidum & humidum, id est, sanguineum.

**S E C V N D V M**, q; sanguinei sunt vel iocantes, vt qui multa iucūditate, magnoq; iocandi lepore amicis ac familiaribus suis risu subinde moueāt: vel lati, hoc est, alacri & erecto animo, idq; maximè ob spirituum, qui ex sanguinei humoris benignitate procreantur, subtilitatem & perfectionem.

**T E R T I V M**, q; facietiarum, ioco farumque fabularum, & nouarum rerum auditione, eandem ob causam, mirificè capiantur.

**Q V A R T V M**, q; proni admodū sint in Venerē: Nimirum ob Venus ac intempestiuum eius desiderium fit ob multitudinem geniture, que ex sanguinis copia potissimum nascitur.

**Q V I N T V M E T S E X T V M**,  
quod conuiua appetat, vino suauiter  
in-

**V A L E T V D I N E.** 231  
indulgeant, & cibis gaudeant optimis atq; exquisitisimis: felicitet similibus, & quibus seruari possint: seruantur enim similia similibus.

**S E P T I M V M**, quod ridibundi sint, hoc est, facile rideant quod Hippocratis etiā testimonio confirmatur, qui in libro de preparatione hominis, ita scriptum reliquit: Quibus concessum est puriore sanguine frui, frequenter ii rident, & florida facie apparent, omnes colore venusto.

**O C T A V V M**, quod hilares sint a clæto vultu: idq; ob viuidum maximum ad floridum colorem & venustatē corporis: hæc enim omnia sanguinem qui temperatus est, consequuntur.

**N O N V M**, quod blanda plerunq; & auditu iucunda verba ab ipsorum ore profluant: quod & ipsum vtiq; ob sanguinis benignitatem euenire putandum est. Οἴσαι γάρ δι τῶν διθραπων κράτει, τοιοῦτος καὶ δυτῶν δ λόγος.

**D E C I M V M**, q; ingeniosi, hoc est, artibus quibuslibet addiscēdis idonei sint: nimirum ob vigorem & insitam ingenii ex sanguine vim, siue docilitatem. Hinc etiā Hippocrates in libro de statibus, ita scripsisse videtur: Opinor inter omnia quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam conferre, quam sanguinem.

## DE CONSERVANDA

V N D E C I M V M , quod non facile excedescant, precipitesque in iram fermentantur: reprimit enim sanguinis humiditas bilis feroorem, qui *εξυθυμιαν* efficit. Vnde eleganter sanè flauæ bilis frenum ab Aucenna. 4. I. capite. 20. dicuntur.

Postremis duobus versibus non solum ex iam dictis repetitur quedam, sed adduntur etiam alia nonnulla.

Q V O R V M P R I M V M quidem est, quod sanguinei sunt largi, hoc est, liberales, benefici, & ab omni auaritia alieni.

S E C V N D V M , quod amoribus sunt dediti.

T E T I V M , quod hilares sunt & iucundo ac laeto vultu.

Q V A R T V M , quod ridibundi. Quæ omnia sanguinis benignitate eueniunt.

Q V I N T V M , quod rubei sunt coloris: humor enim cuti colorem adfert, quemadmodum lib. i. a pho. comment. 2. Galenus adserit. Et Auct. 2. i. doc. 3. cap. 3. Color, inquit, rubeus sanguinis multitudinem significat. Quod intendendum maxime, de colore, qui ex rubeo & albo cum iucundo quodam nitore commixtus sit: & non qualis in facie eorum visus, q. fortia portat vina, & in cibo falsis atq; acribus visitur speciebus: nempe rubeus fuscedine quadam permis-

stus:

## VALET VDINE. 232

stus: hic enim lepram portendit.

S E X T V M , qd cantionibus & musicis delectentur harmoniis: quippe quæ & ipsæ, autore Theophilo Cithara do apud Athenæum lib. 14. *δειπνον*. perinde atq; sanguis téperator, *εύπλαγχτα*, id est, bonos ac cädidos mores præriat. *Μέγας γάρ θησαυρὸς εστι καὶ βέβαιον μουσικὴ ἀπαστολὴ μαθοῦτε παιδεύεσθαιτε*, καὶ γαρ *καὶ παιδίνετε*, καὶ τοὺς δύμας εἰσ καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπράνετε.

S E P T I M V M , qd sint corpulentis.

O C T A V V M , quod sint audaces: idq; ob sanguinis caliditatem.

NONVM, quod sint benigni, clementes, liberales, & benefici: ratione nimirum humoris sanguinei, qui est dulcis, mitis, & benignus.

¶ De temperatura Cholerica, sine biliosa.

Caput LXXXI X.

E St humor cholerae, qui com petit impetuosis, Hoc genus est hominum cupiens praecellere cunctis. Hi leuiter discunt, multum comedunt, cito crescunt.

Inde et magnanimi sunt, largi, summa petentes.

X 4 Hir-

DE CONSERVANDA  
Hirsutus, fallax irascens, prodigi-  
gus, audax.  
Astutus, gracilis, siccus, crocei-  
que coloris.

Bilioſæ temperaturæ notæ hoc in lo-  
co traduntur.

A C P R I M A quidem, q̄ bilio-  
ſi, ſiue cholericī, quos χοληθεῖς Græci  
vocant, prompti admodum ſint ad o-  
perationes: ſed impetu animi potius q̄  
e cogitatione faciat omnia. Ignēum e-  
nim habent calorem, qui impetum &  
agitatem ad motiones p̄fstat. Hinc  
z. i. doc. 3. c. 3. ita ferè ab Auicennā ſcri-  
bitur: Cūm operationes plenè ac perfe-  
ctè naturali cursu procedunt, tempera-  
turæ æquilitatem indicant: cum verò  
ad ſuperfluos mutantur motus, calidi-  
tatis exuperantia significatur.

S E C V N D A, q̄ ambitiosi ſint &  
honorem cupidi, primasque in conci-  
liis ac confefſib⁹ expetāt cathedras,  
adeoq; p̄ferri omnib⁹ velint: Perin-  
de atq; ignis ipſe, q̄ fine pondere ſemp  
euolat, excelsaq; locū ſibi querit in ar-  
ce. Exuperans enim ille calor animos  
ad insolentiam plerunq; & arrogan-  
tiā excitat atque inflammat.

T E R T I A, quod celeris ſint men-  
tis ingeniiq; & facile diſtant: ob calidā  
nimisimū & ſubtilem cerebri ſubſtan-  
tiam,

V A L E T V D I N E. 233  
etiam, que formas citò ac facilè fuſci-  
pit. Hinc non temerè mentis acu-  
men & prudentiam a bilioso humore  
proficiſci, comment. 40. de natu, hu-  
mana Galenus tradidit. Lege plura de  
hoc apud eundem cap. 12. artis medici-  
nalis, & Auicennā loco aliquoties iam  
citato.

Q V A R T A, q̄ edaces ſint, & mul-  
tiuori: primum enim forte m habet ca-  
lorem cōcoquentem, tum iphis etiam  
plus per omnem cutem digeritur, & in  
ambietem aērem euacuatur, quam a-  
liis corporibus.

Q V I N T A, q̄ citò apoleſcant, &  
corporis incrementum conſequantur:  
validissimum enim habent calorem  
Innatum: hic verò omnes actiones na-  
turales adauget, ergo vel eā, qua cor-  
pus ad ſummum incrementū ( ἀρχή  
Græci vocant) perducitur. Galen. com-  
ment. 14. aphor. lib. 1. & lib. 5. ca. 8. de  
ſimpl. medicamen. facul.

S E X T A, q̄ magnanimi ſint, illatas  
que iniurias iniquo animo ferentes  
a ſe, ppulſare ſtatim conentur, idq; ma-  
xime ob caliditatē exuperantium. Pa-  
rū enim ab vnaquaq; re pati poſſe, ca-  
liditatē ſignificat, inquit Auicenna.

S E P T I M A, quod largi, benefici,  
ac liberales ſint p̄ſerſtim in eos, vn-  
de honores ſe conſecuturos ſpernat.

## DE CONSERVANDA

OCTAVA, quod summa petant, id est, ad summos semper dignitatum ac bonorum gradus affectent viam.

NONA, quod fint hirsuti: Calida enim & secca intemperies, sicut Galenus lib. 2. cap. 10. de tempore testatur, hirsuta est: yersi ea in summo. Quippe per omnē cutem difflatur semper aliquid à calido, quod secum etiam inter rim humoris nonnihil ad curē aufert, vnde pili generentur. Quomodo autē hęc generatio fiat, copiosę admodum ibidem docet,

DECIMA, quod versuti, fallaces, & deceptores sint.

Vnde CIMA, quod præcipites fint in irā, acerbè nonnunquam veherenterq; excandescant, & irascantur: ob animosę nimirūm facultatis veherementiam, magnū caliditatē excessum faciliē bilis commotionem, & caloris in corde ferorem. Lege Galenū ca. 29. & 33. artis medicinalis lib. 2. c. 16. de sanitate tuen. & in lib. de causis mōbo. cap. 2.

DVO DE CIMA, quod fint prodigi, in eos potissimū, à quibus se ad summos dignitatum gradus promouendos sperant.

DECIMATERIA, quod au daces, fortes, ac animosi sint: Plurimū enim in corde caloris habent, Galeno

lib.

## VALETUDINE. 234

lib. 2. cap. 12. de temperament. teste.

DECIMA QVARTA, quod fint astuti, & hoc sanè ob flauę bilistū caliditatem tum mobilitatem.

DECIMA QVINTA, quod graci les, id est, macilenti ac rarę fint corporalitę: ob exuperantem nimirū & immodicę difflantem caliditatem. Hinc magna ex parte graciles sunt biliosi. Galen. comm. 6. lib. 4. aphi.

DECIMASEXTA, quod siccii sint, id est, macri ratione.

DECIMASEPTIMA, quod crocei fint coloris, id est, pallidi aut flavi. Cet tissima enim succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus sicubi albius solito est affectum, pittuitosum abundare succum indicat sicubi pallidius aut flavius, biliosum: ita sicubi adrubicūdius quam pro natura est mutatum, sanguinis abundantia subesse significat, sicubi adnigrius, nigram superestē bilem ostendit. Ita Galen. lib. 4. cap. 7. de sanit. tuen. Lege eundem commen. 2. lib. 1. aphi.

*De temperatura Phlegmatica, sive pituitosa. Caput XC.*

Phlegma dabit vires modicas, latosque, breuesque Phlegma facit pingueis, sanguis reddit mediocres.

X 6 Octa

DE CONSERVANDA  
Ocia non studio tradunt, sed  
corpora somno .  
Sensus habes, tardus motus pi-  
gritia somnus.  
Hic somnolentus, piger, et spu-  
tamine plenus.  
Est huic sensus hebes, pinguis ,  
facie color albus.  
Hic recensentur notæ temperaturæ  
phlegmaticæ. P R I M A , quod phleg-  
matici viribus sint infirmis ac inuali-  
dis: cùm enim phlegma frigidissimum  
ac humidissimum sit orniñi , quæ in ani-  
mali habentur , mobilitatè caloris in-  
nati , & quæ inde oriuntur facultates  
omnes, magna ex parte obtūdit ac de-  
bilitat, & occasione quidem frigidita-  
tis torpidū pigrumq; corpus de natu-  
ræ actiones omnes reddit . Humidita-  
tis verò ratione neruos omnes relaxat,  
languidosq; facit: quo fit, vt phlegma-  
tici, in quibus hic humor præualeat, in  
omnibus motibus voluntariis pigri-  
tiam sentiant.

S E C V N D A , quod sint lati, sed  
breuioris staturæ: ob debilitatē. n. calo-  
ris innati corpus in longum extendi  
non potest, porrigitur ergo & in lati-  
tudinem protenditur.

T E R T I A , pingues sint & obesi,  
nimis-

V A L E T V D I N E . 235  
nimirum ob frigiditatem & humidi-  
tatē. Adeps enim vel pinguedo super-  
flua frigiditatis & humiditatis excelsū  
significat , & temperaturam cor-  
poris phlegmaticam, Quicquid enim  
in sanguine pingue , leue, & tenue est,  
id in calidioribus corporibus alimen-  
tum quod dā calido fit : in frigidiorib.  
seruatur. Cumq; id venæ extra se trāf-  
miserint, vbi in frigidas particulas in-  
cidit, quod genns membranæ sunt, in  
iis concrescit, & in adipem sive pingue  
dinem convertitur : Galen.libro.2.ca-  
pite.6.de tépera. Sequitur deinde, san-  
guineos esse staturę mediocris. Quicū-  
que enim corporum habitus & tempe-  
rati natura sunt , & mediocri exercita-  
tione vtuntur, hos necesse est  
esse, id verò est, mediocri omnino cor-  
poris habitu .

Q V A R T A , quod ad ocia , quam  
studia propensiōres sint : instrumentis  
nimirum veluti torpentibus ob frigi-  
ditatem. Galenus lib.3.de sympto.cau-  
sis.cap.3.

Q V I N T A , quod sint somnolēti,  
idque ob multam cerebri humiditatē  
& frigiditatem. Frigiditas tamen mino-  
rem vim ad procreandum somnum  
quam humiditas obtinet. Galen. cap.  
21.artis medicinal.

SEXTA , quod tardi ac hebetis sine

## DE CONSERVANDA

ingenii: quemadmodum enim mentis celeritas, *λαχύτων* Græcis dicta, & diffendi facilitas, quam *εὐμαθεῖα* iudicata, & vocant, à caliditate & siccitate, ita eorumdem hebetudo ac tarditas a contraria, nempe à frigiditate & humiditate, exordium suscipiunt. Galenus cap. 12. 16. 18. & 22. cariss medicinal.

SEPTIMA, quod tardi sunt motus & hoc frigiditatis ac humiditatis ratione, frigidi enim proprium est non mouere: humili verò relaxare.

OCTAVA, quod sunt pigri.

NONA, quod sunt somni culosiores: quorum omnium causæ ex iam dicasatis constant.

Postremis duobus versibus repetuntur notæ prædictæ cum quibusdam aliis.

PRIMA, quod sunt somnolenti.

SECONDA, quod sunt pigri ac tardi sunt ad quamlibet operationem.

TERTIA, quod multi sputi: frigiditas enim improbè concoquit ac digestio proinde multa in corpora excrementa relinquunt.

QUARTA, quod sensibus minimè vigeant: Galenus cap. 22. artis medic.

QUINTA, quod sunt pingues.

SEXTA, quod album habeant faciei colorem, de quo satis in præcedenti capite, nempe. 89.

¶ De

## VALETUDINE. 236

¶ De temperatura Melancholica. C.X.C.I.

R ESTAT adhuc tristis cholerae

substantia nigrae,

Quae reddit prauos, per tristes, pauca loquentes.

Hi vigilant studiis, nec mens est dedita somno,

Seruant propositum, sibi nil reputant fore tutum.

Inuidus, et tristis, cupidus, dexteraque tenacis,

Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.

Signa melancholice temperature hoc in loco referuntur. Ac PRIMVM quidem, quod melacholici sint parui, hoc est, malis, feris, ac perditis moribus, vt qui eò necessitatib; facile inducantur, vt mortem desiderent, jugulari que se operent, & odio prosequatur oës quotquot viderint. Gale. lib. 3. de loc. affect. ca. 7.

SECUNDVM, quod tristes admodum sunt, insidiisque sibi tendi in omni vita suspicetur. Ob turbidos nimirum & tenebricosos, qui ex melancholico humore procreantur, spiritus. Quæadmodum enim puri ac tenues spiritus legititiam, ita è contrario turbulenti ac crassi tristitiam contrahunt.

TER-

## DE CONSERVANDA

TERTIVM, quod taciturni sint,  
& paucorum verborum : vt enim cali-  
ditas garrulitatem , sic frigiditas taci-  
turnitatem & silentium generat.

QVARTVM, quod ad bonarum ar-  
tium studia apti, habiles, atque accom-  
modati sint, propter solitudines nimi-  
rūm, & secreta quę ferè perit loca . Nā  
vt lib. 2. epistola vltima Horatius ait.

*Scriptorum chorus omnis amat nemus, &  
fugit vrbes.*

Eandem sententiam sic extulit Oui-  
dius lib. 1. eleg. 1. Tristium :

*Carmina secesseribetis & ocia querunt.*

Hinc est , quod Hippocrates de De-  
mocrito Abderita ad Philopœmenem  
ita scriptum reliquerit. Non insaniam,  
sed quandam excellentem mentis fa-  
nitatē vir ille declarat, dum neq; libe-  
rorum, neq; vxoris, neque cognatorū,  
neq; rei familiaris, neque omnino ali-  
quius cura gerit, sed & diu & nocte a-  
pud seipsum cōsistit , & priuatam vitā  
degit, plerunque in antris & solitudi-  
nibus , aut sub arborū vmbbris , aut in  
mollibus herbis, aut apud frequētia a-  
quarū fluenta. Cōtingunt igitur talia  
plerunque atra bile perditis. Taciturni  
enim aliquando sunt, & solitarii , ac  
deserti amātes , & rerum familiarium  
conspicuum auersantur, alienū putan-

tes.

## VALETUDINE. 237

tes. Nec verò dissimile verò est , etiam  
his, qui circa disciplinas versantur, ab  
vna erga sapientiam adfectione , alias  
curas exclusas esse . Lege Aristotelem  
problematē. 1. sect. 30. Ciceronem lib.  
1. Tuscul. quæstio. & Quintilianum li.  
10. cap. 3.

QVINTVM, quod breuibus admo-  
dum minime que profundis pertenent  
tur somnis. Nam ad somnum creandū  
calidum adesse humorem opus est : hic  
enim concoqui expeditè potest, inde-  
que ad caput vapores surriguntur, à  
quibus subinde somnus inducitur. Qd̄  
si defit, exiguusq; humor, aut conco-  
ctu difficilis inept, somnus non oritur.  
Qua de causa post cibum somnolentis  
fimi fieri ob calorem solemus. Melan-  
cholicos vero & vehementer q̄stuan-  
tes ī sōnia tenet. Alteros, quia refrige-  
ratus humor penitus est. Alteros, quia  
nullus est, aut certè minimus. Horribi-  
lia etiam visā melācholicis per quietē  
obiiciuntur , quibus maturius ē som-  
no excitantur. Galenus libro. 1. cap. 8.  
de sympto. causis. Et Cælius Rhodigi-  
nus libr. 16. cap. 36. & 37. lect. antiq.

S E X T V M, quod constantes ac sta-  
biles admodū sint in rebus gerēdis , æ-  
gerrimeq; e dimoueantur ab eo quod  
menti semel haserit adeoque difficul-  
ter etiā, si quādo offendātur, in veterē

gra-

## DE CONSERVANDA

gratiam restitui possint : Et hoc certe  
ficitatis occasione: quæ non sinit pro-  
positum facile immutari.

LIB. 6. S E P T I M V M , quod nihil sibi tu-  
tū fore putet eoq; semper timeat: Hinc  
apho . est quod Galenus lib. 2.ca.7. de simpt.  
apho. 23 ab Hippocrate prohibetur , omnibus  
melancholia speciebus commune esse  
videtur . Si timor & mœstitia multo  
tempore edurant, melancholicum eius  
modi simptoma est . Sunt enim omnes  
sine causa mœstiæ . Nec si roges quamob-  
ré mereat, reddere causam possint . Ti-  
ment autem eorum nōnulli, tum mor-  
tē , tum alia quæ minimè sunt timēda .  
Non desunt & qui mori vehementer  
experant . Ceterum quod ex atra bile,  
cùm principium rationalis animæ oc-  
cupauit,timor, mœrorque , ac mortis  
expectatio accident, nihil mirum . Si-  
quidem etiam eorum quæ extra cor-  
pus sunt,nihil videmus quod nos per-  
inde terreat ac tenebre . Ergo cùm te-  
nebræ rationalis animæ parti sunt cir-  
consulæ , necesse est hominem timere:  
vt qui semper vna cum corpore suo  
timoris causam circumferat . Quod e-  
nim nobis extrinsecus sit, altissimus  
tenebris circumdatum:nobis aërem ad  
tempus aliquod occupantibus, id me-  
lancholiæ vitio laborantibus, ab in-  
ter-

## VALETUDINE. 238

terno,& ipso corpore contingit : scili-  
cet vel ipsa nigra bile cerebrum occu-  
pante , vel aliqua melancholici halitus  
exhalatione , veluti in morbo quæ  
flatuoſum & hypo chondriecon vo-  
cant . Idem libro tertio , capite septi-  
mo , de locis affect. iam citatam sen-  
tentiam iis ferè repetit verbis . Diffè-  
runt autem inter se melancholici . Nam  
omnes timent , mœrent , vitam dam-  
nant , odio habent homines , sed non  
q̄es mori cupiunt . Etenim hoc ipsum  
nōnullis melancholiæ caput est , quod  
mortem pertimescunt . Quosdam e-  
tiam alieno admodū, atq; extraneo vi-  
debis animo: vt pote qui simul & mor-  
tem mutuant , & tamē mortem sibi co-  
ciscant . Proinde recte videtur Hippo-  
crates omnia ipsorum accidēta in duo  
hec coēgisse, metum & mœstiam . Mœ-  
stia nimis eos inducit , vt odio pro-  
sequantur omnes , quotquot viderint  
nunquā non tristitiam preſeferentes:  
ac terroristur , vt in tenebris pueri , atq;  
ex adultis indocti . Sanè quemadmo-  
dū externæ tenebræ omnibus ferè ho-  
minibus pauorem inducunt , nisi vel  
audaces admodū vel edociti fuerint : sic  
atre bilis color , mētis sedē tenebris si-  
milē reddēs , timorē efficit . Etenim sum-  
mis tū medicis, tū philosophis in cōfes-  
to est , & humores , & omnino corporis  
tem-

**D E C O N S E R V A N D A**  
temperantiam animę actiones varia-  
re posse. Postremis duobus versibus re-  
petuntur quedam ex iam dictis, & ad  
duntur nonnulla alia.

**P R I M U M**, quod sint inuidi: Est  
enim inuidia tristitiae species.

**S E C U N D U M**, quod tristes.

**T E R T I U M**, quod auari.

**Q U A R T U M**, quod tenaces.

**Q U I N T U M**, quod fraudulenti.

**S E X T U M**, quod valde timidi,

**S E P T I M U M**, quod lutei, id est,  
terrei, siue fuscii coloris sint: Color e-  
nimi pure fuscus, qui viriditatem propin-  
quus est, melancholiæ dominum o-  
stendit, teste Rhaze libr. 2. capite. 1. ad  
Almanensem.

**¶ De coloribus. Caput**

**X C I I .**

**H**I sunt humores, qui prä-  
stant cuique colores.

Omnibus in rebus ex phlegma-  
te fit color albus.

Sanguine fit rubeus, cholera ru-  
bea quoque rufus.

**I N D I C I A R E D V N-**  
dantia sanguinis

Si peccet sanguis, facies rubet,  
extat ocellus,

In-

**V A L E T V D I N E .** 239

Inflantur genae, corpus nimi-  
rumque grauatur,  
Est pulsusque frequens, plenus,  
mollis, dolor ingens,  
In primis frontis, sit constipa-  
tio ventris;  
Siccaque lingua sitis, sunt sum-  
nia plena rubore,  
Dulcor adest sputi, sunt acria  
dulcia quaeque.

Hic cuiusq; temperaturæ ex colori  
bus indicia prescribuntur. Phlegma-  
tici enim coloris sunt albi: biliosi, pal-  
lidi sive flavi: sanguinei, rubri: Melan-  
cholici verò fuscii: qui propriè, Galen.  
libro. 14. capite. 9. Therapeu. method.  
teste, color est inter rubrū & nigrum  
medius. Sed de his omnibus in präce-  
dentibus satis iam dictum est.

**S E C V N D O** loco tredecim tradun-  
tur notæ redundantis sanguinis.

**P R I M A**, rubor faciei: ob ascensum  
enim sanguinis, omnia quæ circa ca-  
put sunt, rubicundiora apparent.

**S E C V N D A**, oculorum prominen-  
tia: calor namque exuberantis sanguini-  
nis ipsos dilatat ac flatu distendit.

**T E R T I A**, generum inflatio: cuius  
eadem est ratio.

Quarta,

## DE C O N S E R V A N D A

Q V A R T A , vniuersi corporis cū distentione grauitas: Natura enim, cū contentum humorem moderari nequeat, corpusq; multitudine grauatum sustinere minus valeat, supplantatur ac deicitur.

Q V I N T A , pulsus creber : propter caliditatem, que sanguinis multitudinem sequitur.

S E X T A : pulsus plenus, ob calidum & humidorum vaporum copiam

S E P T I M A , pulsus mollis: nimia enim sanguinis exuberantia arteriæ emolliuntur.

O C T A V A , dolor capitis, & maxime quidem circa frōtem: ob sanguinis in plexu reticulari, vt quibusdam placet augmentum.

N O N A , vētris constipatio: nimia. n. caliditate facies exiccantur & indurātur:

D E C I M A , siccitas lingua: ob eadem causam.

V N D E C I M A , vehementia sitis: orificio enim stomachi præ nimia caliditate exiccatur.

D V O D E C I M A , somnia plena rubore: Nam quæ in somnis visuntur, agi; putantur, magna ex parte corporis affectionem, humorūque naturam, plenitudinem, defectū, ac qualitatē testatur. Nam qui egrè se moueri putat, aut grauia onera portare, aut in ea

re

V A L E T V D I N E . 240  
re impediti, quā se efficere somniant, animalē facultatē ex plenitudine, aut crastis, aut viscositate humorum, depravatē habere cōisciendū est. Contra qui se vel volare, vel currere ocisimē credunt, humores paucos eosq; leues minimeq; excremētos habere verisimile est. Et qui nocturnas Veneris imagines patiuntur, genitali semine abū dare. Ad eundem modum qui in locis foetentibus, fōrdidis, ac immundis se voluntari putant, illos in corpore materiali putrem, corruptamq; ac grauiter olentē habere suspicio est: quemadmodum contra qui in locis odoris se esse autumāt, materiali probam, si uiterque olentem, & qui accensus ignis apparet, hūc à flaua bili intestari. Cui vero fumus, aut caligo, aut profundæ te nebræ, ab atra bili: Imbres autem frigidum humorem abundare testantur, nix vero & glacies, & grando, frigidam pituitam. Gallorum gallinaceorū cristas habere, aut rufa quædā, sanguinem exuperare. Luctatorē qui sibi virus fuit in sanguinis folio stare, & vix super eminere, multo sanguine abundare Galenus coniectauit, & euacuatione opus habere. Hæc ferè Galenus comment. in lib. 1. epidemio. a pho. 1, & in libello de dinotione ex insomniis. Lege & Razen. libr. 2. capite. 24.

ad

DE CONSERVANDA  
ad Almanso. & Auicennam. 2.1. doct.  
3. capite. 7.

DECIMA TERTIA, dulcedo spu-  
ti: propter sanguinis dulcedinem. Rhaz-  
zes lib. 2. capite. 20. ad Almansorem.

INDICIA EX VIBERANTIS  
Choleræ siue flauæ bilis.

Accusat cholerem dextrae do-  
lor, aspera lingua,  
Tinnitus, vomitusque frequens,  
vigilantia multa.

Multa sitis, pinguisque egestio,  
tormina ventris.

Nausea fit, morsus cordis, lan-  
guescit orexis.

Pulsus adest gracilis, durus, ve-  
loxque, calefaciens.

Aret, amarescitq; incendia som-  
nia fingit.

Lege de his omnibus Rhazen li. 2.c.  
1. ad Alman. & Auicen. 2.1. doct. 3. cap. 7.

INDICIA REDUNDANTIS Phlegmatis.

Phlegma supergrediens propri-  
as in corpore leges,  
Os facit insipidum, fastidia cre-  
bra, saliuas.

Costa-

VALETUDINE. 241  
Coftarum, stomachi, simul occi-  
pitisq; dolores.  
Pulsus adest rarus, tardus, mol-  
lis quoque inanis,  
Praecedit fallax phantasmatæ  
somnus aquosæ.

Rhazes lib. 2. c. 23. ad Almansorem,  
& Auicenna. 2.1. doct. 3. cap. 7.

INDICIA ABUNDANTIS  
Melancholiæ.

Humorum pleno dum faex in  
corpore regnat,

Nigra cutis, durus pulsus tenuis  
que vrina.

Sollicitudo, timor, tristitia, som-  
nia terra.

Coacescunt ructus, fæpor et spu-  
taminis aequæ,

Leuaque præcipue tinnit vel si-  
bilat auris.

Rhazes lib. 2. ca. 22. ad Almansorem  
& Auicenna. 2.1. doct. 3. cap. 7.

¶ De Phlebotomia, ac primo qui dem de  
estate phlebotomie.

Caput XCIII.

DEmus septenus vix phlebo-  
tomon petit annus.

Y . . Spi-

DE CONSERVANDA  
Spiritusvberiorq; exit per phlebotomiam,  
Spiritus ex potu vini mox multiplicatur,  
Humorumq; cibo damnum lenite reparatur.  
Luminaria clarificat, syncerat  
phlebotomia  
Mentes et cerebrum, calidas facit esse medullas.  
Vilcera purgabit, stomachum, ventremq; coercet.  
Puros dat sensus, dat somnum, taedia tollit,  
Auditus vocem, vires producit et auget.

De venæ sectione, quā *ελεστοπία* Graci vocat, jā agitur: Ac primò quidē huic rei accōmodata ostenditur actas, annus nimirū decimus septimus, vel, vt aliis placet, decimus quartus. Pueris nanq; vsq; ad quartumdecimū ætatis annū sanguis mitteundus nō est. Carne. n. habent tenerā & facile p̄spirabilem. Quod Galenus lib.9.c.17. metho. med. iis testā verbis: Puerorū inquit, substantia omniū facillimè dīgeritur, ac dissipatur, propterea qd est

VALET VDINE. 242  
ominim humidissima. Nullius vero quæ frigidissima existit. Quo minus vacuatis pr̄sidii eger, quam habeat ex seipso unde naturaliter vacuetur. Idē etiam lib. 11.ca. 14. eiusdem operis de synocho loquens confirmat. Si in puerum incidat, qui quartumdecimū annum hactenus nō attigit, mitti illi sanguis non debet, propterea quod tantillis, cum pr̄sertim calidi ac humidi sint, plurimū corporis substantię quotidie defluat, ac digeratur. Ita quod ex incidentia vena moliendum nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura pr̄statur. Quanquam Auenzoarus memorix dederit, se filio triamo venam dissecuisse, atq; hunc à morte tali remedio liberalis. Quod si corpus decimumquartū annū excesserit, estimandū est qualisq; eius natura sit, nū gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra. Atq; ita in priori missione sanguinis adhibebis: in secunda nequaquam. Senibus quidē post septuagesimum annū, si multi sanguinis fuerint, viresq; robustas habuerint, ac morbus ira iubeat, venam secabis. Quod si in hac ætate constitutis, vires parum validæ sint, & sanguine non admodum abūdent, in totum ab huiusmodi euacuatione arcēdisūt. In his enim cum, Galeno lib.4.ca.10.

## DE CONSERVANDA

de sanit. tuer. teste, sanguis bonus exiguus sit, crudii vero humores plurimi, incisa vena bonum sanguinem emittit: malum qui in primis maxime venis circa iecur, & quod mesenterium vocant, colligitur, in torum attrahit corpus.

Secundo loco vnicum innuitur ex phlebotomia incommodum: nempe & vberior per ipsam exhaletur spiritus. Quod certe Galenus in libello de sacrificeione iis ostendit verbis: Veniam incidere sepe in anno, minimè commodum puto. Nam vna cū multo sanguine vitalis spiritus excernitur. Hoc autē frequentius cōsumpto, & tota corporis moles perfrigeratur, & omnia animalia opera peius fiunt. Frequentior igitur vena sectio maturam senectam, & hanc morbis grauioribus obnoxiam reddit. Cuiusmodi sunt a chexia, hydrops, arthritis, tremor, paralysis, & apoplexia. Impensius. n. refri gerato natuō calore, humidoq; primogenio imminuto, viscera languescunt, cruditas dominatur, quę tormentorum causa sit atque origo.

Tertio versu traditur remedium reparandorū spiritū, potus nimirum vi ni. Hoc enim ex omnibus celeriter ac subito nutrientibus velut supra ca. 8. & 11. ostēdimus, principē obtinet lo-

## VALETUDINE. 243

cum. Quin ex cibo quoque, vt quarto docetur versu, spiritus recuperantur, sed lente, hoc est, tardius. Vbi sciēdū cū primis, quod exhibendus sit à vēcū sectione cibus concoctu facilis, optimi succi, ac plurimi nutrimenti, vel oua sorbilia, & eiusmodi. Eo mode ratiū tamen, vt li. 7. ca. 21. ad Almāsa rem Rhazes præcipit, primo ac secundo die vtendum est, quippe concoctoria facultas sanguinis eductione debili, multū superare cibū nequit. Hinc Isaacus in diat̄ ita fermē scriptum re liquit: Cibus ipsi minuendus, sed potus augendus, respectu nimirum cibi, & non consuetudinis: imo vero quam ante phlebotomiā minus bibendum est, quod virtus cōcoctrī debilior ad huc sit, quam ut copiam eius ferat.

Quarto demum loco undecim moderatæ atq; tempestiæ phlebotomiæ enumerantur commoda.

P R I M U M, quod visus aciem rōborer, clarioremq; reddat. imminutis enim & detractis per phlebotomiā humoribus, quorum effumatione oculorum claritas obscurabatur, visus nec fariō roboratur ac reficitur.

S E C U N D U M, quod cerebrū ex purget, integratatem menti restituat, & ingenii excitet aciem: idq; consimile omnino ob causam.

## DE CONSERVANDA

T E R T I V M , quod medullas ex-calfaciat: superfluas nanque humidita-tes, quarum confluxu infringidabatur: absumit.

Q U A R T V M , quod viscera ; id est, interiora expurget: leuata nanque quia corpus nostrū regit natura, exo-neratq; sanguine , quo velut sarcina premebatur; hand & grē crudos in in-terioribus detentos humores conco-quit & euincit.

Q V I N T V M , quod vomitus & alii profluuiia cohibeant: humores enim ab interioribus ad externas reuellit par-tes. Hinc ab Aucenna. 4. r. cap. 20. ita scriptum est : Phlebotomia propterea quod ad diuersum trahit, naturam se-cundum plurimum retinet. Vbi tamē silentio prætereundum non est, quod in alii profluuiio cubiti vena inciden-da veniat : vt quā citissime conspicuā nonnūquam adserat vtilitatem : quod si contra feces, nēpe in pede, nihil om-nino profuerit. Accidit tamen aliquan-do , vt alius vene ſectione fluida magis fiat, idq; duobus maximē modis. Vno quidem , quod naturę onore per-phlebotomiā ſublato, virtus robore tur, adeoq; alias haud irarō incitet eu-aeratione. Altero vero , quando aliui profluuium oritur ex retētricis facul-tatis imbecillitate. Ea enim vene ſectione

## VALET VDINE. 244

ne augetur: quo fit, vt venter magis proritetur .

S E X T V M , quod ſenſus efficiat puriores, evaporationem enim ad ca-put vnde ſenſus turbantur imminuit.

S E P T I M V M ; qđ immodicis con-ferat vigiliis: ſiquidem humorū exun-dantiam, vnde acres ſubinde atque dā-veri ſuſum feruntur funi, ſomnum que impedit, euacuat.

O C T A V V M , & tædia, id est, ni-miani corporis grauitatē, ſegnitiemē quo, ſue laſitudinē tollat, lenat nāq; quæ corpus nostrū regit naturam, exo-neratq; humorū multitudine, quibus velut onere quodā grauiſimo preme-bantur. Melancholia quoque, quæ pra-ecipua quēdam tædiorum ac grauita-tem cauſa exiftit atque origo , vna cū fanguine educit, quippe fax eius est & ſedimentum.

N O N V M , qđ audiendi difficultatem corrigat: imminuit enim redū-dantiam humorum, vnde, crassi ac fla-tuci ſuſum euecti ſpiritus auditōrios obturant meatus.

D E C I M V M , & voci conferat: subtrahit nanque ſuperfluas humidita-tes, quibus vocalis arteria immodi-ce irrigata raucas edebat voces.

V N D E C I M V M , qđ vires refi-ciat augeatq; ſiquidē corpore humorū

**DE CONSERVANDA**  
exonerato multitudine, vires recreantur & augentur.

¶ *Quibus mensibus conueniat, quae  
busne noceat phlebotomia.*

*Caput XC IIII.*

**T**Res insunt istis, Maius, Septembris, Aprilis,  
Et sunt Lunares, sunt velut Hydriæ dies.

Prima dies primi, postremaq[ue] posteriorum,

Nec sanguis minui, nec carnis anseris vti.

Sit sennum atq[ue] iuuentu licet, si sanguis abundat,

Omni mense probœ confert incisio venae.

Hi sunt tres menses, Maius, Septembris, Aprilis,

In quibus eminuas, vt longo tempore viuas.

"Tria hoc in loco traduntur.

**A C P R I M V M** quidē, quod tres menses sunt lunares, nempè Maius, Aprilis, & Septembris, ipsiusque diès quidam insunt, quibus venam incidere ne-

**VALETVDINE.** 245  
nefas habeatur. Maii scilicet primus, & reliquorū trigesimus. Idque vulgo quidem ita creditur, cum reuera fictū, atque à veritate alienura sit. Siquidem & his ipsis diebus, modò constellatio non deterreat, venam secare nihil impedit. Vanum item ac errore plenum, & , quod de anserum esu subiungitur, magisque fortilegio tribuendum, vel trac̄tum forte à Iudeorum consuetudine.

**S E C V N D V M**, quod senibus, æquæ atque iuuisnibus singulo quoque mense, modò in venis sanguis abūdet, ac morbus ita iubat, sanguinē subtra here fas sit: vt in quibus non facilemegeratur disperaturq[ue] substantia, & boni sanguinis adsit copia,

**T E R T I V M**, quod phlebotomia pro conseruanda sanitate administrāda sit in aliquo horum trium mensū: in Aprili scilicet, aut Maio, aut Septembri differenter tamen. In Aprili enim ac Maio, iecoraria incidenda venit, ob exundantem nimirum sanguinis copiam: est enim tempus vernum. In Septembri vero ltemaris: siquidem per id tempus, cùm sit autumnale, atra bilis non nullis plus cæteris colligitur.

¶ *De impedimentis phlebotomie.*

*Caput XC V.*  
Y 5 Fri-

## DE CONSERVANDA

**F**rigida natura, et frigens re-  
gio, dolor ingens,  
Balnea post coitum, minor ae-  
tas, atq; senilis.

Morbus prolixius, repletio po-  
tus et escae.

Si fragilis, vel subtilis sensus sto-  
machi sit.

Et fastidit tibi non sunt phleb-  
otomandi.

Duodecim hic recensentur impedi-  
menta phlebotomiæ.

**P**RIMVM, frigida hoīs natura: q[uo]d  
pe que venæ sectione augeatur. Funda-  
mentū n. caloris innati sanguis est: hoc  
igitur per phlebotomiā immunito, &  
calorē innatū immuniti, totumq; cor-  
pus grauiiter refrigerari, necesse est. Ga-  
len.ca.6. de curan.rat.per san.misio.

**S**E CVNDVM, regio impense frigi-  
da. Hæc enim largam vacuationem,  
qualis phlebotomia est haud sustine-  
re corporis, detracto cū sanguine nativo  
calore, satis antea refrigeratum, magis  
subinde refrigeret. Præterea nec calida  
nimis regio venæ sectionem tolerat; q[uia]  
sua caliditate vires dissoluat, ac humo-  
res disseciat. Tépus etiā anni in mittere  
do sanguine expendendum, nū scilicet

cali-

## VALET VDINE. 246

calidum sit, aut frigidū. In frigido, ne  
tempore corpus refrigeratur, ideoque  
sanguinis missionem impedit. Quid  
enim attinet corpus antea abunde fa-  
tis refrigeratum, sanguinis detrac-  
tione magis refrigerare? In calido tépore  
improbè vacuati syncope & resolutio-  
ne intereunt. Quippe calor ambientis  
è corpore foras euocatum spiritū di-  
gerit, resiccatq; corporis habitū, & im-  
becilliorē reddit. Quocirca tum omni-  
no à sanguinis missione abstinentū e-  
rit. Quod Galenus lib. i i. cap. 14. me-  
tho. meden. iis verbis cōfirmat. Et om-  
nino quidē non mettes in tempore æ-  
ftaris, & regione æftuosa, & cœli statu  
calido ac fisco. Proinde eadem est tem-  
poris, quæ regionis conditio.

**T**ERTIVM, dolor ingens: sub quo  
& nimia corporis inflammatio cōpre-  
henditur. In his enimfecta vena mul-  
tam seditionem, & agitationem in hu-  
moribus excitat: phlebotomia nimis  
attrahente ac vacuante humores, do-  
lore vero atque inflammatione con-  
tra nitentibus, atque rapientibus. Si-  
quidē dolor omnis & calor attrahūt,  
influxumq; humorū efficiunt, quo fit:  
vi inflamatio augeatur, & natura ma-  
gis debilitetur. Et hoc quidem ubi té-  
perior & artificialis fuerit phlebo-  
tomia. Si vero aceruauim, vel ad-

V 6 ani-

## DE CONSERVANDA

animi deliquium vsque fiat, in prædi-  
ctis casibus plurimū adserit emolumē-  
ti. Quippe hoc prædio feruentis san-  
guinis copia in maximis inflammatio-  
nibus educitur, & laborans phlegmo-  
ne pars refrigeratur. In vehementissi-  
mis aut̄ doloribus ideo sanguinis mis-  
sio confert, quod sanguinis confluxū  
dolorem rescidendo, inhibitor. Acci-  
dit, quod excretoria facultas causam  
dolorem excitantem eiicere properās,  
phlegmonem interdum excitet. Quū  
enim primis suis conatibus nihil pro-  
ficit, vehementius aggressa quod infestat  
expellere, sanguinis aliquid ex su-  
perpositis partibus in affiectam simul  
exprimit, ut copiose libro. 13. metho-  
di mend. capite. 3. Galenus ostendit.  
Quapropter ne id accidat, sanguinem  
mittere expedit. Et hęc fuit int̄tio Ga-  
leni comment. 23. libro. 1. aphor. Vbi  
sic scriptum reliquit: In ardentissi-  
mis febribus si vsq; ad animi defec-  
tione sanguis mittatur, statim totius cor-  
poris habitus refrigeratur, & febris  
extinguitur. In maximis verò dolorib-  
us nullū maius noui remediū, quām  
vsque ad animi defecctionem euacua-  
re. Lege plura apud eundem libro. 9.  
metho. med. cap. 4. & in libr. de curan-  
rat. per sang. missionem. c. 11. & Leon-  
hartum Fuchsium capite. 28. methodi

per-

## VALETUDINE. 247

pertinendi ad medicinam.

QVARTVM, balneum: & maximè  
quidem *Σιαροπνήσης*, id est, resoluti-  
um. Hoc enim, cūm Galeno in libro  
de vtilitate respirationis cap. 7. teste,  
spiritus ex toto corpore euacuet, adeo  
que vires debiliter, phlebotomiam im-  
pedit. Nam plurimum & repente euac-  
uare periculosum est, inquit Hippo-  
crates libro. 2. aphor. § 1.

QVINTVM, coitus post quem pro-  
hibetur incisio venæ, quod is corpus  
iam dudum plus æquo excalfecerit, vi-  
res deerecerit, ac debilitarit. Porro quo-  
nam modo Venere vires dissoluantur,  
dixerit admodum Galenus lib. 1. de le-  
mine. capite. 15. iis demonstrat verbis:  
Circa tēpus, inquit: concubitus, testes  
ex venis seminarium humorē, quantū  
cius in ipsis cōtinetur, trahunt. Est au-  
tem modicus hic, & roris similitudi-  
nem sanguini ammixtus: huiusmo-  
di autem ille opus habeat. Violenter  
igitur eo, per testiculos vt pote poten-  
tiori facultate præditos quām vena  
sunt, detracto, venę ipse rursus à su-  
perpositis reuelat, ha vero rursus ab  
his que deinceps sitę sunt, deinde ha  
rursus à vicinis: atque hoc fieri non  
cessat, donec ad omnem corporis par-  
ticulam transflumptio perueniat, adeo  
vt omnes totius animalis partes pro-

Y 7      pio

## DE CONSERVANDA

prio alimento euacuentur. Reuellic enim semper id quod perfectè est euacuatum, ab eo quod plus haberet, velut violenter eripiens. Hoc igitur quum semper fiat, & omnia velut in choro inter se mutuo participant, in tantu sane omnia vasa ac partes totius animalis euacuari necesse est, donec fortissima ex omnibus pars expletatur. Neq; vero soli seminariam humiditatē ab omnibus animalibus partibus auferri continget hoc tempore, sed etiam sp̄ititum vitalem. Nā & hic ex arteriis vna cuim se minali humiditate euacuatur. Quare nihil mirum est, immoderato coitu virētes imbecilliores reddi, à toto corpore vtroq; syncretissimo ablato, accidente insuper voluptate, quae ipsa per se sufficiens est vitalem firmitatem disoluere, adeò vt iam quosdā ex nimia voluptate ac iucunditate mortuos esse confer. Quæ omnia Marsilius Ficinus lib. 1. de sanitate tuer. cap. 7. ii. etiam confirmat verbis. Venereus, inquit, coitus, si vel paululum vires excellerit, subito exhaustus: spiritus præsertim subtiliores, cerebrumq; debilitatē labefactat stomachum atq; p̄cordia, quoniam nihil ingenio aduerius esse potest. Cur nam Hippocrates coitum contumali morbo similem iudicavit? nisi quia mentem, quæ sacra est, percellit,

tan

## VALETUDINE. 248

tantumq; ob est, vt Avicenna in libro de animalibus dixerit: Si quid spermatis suprā quam natura toleret, coitus profluat, obesse magis, quam si quadrages tantundem sanguinis emanauit, vt non injuria prisci Musas atque Mineruam virgines esse voluerint. Plura de hoc lege apud Galenum capite 86. artis medicinalis. Paulum Aeginet. libro. 1. capite. 35. & Aetium lib. 3. cap. 8.

S E X T U M, artas vel maior vel minor quam phlebotomia requirit: qualis est infantæ; & senii. Horum omnia meminit Avicenna. 4. i. ca. 20. in eum fermè modum scribens: Cauere debes a venæ sectione in complexione vehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis doloris, & post balnum resolutum, & post coitum, & in etate, quæ est minor. 14. annis quanto plus poteris, & in etate secundum quanto magis poteris. nisi in figura consilus fueris, & in soliditate muscularum, & venarum amplitudine, & earum repletione, & colorum rubidine: hos nanque ex adolescentibus & senibus phlebotomare audiens. Adolescentes tamen secundum ordinem ad phlebotomandum paulatim prouchere debes cum paucina minutiōne.

SE-

## DE CONSERVANDA

SEPTIMVM, morbus prolixus; virtus enim temporis tractu exoluta non tolerat venæ sectionem, vt quæ à morbo plus satis iā debilitat, phlebotomia facile exhauietur. Galenus de curan. rat. per sang. miss. cap. 20. Idem Auiennā etiam loco citato cōfirmat. In corporibus, inquiens, quæ prolixas perpeſia sunt ægritudines, abstinen- dum à venæ ſectione, niſi ſanguinis af- fuerit corruptio, quæ ad hoc te perdu- cat, quoniam tunc ſanguinis ſubtra- ſtione vteris.

OCTAVVM, anima potus repletio. NONVM, largior cibi ingestio: ſub qua incoſtitio ſine cruditas etiam comprehenditur: cauſa horum omniū eft, vt ex Auiēna. I. I. doct. 6. ca. 3. col- ligitur, quod tria ſint materialia attrahentia, loca ſilicet innanita, membro- rum caliditas, ac totius corporis habi- tus. Sanguis igitur ſi ſic affectis mitte- retur, venæ proprio & commido de- ſtituta nutrimento, quod nondū in vé- triculo ac hepate concoctum eft, attra- herent. Hoc Itaq; in membra raptū nō corrigeretur. Siquidem tertia conco- ctio, vt Galenus auctor eft, nō emendat erratum ſecundū, nec ſecunda prima. At que inter im excrementorum copiam in corpore, ac inde tandem ægritudi- nes prouenire neceſſe eft. Tanto ig- tur

## VALETUDINE. 249

ut tempore differenda eft phleboto- mia, quantum ſatisfacere tum ad eorū concoctionem, tum ut excrementa de ſcendant, videbitur.

Praefiterit tñ in intemperantibus vinoſisq;, ac ventri gulæq; deditis, vt cap. 6. lib. de curan. rat. per sang. miss. Galeno viſum eft, à venæ ſectione in to- tunt abſtinere: vt quoſ neque purga- tione, neq; ſanguinis miſione magno perè adiuueris. Nam per vitæ intempe- rantiam, crudorum humorum copiam ociſiſimè colligunt: verūn his ne ma- num quidem admouere tentandum eft. Quorūm enim attinet, apud vul- gum infamare praefidia, quæ multis tueri ſalutis Galenus libro. II. capite. 2. metho. meden.

DECIMVM, fragilitas, id eft, de- bilitas virtutis: quippe ſanguine miſio virtus ſemper iis extremè cōcidit, nec poſtea reuocari, colligiq; poterit. Ga- len. cap. 6. de curan. rat. per sang. miss. & lib. 2 I. cap. 14. meth. meden.

VNDECIMVM, os ventriculi ſu- pra modum ſenſile: ſub quo imbecillū etiam comprehenditur, & quod ama- ra bili redundant: ob hæc enim multi in venæ ſectione ante iuſtam vacuationē per initia ſtatiā animo deſtituuntur.

Porrò os ventriculi magno ſenſu praeditum eſt, ex eo maxime cōiicitur in-

**D E C O N S E R V A N D A**  
inquit Auicenna, quod acia mordet  
ciasq; citra offenditionem non facile trahit  
glutiat. Imbecillitatem arguit deiecta  
cibi potusq; appetentia. Amaræ verò  
bilis redundantiam, oris amaritudo,  
nauseæq; perleueranter, & bilis frequē  
tiores vomitus ostendunt. Hæc itaq; in  
dicationes à sanguinis subtractione  
dehortantur. Siquidem humores ves:  
na sectione exagitati, sic affectis ad os  
ventriculi haud raro, ceu ad consuetu:  
dum locum confluunt: sed cum id mē  
brum debilius iam sit, quam ut tali  
humorum cōfluxui resistat, multa omni:  
nino sanguinis missione contrahunt  
mala. Et hæc vna causa est, cui multi  
ex ipsis animo linquātur. Bilis namq;  
in stomachum refusa, morsu suo cor:  
pōnuntq; ac cérerum ēt συμφ. d.  
θεια id est, consensum, trahit, syncopē  
penq; parit, quandoque verò subitanam  
etiam adfert mortem. Galenus libro  
9.cap.5.metho meden. & Auicenna lo:  
co citato.

**D V O D E C I M V M**, nausea: in  
hac enim si sanguis mitteretur, venæ  
ex haustæ prauam illam ac nauseosam  
ad se facile attraherent materiam. Ne  
que ob dictas solum causas, sed ob al:  
lias etiam non paucas à phlebotomia  
interdum abstinemus.

Ac primò quidem ob

men-

**V A L E T V D I N E.** 250  
meniumq; fluxum. Quod certè Gale-  
nus lib.9.ca.5.metho.medē*iis* inue-  
re verbis voluit: Si tempore, inquit,  
mittendi sanguinis menses moueri  
contigerit, siue etiam haemorrhio fit  
reculū, si inspecto fluitis impetu, ipse  
fatis fore videbitur qui solus, quod re-  
quiris, vacuet, naturæ rem omnē per-  
mittes: si minus, tantum ipse detra-  
hes, quod ex coniunctis ambobus per-  
ficatur p postulas. Non nunquam ta-  
men reuulsionis etiam cauila in imimo  
dicis sanguinis è naribus, vtero, sedc,  
aut thorace, eruptionibus, venæ sectio-  
ne citissimè conspicuā adfert virilitatē.  
Deinde ob corporeæ co[n]stitutionis ra-  
ritatem, hoc est, humidam calidamque  
temperaturam. Eius enim substantia  
celerrimè in ambientem dissipatur, a-  
lias in halitum sensibilem, alias in per-  
spirationes quoq; visum fugiant, sed ra-  
tione deprehendantur. Itaq; etiam hu-  
ius causa aut prossus venam non seca-  
bimus, aut parum detrahemus. Gale-  
lib.9.cap.17.metho.medē.

Tertiò, ob lentorem ac cruditatem  
humorū: Hæc enim vene sectione au-  
gentur. Vnde in diutinis morbis san-  
guinis missione vtendum non est: ne  
cruditas, s. angeatur, virtus debilitate-  
tur, & morbus eousq; producatur, vi ne-  
qua p[ro]st[er]ea curari queas. Hinc pro-  
cipi-

## DE CONSERVANDA

cipit Auicenna, ut in morbis chronicis pharmacia venæ sectioni præmittatur, & non contra, licet utraque opus habeant ægrotantes.

Cruditas porro humorum duabus potissimum de causis accidere solet. Primum quidem ob aggrauantem humorum copiam: quæ innatum calore velut suffocando in tantum debilitatem, ut ipsos euincere postea nequeat. Et in hac phlebotomia ut licet, quemadmodum id ipsum Alexander Trallianus libr. 9. cap. 2. in curatione Anasarcæ iis confirmat verbis. Omnia curatio à vacuacione incipienda est, sed Ascitis quidem dicti, aut Tympanizæ à sola purgatione. Cui autem Anasarcæ nomen est, ea venæ sectionem interdum requirit ut quæ ex sanguine frigido nascatur. Ac frigiditatis quidem ratione illa non indiget, sed quoniā copiæ detractio naturam leuat, ut hæc minorem illæ efficiat facile superet, non alienum, sed rationi consentaneum est hic quoq; vena sectione uti. Videmus enim quod etiam ignis externus, cum à lignis viri dibus propemodum extinguitur, refocillatur rursus, si illa, quæ ipsum suffocabant, auferantur. Deinde vero ob caloris innati debilitatem ut in hominibus frigidæ naturæ, quales à diutino morbo cœualeſcentes cumprimis sunt

&

## VALETUDINE. 251

& senes: his phebotomia ex viu non est. Subtracto enim sanguine, qui formes natui caloris acyti thesaurus est, necesse est, ut corpus vehementius refrigeretur, humorumq; cruditas augentur. Sanguis igitur ipsis, ut humores cōcoquat & euincat, relinquendus est. Quinetiam post χολεfæv diutinos vomitus, διάφορα medianam, vigilias labores, vehementiores, & uno verbo, post omnia quæ corpus impensius calificant, exiccantq; ac vires dissoluunt, à vena sectione abstinendum, ut copiose ad modum docet Rhazes lib. 7. cap. 2. 1. ad Almani.

¶ Quæ circa vena sectionem observanda.

caput XC VI.

Hæc facienda tibi, quando vis phlebotomari,  
Vel quando minus, fueris vel  
quando minutus.  
Vinctio, siue lauacrum, et potus  
fascia, motus,  
Debent non fragili tibi singula  
mente teneri.

Quinque in sanguinis missione obseruanda esse hoc loco traditur: & ex ipsis alia quidem prius, quam vena tūdatur, quædā interea dū sanguis emititur,

DE CONSERVANDA  
ritur, nonnulla verò eo iam subtracto.  
PRIMVM, vinctio: alias enim mē-  
brum incidende venę oleo irrigatum  
fricamus, vt tēpore eius sanguis redda-  
tur fluxilis: Interdum ipsi etiam *per-*  
*petrōm*, siue scalpello olei nonnihil al-  
linimus, vt inflictū dolorem mitigem.  
Quandoq; verò & vulneri olei cuiusl-  
piā parū illinimus, quo nimirū cicatri-  
ce tardius obducatur, humoresque in  
venis relicti liberius expirent, & mali-  
fumi discutiantur.

SECVODVM, potus: & præcipuè  
quidem vini. Hoc enim cùm in ipsa se-  
ctione, si syncope obuenierit, tum post  
eam etiam ad boni sanguinis genera-  
tionem, spirituumq; recuperationem  
conuenientissimè exhibetur. Suprà  
cap. 8. & 10.

TERTIVM, lauacrum, id est, bal-  
neum, quo certe per biduum aut tri-  
duum ante & post sanguinis missionē  
vti conceditur, nequaquam verò eodē  
die. Ante quidem in illis, quos crassorum  
humorum copia aggrauari sus-  
picio: est: hos enim balneum incidit,  
mobilesq; facit, ob eandem etiam cau-  
fam paululū dimoueri ante phlebo: o-  
mīa conuenit, & assūmēre nonnihil sy-  
rupi acetosi. Eodem quoque tempore  
membrum incidende venę fricandum  
est, vt humores è propinquis venis ad-

VALET VDINE. 252.  
locum sectioni destinatū alliciātur, &  
ad exitū properent. Post verò emisio-  
nem sanguinis valet ad humorū vapo-  
rumq; reliquias discutiendas. Verū  
eo superfedere in ipso die oportet: cu-  
tem enim nimis reddit mollem quo sit  
vt plage facillimè cedat, quòd non est  
citra periculum.

QVARTVM, facie, hoc est, liga-  
turæ, ex pānis scilicet lineis. easq; tam  
ante, quam post venę sectionem admi-  
nistriar oportet. Ante quidem & vt in  
de venę incrasescat, conspicueq; ma-  
gis flant, & vt humores ad constitutum  
incisioni locum facilius prolecten-  
tur. Post verò, ad fistendum reprimen-  
dumque fluxum.

QVINTVM, motio siue inambu-  
latio, moderata nimirū ac trāquilla:  
eaq; & ante, & post venę incisionem,  
vti cōuenit: ante quidem, vt humores  
dissoluātur, extenuenturq; post verò  
ad dissipandas huiusmodi reliquias.

Ea hodie apud vulgum inualuit con-  
suetudo, vt venę ieūno ferē ac vacuo  
incidentur s̄ homacho: sed hoc ipsum  
doctorib. quibusdam minus probatur,  
vt quibus conducibilius esē videatur,  
vt ouum molliculum siue sorbile, cum  
haustulo vini prius exhibeat, idque  
circiter horā nonam, vel decimā ante  
meridiā, ac cōfestim deinde venę inci-  
da-

**D E C O N S E R V A N D A**  
datur:Natura enim stomacho existen-  
te vacuo,ne alimento destituantur,san-  
guinē pertinacissimē retinet. Contra  
vero, pauculo , eoq; exigua mole plu-  
ritum nutritre, cuiusmodi vinum &  
oua sorbilia cumprinis habentur, in-  
gesto cibo, eundem facilimē exire pa-  
titur.

Porro quod ad diei, in quo fit venæ  
fæctio,tempus attinet , sciendum san-  
guini mittendo conuenire maximè tē-  
pus matutinum, sic tamen ut nō proti-  
nus excitis ē somno , sed horam vnam  
antea vigilantibus vna fecetur . Qui-  
busdam etiam posteaquam rerum sol-  
liturum quidpiā obierūt , siue in ludo  
literario, siue in officinis, siue in foro,  
siue in ædibus, sanguinē auferre expe-  
dit. Aegris autem nullum est venæ fæc-  
tionis præscriptum tempus,quamob-  
rem nec per noctem sanguinē mittere  
iis, si morbus sic expertat vercaris . Sic  
Galenus in lib.de curan.rat. per sang.  
misi.cap.11. &.20. & in præfagio expe-  
rientialia comprobato cap.4.

**A N N O T A T I V N C V L A.**  
Ut vocem phlebotomiam versus fe-  
tant , geminato vbique bb.phlebboto-  
miam in hoc opere legere oportet.

**¶ De quibusdam phlebotomia effe-  
ctibus. Caput XCVII.**

Exhi-

**V A L E T V D I N E.** 253  
**E**xhilarat tristes iratos placat  
amantes  
Ne sint amantes,phlebotomia  
facit.

Hic tres phlebotomiae referuntur  
effectus.

**P R I M V S**,quod cōtristatos exhi-  
laret,ac latos reddat.

**S E C U N D V S**,quod animos irato-  
rum placet,reconciliatq;. Ac vt riusq;  
quidem causa est , quod hæc maximè  
fat , cum sanguini admiscetur multū  
flauæ bilis, illa verò cùm mulcrum me-  
lancholiq; sed horum humorum vter-  
que vna cum sanguine per phleboto-  
miam educitur:ergo &c.

**T E R T I V S**,quod præcaueat,ne a-  
mates ob rabidos quosdam appetitus  
ad infaniam adiungantur:humores enim  
à capite ad partes subiectas reuellens  
expellit.

Ob quinque porrò causas venæ fæ-  
cio adhiberi solet. Quarum vna tan-  
tum directa est , reliqua verò omnes  
indirecta.

Directa sanè adhibetur sanguinis  
vacuandi causa:sed cùm is vtilis sit na-  
ture, probè hanc administrari conue-  
nit, sic vt q; inutile naturæ sit emittrat .  
Fit autem sanguis naturæ inutilis bifa-  
tiā, vel cùm propriam qualitatē ad

**Z** vn-

## DE CONSERVANDA

vnguem non seruat, nec amplius nutritre sicut prius, cum utilis esset, potest vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel distendat, vel findat, vel obstruat. Ac in his quidem missio sanguinis utilis est, ceu vacuantum praesidio rati vna. Differenter tamen adhibenda est: siquidem in sanguinis multitudine copiose detrahere, in reliquis vero pauca uacuatione uti oportet. Hinc est quod libro. 9. capite. 10. metho. meden. Galenus in eum propè modum scripsit reliquerit: Si sanguis vitiosus in corpore fuerit, paulatim quod vitiosum est vacuare oportet, & paulatim inuicem quod salubre est, pro eo repondere. Vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationem Gracè *επικράσιν*. Cui subscribit Alexander etiam Trallianus lib. 9. ca. 2. iis verbis: At hoc non vna vice faciendum est, ne vires deiciantur. Etenim quamuis id quod vacuatur, recrementitum est, tamen vniuersa ac subira mutatione magis offendit. Satis igitur est paulatim & tutam evacuare, quam festinando perturbando; vni cum morbo etiā regrum è medicis tollere. Atque hinc certe liquet, quae per se phlebotomia abutantur, qui virtus sanguinem studiose auferunt etiam diu, dum bonus effluere coepit:

cum

## VALETUDINE. 254

cum vniuersus forte sanguis citius erupturus sit, quam bonus appareat. Paucam igitur esse deceat, & vt Galenus præcipit, in eiusmodi casibus ante venam incisionem *επικράσιν* uenditum est, hoc est, cibus exhibendus est probum generans sanguinem: quo nimis in virtuosi locum bonus succedit: ac paulò post sanguis extrahendus est modicus. Et quidem directa dicitur phlebotomia: quod per se fiat, ad evacuationem illius, quod per se venæ sectione euacuari debet, nempe ad multitudinis humorum, siue sanguinis euacuationem: principaliter tamen, secundum quod cum eo sunt alii humores.

Reliquæ. 4. dicuntur indirectæ: & administrantur vt humorum vehementer impetum ad diuersam reuocent partem, vel ad latera deriuent.

P R I M A adhibetur ob magnitudinem morbi, siue vehementiorem apostematis cuiuspiam inflammationem. Nam in apostemate vehementis infiammationis, in febribus, & doloribus maximis, non inuenitur excellentius remedium, quam sectio venæ, teste Gale no lib. 1. apho. comment. 23.

S E C U N D A, vt materia alliciat ad locum, per quem euacuanda est: unde in mensium atque hæmorrhoidem

Z 2 sup-

**D E C O N S E R V A N D A**  
suppressione saphena aperienda est,  
quemadmodum in libro de curan.rat.  
per sang.misio.cap.9. in hunc scribēs  
modum Galenus attestatur: Plenitudi-  
nes à suppressis mensibus ortas, omni-  
nino per crura euacubis, siue venam  
secare oporteat, siue sacrificare. Sectæ  
enim in cubito venæ mulierum reuel-  
lere purgationem asfalent.

**T E R T I A,** vt humores deriuētur  
ad partem oppositam loco, ad quem  
sua sponte rapiuntur: & hoc quidem  
vt materia à mēbro, in quod cōferrim  
ingruit, auocetur reuellaturq; & pp̄te  
rea in immoderatione mensū fluxu se-  
camus basilicam, id est, interiorem cu-  
biti venam, quæ hepatites etiam voca-  
tur, vt reuulsā materia ad locum oppo-  
situm a fluxu suo diuertatur.

**Q V A R T A,** vt portiuncula ma-  
teria quapiam per vena incisionem e-  
vacuata, natura residuū euincere va-  
leat. Atq; ita tandemēna incide cōue-  
nit, vbi repletio in corpore fuerit, ne  
generetur apostema, virtus scilicet  
imbecilliore existente, quam vt vniuer-  
sam illam humorum redundantiam si-  
mul moderetur ac regat. Ideo portiun-  
culā eius emittrimus, ne ob naturæ im-  
potentiā imbecillitatemq; in debilio-  
res partes ingruens, inibi abscessus,  
aut tumores præter naturam exciter.

**De**

**V A L E T V D I N E.** 259  
¶ De Scissure quantitate.  
Caput XCVIII.

**F**Ac plagam largam mediocrī  
ter, vt cito fumus  
Exeat vberius liberiusq; cruor.

Hic vnicum habetur præceptum de  
fissuræ quantitate in venæ sectione:  
nēpē vt ea mediocriter sit ampla: quo  
nimirum crassior sanguis ac fumi libe-  
rius exeant. Fissura enim stricta existē-  
te tenuis or sanguis dūtaxat effluit, cras-  
so intus remanente. Vbi hoc quoque  
scidum, & in venæ sectione aliquādo  
ampliū, nonnūq; verò arctū infligere  
vulnus oporteat. Et ampliū quidem tri-  
bus maximè de causis. Primo cum hu-  
mores sunt crassi, & crassior sanguis e-  
ducendus est: vt facilius exire queat.  
Hinc melā cholicis etiā ampliū infligē-  
dū est. Secundo, ob tēporis ac regionis  
frigiditatem: per eam.n.humores cras-  
sefunt: quare per hyemē, sic necessita-  
te iubente, amplio potius vtendum est  
vulnere. Tertiō, ob redundantiam hu-  
morū: qui melius certè amplio quam  
arcto euacuātur vulnere. Contra verò  
arctum vulnus magis conuenit, cùm  
virtus imbecilla est: ne scilicet immo-  
dicē spiritus excernātur, & calor inna-  
tus extra modum debilitetur. Eadem  
habenda est ratio in calido tempore,

Z 3 &

DE CONSERVANDA  
Et cum sanguis subtilis ac tenuis eu-  
cavatur.

¶ Quæ in vena sectione consideranda.

Caput XCIX.

**S**anguine subtracto, sex horis  
est vigilandum,  
Ne somni fumus laedat sensibi-  
le corpus.  
Ne neruum laedas, non sit tibi  
plaga profunda.  
Sanguine purgatus nec carpas  
protinus elcas.

Tria in vena sectione consideranda  
esse, hoc in loco traditur.

**Somnus.** PRIMVM, vt is, cui vena secta est,  
non dormiat illico post phlebotomiā  
niisi sex admissus horæ præterierint:  
ne fumi scilicet, quos somnos efficit,  
sursum ad caput euecti, cerebrū offendant.  
Poslunt tamen & alia ad signari  
causa. Ac prima quidem, ne æger ver-  
tendo se se inter dormiendū supra mē-  
brum volvatur, in quo vena secta est,  
itaq; læsionem percipiat. Secunda, ne  
inter dormiendū humores trâfluant  
in partem ex scalpellī iētu dolentē, ini-  
biq; apostema generent. Siquidem par-  
tes dolentes, ut capite. 95. artis medi-  
cialis, & in libro de curan. ratio per  
fang.

VALET VDINE. 256

fang. miss. cap. 7. Galen. assertit, natura  
solent fluxionē suscipere: & præcipue  
quidem in somno. Avicenna verò hæc  
adserit causam, nempe quod ex dormi-  
tione phlebotomizæ propinquæ, ple-  
runq; accidat in membris contractio.  
Dū enim huc & illuc inordinato atq;  
inopinato, volvuntur, reueluntur  
que motu, fasciæ dissoluuntur, quo sit,  
vt retectæ, & adhuc à recenti sectione  
hiantes plagæ inmodicam nonnumq;  
sanguinis vim inscientib; effundant:  
quod, quam sit vitæ discriminis cōim-  
cium, nemo est qui ignorat. Adhæc fu-  
mida quoq; excrementa per somnum  
intrò rursum ad principalia reuocant  
membra. Quinetiam spiritus, sanguis,  
& calor vñq; sectione ad exteriora p-  
lectati, somno ad centrum retrahun-  
tur: atq; ita certè haud raro, cū ob ve-  
na sectionē excitatam commotionē,  
cum somni quoq; retractionem, ebulli-  
tio in humorib. contingit, ac inde fe-  
bris tandem acceditur. Satis igitur li-  
quet, cōfertim à venæ sectione non esse  
dormiendū: præ fertim si inter ea nihil  
cibi ingestū fuerit: q; si verò à cibi  
sumptione in vnā atq; alteram horā,  
imo & in plusculas (si ita patitur ani-  
mus) somno indulgeatur, nihil, aut pa-  
rum admodū offendit. Siquidē exagi-  
tatio humorum tāto temporis spacio

Z 4 ad

## DE CONSERVANDA

ad plenum contrahi sedarique potest .  
Satius tamen fuerit à somno abstinere  
aut certè , si qua necessitas dormire om-  
nino cogat , quām breuisimo vti som-  
no , adhibita semper cautele quadā ,  
ne discincte fasciæ agrotantes in vita  
discrimen adducat . Nō nulli hanc quo-  
que adsignant causam , nempe q̄ mate-  
ria per somnum crastescat , cōfractioq;,  
in membris eueniait , perinde atque in  
quarranæ typo ob materiae crastient  
frigiditatemq; solet . Tum nerui prete-  
rea atq; lacerti frigidi sunt fumus igi-  
tur ad ipsos perlatus in somno , in qua  
calor naturalis totus in profundū cor-  
poris retrahitur , crastescit simul & re-  
frigeratur , qui sic refrigeratus & cra-  
stor effectus , frigiditatem quoque &  
crastiem , sive confractiōem cum  
membris communīcat . Simile nanque  
à simili facile afficitur . Et hæc quidem  
de somno phlebotomiæ propinquo , &  
non de remortiore intelligenda ve-  
niunt .

S E C V N D V M , ne venæ sector p-  
fundam nimis incutiat plagam , ita vt  
scalpello neruū , aut arteriā venæ iun-  
ctā attingat . Nervi enim punctura ob-  
sentiendi præstantiam , ob idq; quod  
cum principio pars hæc continuitatē  
habet , promptè dolorem accersit , quē  
necessario comitatur humorum deflu-

xio,

## VALETUDINE . 257

xio , hanc excipit phlegmone , quam ex  
necessitate deinde , non solius quidem  
puncti nerui , sed totius instrumenti  
consequitur conuulsio , & inde acer-  
bisima tandem mors , vel ad minus  
membri , vtpote brachii , aut digitii &c.  
amissio . Quod Cornelius Celsus libr.  
2.ca. 10. iis etiā verbis significare vo-  
luit . Iuncta est , inquiens , vena arteriæ  
his nerui . Ita si neruum scalpellus atti-  
git , sequitur neruorū distentio , ea que  
hominē crudeliter cōsumit . Lege Ga-  
lenum cap. 92. artis medic. & lib. 1.ca.  
2. de motu musculorum , & lib. 6.ca. 2.  
metho. medendi . Porrò ex arteriæ pun-  
ctura fluxus sequitur sanguinis arte-  
rialis difficillimæ curationis .

TERTIVM , ne is , cui vena secta est  
protinus à missione sanguinis cibum  
lumat , sed expectet dum humorū exar-  
gitatione sedetur , ne cibus nondum cō-  
coctus ad subueniendum mēbro ləso  
cū sanguine simul attrahatur . De hoc  
Galen. lib. 4.ca. 20. de sanit. tuenda .

¶ Quæ post Phlebotomiam vi-  
tanda. Caput. C.

O Mnia de lactevitabis rite mi-  
nutus .  
Et vitet potum phlebotoma-  
tus homo .

Z 5 Fri-

DE CONSERVANDA  
Frigida vitabit, quia sunt inimi-  
ca minutis,  
Interdictus eritq; minutis nu-  
bilus aer.  
Spiritus exultatq; minutis luce  
per auras,  
Omnibus apta quies, et motus  
saepè nocivus.

Hic quinq; ab incisa modò vena ca-  
uenda esse præcipitur.

*Lacti-  
nia.*  
PRIMVM, Lac & laetitia omnia.  
Siquidem ex humoribus venæ sectio-  
ne agitatis ac cōmotis sāpē in ventri-  
culum nonnihil tranfluit. Lac igitur  
quod per se alioqui corruptioni obno-  
xiūm est, sumptum, dictisq; humoris-  
bus admistum, facillimè omnino &  
corrumptur, & dulcedinis ratione in-  
concoctum ac crudum ab inanitis ve-  
nis attrahitar, Suprà cap. 7.

*Potus.*  
SECVNDVM, Potus: quippe qui  
& ipse pari modo incōcōctus facile ab  
iisdem abripiatur. Suprà ca. 95.

*Frigida.*  
TERTIVM, frigida omnia, tam in-  
trō sumenda, quām foris admouenda.  
Eiusmodi autem cūprimitis sunt, ali-  
menta frigidiora, potus frigidus, bal-  
nea frigida, ambiētis nos aēris frigi-  
das, vestimē exilitas, super petram nu-  
da sessio, capitis ac pedum frigiditas.

Hinc

VALETVDINE. 258  
Hinc. n. corpus, calore nimirum inna-  
to, plus satis iam venæ sectione imimi-  
nuto, preter modum refrigeraretur.

*Nebula.*

QVARTVM, ne is, cui vena secta  
est, versetur siue ambulet in aēre turbī  
do ac nepulofo. Hic enim est qui, vt fū  
prā cap. 14. ostēdimus, sanguinem me-  
lancholicum efficiens, animam contri-  
stat. Sed versetur potius incedatq; in  
aēre lucido, claro, atq; sereno. Inde e-  
nim sp̄ritus recreantur omnes, & iu-  
cundissima quadam voluptate distra-  
cti ad similem protenduntur.

*Quies.*

QVINTVM, vt idem temperatā  
amplectatur quietem, motionemque  
vitæ. Hæc enim humores venæ sectio-  
ne agitatos, magis adhuc commo-  
uet, & vires vsquequaque debilitat:  
illa verò commotionem contrahit ac  
sedat.

Sunt qui tradent, cauendum etiam  
esse à salitorum piscium vni postquam  
vena alicui incisa est: ἀλφές τε γαρ  
παλλαῖς καὶ φόρες ἀπογριαστιν, id  
est, virilinges enim & scabie sc̄pēnu-  
merò gignunt. Simeon Sethi in Synt.  
de piscibus.

¶ Quibus morbis &c. et atibis phlebotomie  
conueniat, & quantum sanguinis  
quoque tempore detrahendū.  
dum. Cap. C. t.

Z 6 Prin-

DE CONSERVANDA  
Principio minuas in acutis,  
perper acutis,  
Aetatis mediae multum de san-  
guine tolle.  
Sit puer atq; senex tollat vter-  
que parum,  
Ver tollat duplum, reliquum  
tempus tibi simplum.  
Quatuor phlebotomiae praecpta  
hoc loco traduntur.

PRIMUM, vt in principio acutorum  
& peracutorum membrorum vena in-  
cidatur: & cuius pleniore intelligētia,  
scindum initio, per acutum morbum  
essē duplēcē. Exquisitē peracutum,  
qui vltra quartū non producitur diē.  
Hunc recentiores Medici, barbaram  
fectantes medicinam, perperacutum  
vocare solent. Non exquisitē peracu-  
tū, cuius vigor in septimo futurus est.  
Hi itaq; morbi cū breues sint, ac sta-  
tim summos. i. maximos obtineant la-  
bores, neq; inducias concedant, illicē  
per initia curandi sunt. Idem porrā,  
quod à calidis magna ex parte humo-  
ribus sanguine nimirū & flaua bile  
nascantur, vene sectionem potissimā  
exposcunt. Hinc non temerē Hippo-  
crates libro. 4. de vīct. ratio. in morb.  
acut. a pho. 19. ita scriptum reliquit: In

acut-

VALETUDINE. 259  
acutis morbis sanguinē detrahes, si ve-  
hemēs morbus videatur, florueritq; æ-  
grotanti ætas, & viriū adfuerit robur.  
SECUNDVM, quod in ætate me-  
dia, siue florēti, ab anno nimirū. 30.  
ad 45. vel. 50. copiosius, quam in aliis  
sanguis detrahēdus sit. Et enim hic cor-  
pus solidū esse incipit, quod nequaquā  
tantum sanguinis, quantū solebat, in  
se traducit, sed plus solito in venis re-  
linquit. Quo sit, vt eius subtractio in-  
crementum non impediatur, neq; virum  
robur dissipatur. Corpus nanque in ea  
ætate neque augeri sensibiliter, nec im-  
minui, sed voluti stare videtur.

TERTIVM, quod lenibus ac pue-  
ris parum sanguinis detrahendum sit,  
vt per pueros intelligamus etiam eos,  
qui pubertatis hoc est. 14. ætatis annū  
excēderunt. Nam vsque ad pubertatis  
initium, totta illa ætas pueritē mollis  
est, & tenerior, quā quæ phlebotomiā  
toleret: quoniam licet concoctio & nu-  
tricatio in iis liberalis, tamen spiritus  
& sanguis modicus, vt pote, qui conti-  
nuē, atq; affatim in corpus transflumi-  
tur, neque natura citra inopiam illius  
vacuationem sustinere potest. Nam e-  
stō, quod natura nostra in solidis habi-  
tet, tamen ad immodicam oēm cuacua-  
tionē labefactatur, aut interit. Puber-  
tas ergo primum sanguinis missionem

Z 7 tom

## DE CONSERVANDA

tolerat. Hic igitur pro mutatione naturæ sanguinem mittere licebit, neque tamen id facere decet assiduim, sed admodum breuiter.

Porrò per sēnes eos inaudire oportet, qui adhuc in prima atque secunda senectute consistunt. In his enim auctoritate mittēdi sanguinis paulatim descrevit, adeo ut in decrepitis, hoc est, post 79. annum ob virtutis imbecillitatem vix liceat. Plura Galen. in. 4. lib. Hippocra. de vīt. rat. in morbis acu. comment. 19. & ibidem etiam Hieremias Thriuerus Brachelius.

QUARTVM, quod dupla sanguinis portio, respectu nimium reliquorum, temporum vere detrahenda sit. Tunc enim sanguinem maximè crescere in corporibus nostris, apud omnes medicis scriptores in consenso est. Ceterum quod ad primum praeceptum attinet, regulæ nonnullæ circa sanguinis missionem obseruandæ sunt.

Ac prima quidem, ut ab initio morbi non fiat phlebotomia. Medicus enim vt ca. 87. artis medic. & cōment. 22. li. 4. aphoril. Galenus adserit, naturæ minister est. Sed natura ipsa nunquam in morbi principio, dum crudi adhuc sunt humores, villam vacuationem instituit. Ergo nec medicus ipse in principio morbi dum adhuc omnia cruda sunt,

## VALETUDINE. 260

sunt, vacuationem villam molire debet. Cruda enim cum vacuationi non obdiant, grauius ea de causa symptomata excitant. Galenus comment. 22. lib. 1. aphoril.

Fallit tamen hēc regula in tribus casibus: Primo, quando noxii humores turgent, hoc est, sua sponte concitati ad excretionem nos adducunt: tum enim in principio etiam morbi nōdum coctis humoribus vacuare, licet, ne si licet humoris parum stabiles, & ab una parte ad aliam sine ordine moti, ad principem aliquam partem decumbant: Raro autem accidit, ut humoris mobiles ab una parte ad aliā trasfluant, sed plerumq; sunt in parte aliqua firmi ac fixi: ideoq; nō est in principiis morborū vacuandum, nisi rarissimè, hoc est, quādo humoris turgēt. Hinc nō temere. 4. 1. c. 20. & 22. 3. tract. 2. ca. 7. ab Auenic. præcipitur, ut in principiis morborū venæ incisio penitus demittatur, ut quæ superfluitates extenuet, ut per corpus fluat, ac fano sanguini permisceatur, non extrahat tamen quod extrahi necesse erat: quo fit, ut post tēporis interuallum phlebotomiā repeteat, interim eodem die interim postridiæ. Atque hinc profecto vires nimirum debilitantur.

Secundò, in materia multitudine:

Hic

## DE CONSERVANDA

Hic enim circa principia quandoque, quemadmodū cōmēn. 29.lib.2.aph.Ga-  
lenus testatur , venæ sectionem , non  
nunquā verò & purgationem adhibe-  
re oportet, quo minorem iam factā ma-  
teriam natura posuit concoquere.

Tertiō,in morbi magnitudine ac ve-  
hementia , vt in magno vehementissi-  
moq[ue] doloris apoplexiate licet nō sit  
multa in corpore materia, scilicet ante  
cedens . Nā repellendus humor est ne  
apostema citius,quām par est , crepet,  
aut aperiatur . Venæ igitur sectio, vt  
magna hæc & praua symptomata eui-  
tetur, circa initia statim adhibēda est.  
Quod Galenus lib. 13.cap.20.methodo-  
meden. iis innuere verbis voluit , in-  
quiens. Itaq[ue] incidenda in talibus affe-  
ctibus vena statim ab initio , si modā  
tam valens virtus sit, vt sine noxa mis-  
sionē sanguinis toleret,ac nihil prohi-  
beat eorū, quæ defecanda vena retuli-  
mus , sicuti vel crudi humores copia  
vel puerilis ætas,vel anni tēpus , vel re-  
gio, in qua sit extremus calor, aut fri-  
gus. Non solum aut in morbis acuris,  
atcq[ue] adeò in inflammationibus , verum  
etiam in vulneribus & contusionibus  
particularum, præsertim nobilium, san-  
guis ex opposita parte mittendus est,  
vt inflammatio prohibeat, etiam si  
sanguis modicus fuerit.

SE-

## VALETUDINE. 161

SECUNDĀ, ne fiat phlebotomia  
in die motus egritudinis, velut in cri-  
sis in qua neq[ue] venæ sectio, neque ali-  
qua alia vacuatio tentanda sit:ne mate-  
ria scilicet diuertatur à loco,ad quem  
naturā ipsam,vt excernatur, pellit. Pa-  
ri modo nec in ipso paroxysmo tale  
quippiā tentandū est:recteq[ue] commen-  
29.lib.2.aph.Galen.præcipit, vt mor-  
bo iā cōsistente,neque vane sectio,ne-  
que purgatio adhibeatur,quod coctio-  
nes morborū tunc maximē fiant , que  
melius in quiete , q[ue] motu perficiuntur.  
Cæterum sicut s[ecundu]m habet status ad inte-  
grum morbum , ita & paroxysmus re-  
spectu dierum ærupsit, id est, inter-  
missionis : quemadmodum igitur in  
statu non est vacuandum, ita nec in pa-  
roxysmo.

TERTIA, ne phlebotomia circa  
initia statim morborū fiat, quādo cri-  
sis adhuc remota est . Sanguis enim in  
situ caloris fundamentum est, ipsum nī  
mirū sustinēs,licet cor generet & spiri-  
tus deferat, sed sanguis est fundamen-  
tum eius ex ipso enim vt materia natu-  
rus calor gignitur, per sanguinis igitur  
subtractionem calor, qui coquere ma-  
teriam morbi debebat, vacuatur: quo  
fit, vt morbus in longum protraha-  
tur,viriumq[ue] robur deiciatur ,vt ti-  
mendum sit , ne ob morbi diuturnita-  
tem,

**D E C O N S E R V A N D A**  
tem , ac virium imbecillitatem natura-  
succumbat.

**Q V A R T A**, ne in corpore , cui ster-  
cus multum inter intestina cohíbeatur ,  
phlebotomia adhibeatur . Tria enim  
sunt , velut supra cap . 95. ostendimus , at-  
trahētia : loca scilicet inanita , mēbrorū  
caliditas , ac totius corporis habitus .  
Venę igitur sanguinis misione ex-  
hausta ē membris rursum propinquis  
attrahunt , quemadmodū & Meleraicæ  
ē ventriculo : quo fit , vt aluus magis  
cohíbeatur , & materia in venis conten-  
ta corrumpatur . Meleraicæ enim humi-  
ditatem ē stercore penitus exugen-  
tes ipsum exlicant . Proinde molli cly-  
stere , aut subiecta glande , æger prius  
vacuandus est , ne vena putridam quā-  
piam superfluitatum effientiam ab in-  
testinī venentur attrahantq;. Galen.  
in præfagio experientia confirmato ca-  
pite . 5.

**Q V I N T A**, ne frequens ac multa  
phlebotomia fiat : Hinc enim circa se-  
nium multi ac mali generātū morbi ,  
sicut est epilepsia , apoplexia , & paraly-  
sis ; siquidē ob sanguinis & caloris im-  
minutionem multæ generantur phle-  
gmatice superfuitates , que dictas  
tandem ægritudines excitant . Hinc  
non temerè vulgo dici solet : Qui in  
iuentute phlebotomiam exercēt , hoc  
est ,

**V A L E T V D I N E . 262**  
est , sanguinis missione citrā necessitatē  
tem sèpius vtuntur , senectutem defle-  
bunt .

**S E X T A**, ne vena sectio adhibe-  
tur mulieri , cui menses fluunt , aut vte-  
rum gerenti . Utterum grenti quidē ne  
abortiat : Calor enim cibum cōcoquēs  
venę sectione diminuitur , & alimentū  
fœtū subtrahitur , & maximē quidem  
fīs ē auctiō fuerit . Nam fœtus ex men-  
sibus nutritur , cūm autem non inue-  
niat vnde nutriatur , fame conficitur ,  
& mouetur , & dissoluitur , exciditque  
ex naturalibus vinculis : magis autem  
hoc contingit , si maior sit fœtus , nani  
maiori indiget alimento . Non inuenit  
aut ipso sanguine misio . Plura de hoc  
Leonhartus Fuchsius cōmen . 3 i. lib . 5 .  
apho . Hippocra . Cui verò mēses fluūt ,  
naturaliter scilicet , & secundūm reuo-  
lutionem mensis vena secāda non est ,  
nisi in immoderatiō fluxu , nempe  
ad reuellandam materiam . Sed quando  
naturaliter & secundūm debitum  
naturę cursum erumpunt , naturę res  
omnis permittenda est . Suprà capite .  
95 .

**S E P T I M A**, ne phlebotomia fiat  
post immodicam ventriculi perturba-  
tionem infrā & suprà factam , quam  
 $\chi\alpha\lambda\epsilon\rho\alpha\gamma$  Grēci , Latini cholera  
etiam appellant , barbaram sectantes  
me-

**D E C O N S E R V A N D A**  
medicinam, Cholericam & cholericam  
passionem nominant. Cum enim ve-  
næ sectione humores commoueantur,  
timendum ne per hoc biliosus humor  
in ventriculum trasfluens, ipsum in-  
flammet. Plura supra circa finem ca-  
pitis. 95.

Postremò videndum etiam est, qui-  
bus hominibus phlebotomia conuen-  
iat: Cui sanè rei regule etiam non  
nullæ ponendæ sunt.

**A C P R I M A** quidē, quod homi-  
nibus delicatis, oculis, desidiosam vi-  
tam agentibus, valde corpulentis, &  
multum nutritive cibo videntibus, po-  
tissimum conueniat.

**S E C U N D A**, quod illis etiā, qui  
sanguine abundat. Quod quidem per  
vixen crassitatem cognoscitur: abundan-  
tia enim sanguinis eam efficit cras-  
fam, flauę vero bilis tenuem.

**T E R T I A**, quod iis quoq; ex via  
fit, qui melancholico abundant succo;  
vnde multa melancholia naturali cum  
sanguine per corpus discurrete, quod  
ab ea sanguis in hepatē ad amusim  
non deparetur, purgationē antecedere  
debet phlebotomia, sequi vero purga-  
tio. Duplex porro melancholia est na-  
turalis scilicet, & non naturalis. Quan-  
do naturalis abūdat, cum sauguine si-  
mul discurrit, quare ad eius euacuatio-  
nem,

**V A L E T V D I N E.** 263  
nem primum quidem venæ sectio ad-  
hibenda est: ab eodem enim calore, tē-  
perata nimis, sanguis & melano-  
chia generantur: deinde vero post tem-  
poris aliquod interuallum, nempe post  
concoctionem, purgatio phlebotomia  
succedit.

**Q V A R T A**, quod illis cùm primis  
etiam conferat, in quibus periculum  
est, ne ob humoris redundantiam in  
corpo accidat calfactio, ebullitio, &  
conturbatio. Nonnulli tamen per hanc  
regulam s̄e numero falluntur. Quan-  
do enim calfactionem aliquam percipi-  
unt, humorum ebullitionem adesse  
suscipit, venæ sectione statim vtun-  
tur, cū ex flauă bilis ferore & incen-  
sione hoc interim accidere etiā posit.  
In qua sane tantū absit, vt calfactio &  
ebullitio per venę incisionem cohibe-  
atur, vt magis etiam incitentur & ange-  
scant. Phlebotomia enim humores co-  
mouet, vt maiore deinceps impetu per  
corpus discurrant. In tali igitur casu  
phlebotomia vtendum non est, nisi sic  
ex humoris redundantia: quod qui-  
dem ex sudoris multitudine dignoscit,  
& p̄cipue cū is matutino tempore  
oboritur. Aliqui enim non sudant, nisi  
cū euacuatione opus habent.

**Q V I N T A**, quod venæ sectio illis po-  
tissimum adhibenda sit quibus vires ad-  
huc

## DE CONSERVANDA

huc firmæ sunt, quiq; sanguinæ & non  
frigidæ ac siccæ sunt tēperatūra. Hinc  
Rhazes libro.7, ad Almanso capit.21.  
Corpora, inquit, quæ venas habet am-  
plas & conspicuas, quæq; hirsuta sunt,  
& colore inter rubrum fuscumq; me-  
dio adolescentium nimirum, iuuenum,  
& fenum nondū decrepitorum, phle-  
botomiæ præsidia magis tollerare pos-  
sunt. Pueris verò & infirmis vena se-  
cunda non est, nisi maxima incùben-  
te necessitate.

¶ Quæ membra, quoque tempore ve-  
ne sectione vacuanda.

Caput. C II.

VER Aestas dextræ Autumnus  
Hyemsque sinistras.  
Quatuor haec membra, hepar,  
pes, cephæ, cor, euacuanda.  
Aestas hepar habet, ver, cor, si c  
que ordo sequetur.

Hic ostéditur, quæ mēbra, quoq; tē-  
pora per phlebotomiā sunt vacuanda.

A C P R I M O quidē dicitur, vere  
& æstate venas dextræ partis esse se-  
candas: dextra scilicet manus, brachii,  
vel pedis. Sed autumno ac hyeme sinis-  
tras: sinistræ nimirum manus, brachii  
vel pedis. Vere enim crescit atque auge-  
tur in corpore sanguis, æstate vero fla-

ua

## VALETUDINE. 264

ua bilis: quo sit ut in vere ac æstate va-  
cuandæ sint venæ quæ sanguine & fla-  
ua tñile magis abundant tales autē cùm  
primis sunt venæ dextre. Siquidem in  
dextra corporis partē situm est mem-  
brum sanguificationis, nempe hepar,  
& χολοδόκος, id est, folliculus flau-  
bilis. In Autumno verò humor gene-  
ratur melancholicus, qui aceruatur e-  
tiam, nec dissoluitur per hyemē: ynde  
autumno & hyeme illæ venæ potissi-  
mū secundæ sunt, in quibus mélancholia  
magis dominatur, suntq; venæ fini-  
stræ. Nā in finistræ corporis parte situs  
est lien, receptaculum melancholiæ.

S E C V N D O deinde loco traditur  
quatuor hęc mēbra, nempe κεφαλὴ. i.  
caput, cor, pedem, & hepar, vacuanda  
esse iuxta quatuor anni tempora. Cor  
quidem vere, hepar æstate, caput hye-  
me, & pedes autumno.

¶ De commodis ex sectione Salva-  
telle. Caput C III.

E X saluatella tibi plurima do-  
na minuta,  
Splenem, hepar, pectus, vocem,  
praecordia purgat.  
Innaturalem tollit de corde do-  
lorem.  
Sex commoda hoc loco recensentur

fe

**D E C O N S E R V A N D A**  
fectionis venæ, quam saluatellam vul-  
go vocant. Ea inter digitum medicum  
& medium frequenter admodum & sepi-  
simè inciditur. Alius incisionis eius lo-  
cus est, ut vulgus atumat, inter medi-  
cum, & auricularem.

**A C P R I M V M** quidem eius co-  
modum, quod lienem expurget.

**S E C V N D V M**, quod iecur emüdet;

**T E R T I V M**, quod pectus purificet;

**Q V A R T V M**, quod vocis aufe-  
rat incommoda.

**Q V I N T V M**, quod à nocumèto  
tueatur, ac conseruet p̄cordiat quo  
nomine os ventriculi, membra spiri-  
tus, & quæcunque cordi vicina, hic in-  
telligenda sunt.

**S E X T V M**, quod nō naturalē cor-  
dis dolorem tollat: ac ratio quidē omni-  
um est, quod huius venæ sectio, vt la-  
tius paulò post declarabitur, ab omni-  
bus illis locis sanguinem educat.

Pro pleniore autem huius rei intel-  
gentia, primò quidem sciendū est, ape-  
riri nō nunquam venas, nonnunquam  
verò arterias. Verùm propter difficil-  
lem fluxus arteriæ compressionem. ar-  
terias medici incidere metuant, quippe  
cuī si quis in secunda fortè vena  
arteriam vulnerarit, agrè statim san-  
guinis eruptionem cōpescat, ac vbi res  
optimè cadat, ad cicatricē perducta di-  
ui-

**V A L E T V D I N E.** 265  
missione, tamen *ἀνεύριστη*, hoc est, arte  
riæ incisæ dilatatio existat, teste Gale-  
no in lib. de curat. per sang. misso. ca.  
21. & 22. Difficilis porrò est fluxus arte-  
riæ compresio, partim quidem ab ar-  
terialis sanguinis fenuorem. Hic enim  
próptissime mouetur, arteriamq; dila-  
tando aperit: quare sanguinis eiacu-  
lationem in arteriæ incisione admodum  
iuuat. Partim verò, quod motus arte-  
riarum, vt lib. 2. cap. 20. de sanit. tue-  
n. Galenus attestatur, nunquam inter-  
mittatur, quo sit vt ipsarū vulnera tar-  
dus etiam curentur. cùm vtiq; quie-  
tē requirant ea, quæ sañda sunt. Ga-  
le. lib. 5. ca. 8. meth. med. & cōm. 6. lib.  
6. aph. Prodest autem arteriæ incisio,  
quando corpus redundat sanguine te-  
nuiore, aut flatuoso, aut feruidissimo.  
Sedes enim sanguinis subtilis ac te-  
nua, vnde calor naturalis & spiritus  
procreātur, & item flatuosi, in arteriis  
est. Quin feruidissimus etiam sanguis  
qui à calidissimo membro, corde sci-  
licet, perficitur, inq; singula corpo-  
ris membra digeritur, in arteriis cōti-  
netur. Crassioris verò, quo membra  
nutriuntur, receptaculum in venis est.  
Sanè verò quæ Galeno occasio extite-  
rit secunda arteriæ, ipsæ cap. 22. de cu-  
randi rat. per sang. misso. edifferit. Mo-  
nitus, inquit, per quædam insomnia,

A a quo-

## DE CONSERVANDA

quorum duo perspicuè mihi visa sunt  
accesi ad dexteræ manus arteriam in-  
ter indicem ac pollicem sitam, siue que  
fluere donec sponte sanguis resisteret;  
nam ita somnium præceperat. Effluxit  
autem nō tota libra. Subito itaq; diut-  
turnus extinctus dolor est, in illa ma-  
xime parte fixus, qua iecur septo trâf-  
uerso committitur. Mihi quidem ho-  
estate iuuenili euenit. Ad minister De-  
Pergami, diutino lateris cruciatu la-  
borans, liberatus est arteria in summa  
manu incisa, aggressus & ipse illud in-  
somni monitu.

Secundo verò loco sciendum, quod  
vena secțio multis' admodum mēbris  
adhiberi soleat. Aliquando quidē bra-  
chio, siue manu magna, nonnunquā  
paruæ, quandoque pedi, interdum na-  
fo, aliquando fronti, nonnunquam la-  
biis, quandoque lingua siue palato,  
nonnunquā angulis oculorum fronte  
versus. Quinq; venæ secundæ veniunt  
in manu magna, per quā intelligitur  
apud Medicos totum brachium cum  
summa manu, ut per pedem totū crus,  
hoc est, quiquid ab ischio usque ad  
platas pedum est, quemadmodum do-  
cuit Rhazes lib.7.ad Alman.cap.2i.&  
Auncenna.4.i.cap.20.

Vna vocatur humeraria siue hume-  
ralis, Grecè ἀρμεῖα quod per humerū

in

## VALETUDINE. 266

in manum feratur: vel exterior, quo-  
niam cubiti exterius latus perreptat:  
Vel νεοαλική idest, vena capitis.  
Altera interior cubiti vena, que η τας  
ΤΙΤΗΣ Græcis dicitur, Latini iecor ari-  
am & lienarem: hodie facientes medi-  
cinam Basilicam vocant.

Tertia Media, quam nonnulli & a-  
lio nomine non ineptè communē, vel  
cardiacam, vel nigrā, vel matrem,  
nuncupant. Barbari verò Medianam  
appellant.

Quarta axillaris, que est ramus ba-  
slicæ.

Quinta funis brachii, quæ est ra-  
mus cephalicæ descendentis. In mino-  
ri siue summa manu est Sceilen, siue  
Salus tella. Et ita in manu sex venæ se-  
candæ veniunt.

Cephalica incidenda est, vbi supe-  
riores pectori partes, facies nimirū,  
aut caput malè afficiuntur: quare con-  
fert passionibus capitis, vt hemicra-  
nie, manie & similibus. Galenus capi-  
te decimosexto, de curan. ratio. per  
sanguinis misio.

Basilica à partibus statim enauat, Basilica.  
que infra ceruicem sunt, verbigratia,  
à lateribus, pulmone, corde, iecore, lie-  
ne, aut ventriculo.

Communis situ & compositione in-  
ter duas iam dictas media est. Nā ea ex Media

A 2 fil-

## DE CONSERVANDA

fisione vtriusque oritur. Est etiam in vacuando media: vndiq; enim vacuat, ab inferioribus nimirum partibus infra ceruicē, à collo, & supra collū. Vnde exquisitissima omniū humorum & vniuersalis toti corpori per huius venae sectionē fit euacutio. Vniuersalis quidem, nō, vt quibusdā placet, quod à corde oritur, sed quod sit ramus cephalica & basilicæ. Sanguinem igitur è cephalica detractus, ea non apparente, medium potius quam basilicam secabis. Quod si nec Basilica se ostendere, ad medium potius, quam ad cephalicam confuges.

*Saluatel  
la.*

Saluatella sive salubris, Sceilen Aui cen. i. i. doc. 5. sum. 5. c. 4. appellatur, & est vena sub annulari & medio digito exporrecta. Verūm alijas subinde apud Arabes & Barbaros illam Sceilen vocari obseruatur, quæ iuxta brachia le ab humerarīe ramo axillaris venæ propagine constituitur, cui eadem quæ axillari medicorū vulgus nominata imponit, hanc quoque saluatellam & salubrem vocans. Hęc obstructo hepate in dextra manu, liene verò in sinistra incidi solet. Quare hoc fiat, ratione ostendere non est, sed experientia licet. Porro manus illius cui hęc veniam fecatur, in calidam aquam ponēta est, donec locus infletur, & louter ex-

tu-

## VALETUDINE. 267

tumeat, conspicuusq; fiat; sc̄ta autem iam vena, iterum in aquam ponenda est, ideo vt sanguis cito ciaculetur, si eius eruptio debilis fuerit, sicuti solet in pluribus eorum, quibus per hāc venam sanguis extrahitur, & ne sanguis in ore venæ coagulatus illico restrin-gatur. Cūm autem ex ea, quantum volueris, emanarit, pars olei ac salis imponendum est, ne iusto citius vulnus cicatrice obducatur. Rhazes libro. 7. capite. 21. ad Almanso. & Auicenna. 4. 1. cap. 20.

Axillaris ramus est basilicæ, & appetaret in curuatura brachii versus inferiora: de hac idem quod de basilica iudicium est.

Axillaris

Funis brachii similis est cephalicę: est enim ramus eius. Quanquā autem venæ sectione, quemadmodū idipsum à Galeno & Auicenna adseritur, vniuersalis è toto corpore fiat euacutio, non tamen ex omnibus venis æqualiter, sed tantum ex communibus, vt vi-sum est. Licet etiam venæ è toto corpo-re vacuent, non tamen æqualis in omnibus est timor. Imo cephalica Rhazæ est securior, basilica verò & cardiaca magis timendæ, quanquam hęc quam illa minus.

Cephalica omniū minus est noxia, & nullus nervus, nulla arteria, nullus

A a 3 ctiam

## DE CONSERVANDA

etiam tendo sub ea vena procurrens sectionem impeditat.

Cardiacæ sive medianæ incisio admodum difficilis ac periculo sa est, propter subiacentem neruum, ac tendine, maximè si in ipso brachii sunt profundi incidatur. Periculum id ~~avertit~~ <sup>avertit</sup>, vt paulò ante dictum est, Graeci vocant. Nam is est præcipue locus difficilis, qui tamen quotidie administratur.

Basilica inter ceteras eius loci periculofissimam haber sectionem: tum propter arteriam, quæ subiacet, tum etiam propter incertum & varium nervorum in ea parte procursum, quæ dubium & anxiū reddunt: præcertim in interiorē brachii plexu, qui minus carnesus est.

Secilen, sive Sanguatella, non est periculosa, sed tamen subtilis, unde comunit, vt in sectione eius manus in aqua calida detineatur, quo expeditius erit par sanguis.

Peda re na. In pede tres venæ sunt, ischiatrica scilicet, saphena, & vena poplitis, quas incidere consueimus sanguinem deorsum reuulsuri, vt in membra prouocatione.

Sed in hoc vena poplitis iuxta Auctenre sententiam, efficacior est saphena, aut ischiatrica: propinquior enim est

## VALETUDINE. 268

est vrero, vnde melius ab ipso deorsum trahit.

Saphenæ sectio à renibus, ab utero, testiculis, & virga sanguinem educit.

Ischiatrica ab ancha, id est, ischio, siue à coxa renibus, & membris versus exteriorē partem sitis melius trahit. Iuuamentum sectionis eius magnum est in ischiade, podagra, varice, & elephantiasi.

Saphena ab utero trahit, & membris versus interiorē partem sitis, licet eiusdem venæ sint rami: menses prouocat, & hemorrhoidum orificia aperit.

In media fronte inter duo supercilia sita est vena, cuius incisio confert grauitati capitis, & præcipue illi, quæ est à parte posteriori, & antiquis faciet vitiis, nēpe morphez, impetigini, scabiei, & oculorum affectibus, incisa tam prius cephalica.

Est in naso quoq; vena, in cuius incisione collum sudariolo stringere oportet, donec capitis partes intumescant, & vena conspicua fiat. Idē etiam in sectione venæ frontis faciendum.

Inter labra item & gingivias venæ sunt, quæ propter oris, aut gingivaru abscessus scindi solent, cephalica tamen prius incisa.

In palato venæ sunt quatuor, quarū incisio confert fluxioni rheumatis ad dē

Fronta.  
venæ.

Nasi.

Labiorū.

**DE CONSERVANDA**  
tes, ac in eis dolorem excitantes. Sunt  
que omnes conspicua, & incidendæ  
potissimum post concoctam materiæ.

**Oculorum.** Sunt quoq; vene quædā in angulis  
oculorum lachrymalibus fronte versus,  
que incidentur in passionibus oculo-  
rum, doloribus capitis, ophthalmia an-  
tiqua, & lachrymis, secta prius cephalici  
ca.

**Lingua.** Præterea vene quæ sub lingua con-  
spiciuntur, posstant in multis affectu-  
bus incidi, præsertim in angina, secta  
tamen prius cephalica.

**Tempo-  
rum.** Quinetiam in temporibus iuxta au-  
res vene sunt, quæ incidentur pro-  
pter vertiginem, hemicraniam, vehe-  
mentem capitis dolorem, & ægritudi-  
nem diuturnam, sed hec incisio, vt  
in li.de genitu. & in li.de aëre, aquis,  
& locis Hippocrates autor est, homi-  
nem reddit sterilem. Quibusunq; in-  
quit, iuxta aures vene sectæ sunt, hi-  
coœunt quidē, & genituram emittunt,  
verū modicam, & debilem, ac infac-  
tundam. Nam plurima genituræ pars  
à capite iuxta aures in spinalē medul-  
lam procedit. Ipse autē genituræ mea-  
tus, cicatrice sectioni inducta, obstrui-  
tur. Et proceres Scytharum, incisis iu-  
xta aures venis, sterilestere affirmat.  
Auicenna eas iuueniles vocat.

In collo etiam vene sunt quas Greg-  
orii

**VALETUDINE.** 269  
ci opacæ, Latiniiugulares, id est,  
venas fauciū & gutturis, Arabes Gui-  
dez, Barbari Subeticas, Apoplecticas,  
& somni venas appellant, quod prefixæ  
ligatae, & complicate, afferant napor,  
ideat somnum veterosum, & torpor  
quendam apoplepticum. Vulgo, den Is-  
dengrieff vocare solent. Hæ incidentur,  
cum anhelitus in principio lepræ  
maximè constringitur coarctaturque,  
& in principio fortis anginae, in alth-  
mate acuto, in raucedine vocis, in ab-  
scissu pulmonis, in dyspnœa, quæ est  
ex multo sanguine calido, & in ægri-  
tudinibus splenis ac laterum. Plura  
in libro anatomiae viuorum Galeno  
adscripto, capite. 28. & apud Rhazen  
& Auicennam locis citatis.

Aa 5 De

## DE RATIONE

VICTVS SALVTARIS  
post incisam venam, & emis-  
sum Sanguinem, ad Ar-  
matum Epigram-  
ma Anastasij.

Venam Armatae tibi medici incidere, timet  
ti

Nescio venturi qualia damna malū.

Nunc quo vita modo fuso peragenda cruo-  
re,

Sitq; dieta tibi qualis habenda, regas.

Illi mortorum dicant Armatae periti,

Hec non est nostra falce metienda seges.

Non missum facis, & cupio ex te audire di-  
serti

Atque aliquid tua quod Pieris ornat, sis.

Accipi quandoquidem nugas ad seria duci-

Quesfacias octo versibus, celo dies,

Prima cana die sit missus sanguine parca,

Lux abeat latissimæ secunda medis.

Tertia sed placide debetur tota quietis:

Quarta & quinta sibi mollius esse ve-  
lunt.

Balnea sexta petit: mox septima colligit au-  
ras,

Terqa; rragos circum rura nemusq; pe-  
des.

Ostana amplexus dilecta coningis, & que  
Autem fuit, vitam restituiss. solet.

Victus

## VICTVS ET

CVLTVS RATIO, EX.

posita quatuor in singulos

menses versibus. Per Ioa-

chimum Camera-

rium. An[d]ignatus; op[er]is tu[us] p[ro]missus.

I A N V A R I V S.

Mensis amat tepido Iani decurrere victa.

Et resci grato sape liquore iubet.

Vena tibi nullos exudet secula cruores,

Sed calida fas est mergere corpus aqua,

F E B R V A R I V S.

Februa olius, volucresq; cibis odore palu-  
stres,

Esseq; inertifica febre timenda solent.

Pharmacæ tunc hauri, tunc scinde in pollu-  
ce venam,

Et calido multum flumine membra fone.

M A R T I V S.

Martius humores & terra & corporis an-  
get,

Tunc ratio est puri magna tenenda cibi.

Dulcia tum profundit acri condita sapore,

Pharmacæ non profundit, venam aperire no-  
ceat.

A P R I E I S.

Frigore vim lente revocat telluris; Aprilis.

Tunc etiam est temuis perq; forata cutis.

Tunc intus sunt austera magis, suntq; omnia  
plena:

Soluere se venter, vena aperire iubet.

A& 6 Qm-

## M A I V S.

Omnia iam florent, iam formosissimus annus,

Iamque sibi cuncti mollius esse volunt.

Balnea nunc cole, nunc sit pharmaca sumere cura,

Et tibi nunc misso sanguine vena fluat.

## I V N I V S.

Iunius & gaudet gelidis, & pascitur herbis.

Vivifico humoris tunc inimica fuge.

Letitia & recreet tunc mentem blandas luptas,

Affligit corpus nec medicina tuum.

## I V L I V S.

Aceris ignifluos intendit Iulius astus,  
Hoc brevior somno tempore danda quies.

Balnea ritentur, nec venam tangere ferro,

Nec domine petulans accubuisse velis.

## A V G V S T V S.

Ipse etiam Augustus somnum restringit & escas,

Et Veneris cupidos gaudia ferre vetat.

Pharmaca nemo bibat, laceret neque corpora ferro,

Nec gelidas intra delicietur aquas.

## S E P T E M B E R.

Poma dat & gratos September ab arbore fructus.

Tunc etiam presso pascere lacte capra.

Phar-

## 271

Pharmacæ n il prohibet tunc sumere, scinderi venam,

Nec tuus externum ritet aroma cibus.

## O C T O B E R.

Octobri offertur venatio, vina, volucres:

Vtere, nec dubites non tenuisse modum.

Sic tamen ut ne oneres nimio præcordia victu,

Cumq; modo studeas non tenuisse modum.

## N O V E M B E R.

Eße salutaris perhibetur mulsa Nouembri,

Gingiber & dulci fissile melle natans.

Tum neque saepe laues, Veneris neque sacra frequentes,

Ante jenex tempus ne videare suum.

## D E C E M B E R.

Iuxta mense focum calidis utare Decembri,

Tunc iaceant mēsis gramina nulla tuis,

Incidas capitis defensi a frigore venientiam.

Cinnamomeq; tuus fragret odore calix.

L O C I A L I Q U O T D E M O-  
deratione cibi & potus, item  
fomini & vigiliarum.

i. Modus organorum hortatur ad temperantiam. Cum enim immodicè onerantur, non potest coctio perfici. Et vitia primæ coctionis deinde non possunt corrigi in aliis coctionibus. Quare cibo immodico ingestu, cum

Aa 7

sc

fit malus chylus, etiā postea fit insu-  
ue nutrimentum, & corpus vitiosis hu-  
moribus impletur.

2. Traditur utrilibet regula: Viciū  
prioris coctionis nō potest corrigi in  
posteriore. Quare, cū vētriculus nō fa-  
cit suū officium, nunquam fiet ex crudo  
chylo sanguis bonus. Ideo intēperā-  
tes, qui nō concedunt otiū prime co-  
ctioni, replēt corpus vitiosis humoris-  
bus, sunt pallidi, & prosternūt virēs  
ventriculi ac deinde hepatis.

*abores.* 3. Sæpe citatur dictū Hippocratis, in  
*bi, po-* quo cōplexus & est res viles corpori,  
*n somi-* & carū modū & ordinem: μόνι, στίχια,  
*l, omnia ποτὰ, ὑπνοι, πανταρέτρια.* Primū lo-  
*it, mode* cum tribuit labori, qui p̄g multas cau-  
ta. fas præcedere cibos debet. Excitatur  
enim calor, superfluitates consummūn-  
tur & expelluntur, & vtile est ante-  
quam ingerantur alii cibi. Ut enim, si  
ad focum calfacias aquam, & iam fer-  
uenti infuneas frigidam, rursus extin-  
guitur calor ita turbatur coctio, cum  
rursus cibi ac potus ingeruntur crudi:  
*i pura* Id cauere iubet Aphorismus, τάμη-  
*pora,* καθαρὰ σώματα, οὐσιῶν ἀντρεφάς,  
*antò μᾶλλον βλαδύζει.* Sunt autem utrilibet  
*is nn-* exercitias, in quibus agitātur brachia, &  
*es, tātò* thorax panditur, ut di scutiantur su-  
*is le-* perfluitas in pectore & pulmone, &  
motus, calorq; diaphragmatis ventri-  
culo

culo profund. Post cibum cauendi sunt  
oēs vehementiores motus corporis &  
animi, cauēda & vocis intētio. Tribuē-  
da est em̄ quies vētriculo amplexo iam  
cibū, qui cū agitatur, non pōt integrē  
concoqui. Motus enim aperit orifi-  
ciū, vbi exhalant calor & spiritus: ape-  
rit & pylorū, vbi crudus chylus ante tē-  
pus effunditur. Ac interdū sibitū exi-  
tium afferunt illi vehementiores motus  
post cibum. Nec quisquam est, qui nō  
experiatur, sibi tales contentiones no-  
cere. Itaq; videmus natura etiam pecu-  
dibus hunc sensum inditū esse, quietē  
vt amet postquam pastę sunt. Qualis  
est aut̄ immanitas, homines prorsus cō-  
temnere ordinem à natura institutum,  
vilem vitā & conseruandis non  
solum ventris, sed etiam ingenii viri-  
bus? Est etiam quedam diligētia, quæ  
eruditos decet, cibi & potus discrimi-  
na considerare, qui iuuent aut offendant  
corpus, vt calidis & fiscis minimē  
profund calida aromata, & pleniora vi-  
na. Ad somnum conciliandum profund  
laetucæ & cibi ex amygdalis facti. Ob-  
seruet igitur quisq; qualibus cibis o-  
pus habeat.

¶ De Somno.

4. Cōducit quis ad recreandas tres  
virtutes: Ad rigationē cerebrī, ad gene-  
randos spūs, & ad perficiendū officiū  
vētriculi & hepatis. Verè igit̄ Ouidius:

*Is quoque qui gracili cibus est in corpore somnus.* Et Vergilius.  
*—fessos sopor irrigat arsus.*

Nam cu coctio recte perfecta est, omnibus membris distribuitur nutrimentum, & membra irrigat, gignitur spiritus, qui nouas vires addunt, & tamē æstus corporis ipsa quiete mitigatur: perfunditur etiā corpus quadā vitali & suauigatione ex cerebro. Recipit & cerebrum vires, unde sicut nesciui viuaciores.

**¶ De ordine cibi & semini.**

5. Nec inanes suauiter dormiunt, nec immodico cibo onerati: Balneq antecedant coenas, à coena exiguum sit interuersum ad somnum. Molli ambulatione cibus ex orificio ventriculi descendit, & orificium clauditur. Deinde quies gratissima est ventriculo, ac primū in dextro latere cubandum est, ne hiet os ventriculi. Fit igitur collecto calore in sommo coctio, prohibetur cruditas, conseruatur calor naturalis, gignitur sanguis suauior, sequitur & virium & coloris bonitas. Nec dubium est, certissimam esse perniciem virium corporis & ingenii, extendere vigilias post coenam in multā noctem. Quia non tantum cruditas sequitur, sed dissipatur calor naturalis, languescit virtus ventriculi, gignitur fan-

273

sanguis impurus, corpus vitiōsis humoribus repletur, sequitur aut *xanthochroia*, aut macies, accedunt pallor, conturbatio spirituum, debilitas cerebri. Quare assuefacienda est iuuentus, non modō ne conuinia producat in multā noctem, sed etiam, ut lucubrationes omitrat principio noctis, nec tempus ad quietem diuinitus constitutum omnibus animantibus, transferat ad exitios labores.

6. Est etiam opus animi tranquillitate. Nam dolor cordis, item sanguinis ac spiritum æstus in metu, mœstitia, ira, nimis intenta cogitatione, impediunt cerebri quietem, nec sinunt cor vacare huic actioni naturali.

**POLYBVS DE  
SALVBR VICTVS  
RATIONE PRIVATO-  
rum, Ioanne Giunterio  
Andernaco interprete.**



Riuatos hanc viuē *Hyeme*.  
di rōnem seq oporet. Hyeme plus esse, minus bibete cōuenit. Sed potionis vinum q̄ meracishi mū esui panis exhibendus

letudine fueris, minusq; frigus series.

Quod ad habitus & etates attinet, plenis mollibus, rubicundulis ob temperaturam humiditatē fiscior viatus ex usus est. Gracilibus, duris, rufis, & nigris humidior. Nā hmoi corpora fissa sunt. Iuuenibus autē rarior & humidiior, quorum etas fissa est, & corpora magis induruerunt. Senibus magna ex parte fiscior aptus est: Siquidem humili molles & frigidi sunt. Proinde habita & etatis, & temporis anni ratione, vitæ modū instituere oportet, qui presentibus & calori, & frigori contrarius existat. Sic enim potius sanus de genus. Per hyemē celeriter ambulandum, aestate conquiescendum est, aut nō in sole ambulandum. Qbesis citā ambulatio, gracilibus lenta conuenit. Per etatem frequenti balneo, hyeme raro utendū est, idq; magis tenuibus, quam plenis. Et quoque tempore corpus vestite pura, per etum vili lacerna velandum est.

Obesii qui graciles fieri cupiunt, labores vniuersos ieuniū subibunt, & sudantes adhuc, nec dum refrigerati cibum assument, vinum temperatum, & non perfrigidū prius bibent: epulæ, festam atq; id genus alimenta dulcia sunt, eaq; copiosa. Sic emul paucissimis belariis saturatur. Semel die cibus assun-

p tus,

bēdus est. Carne potius asia modicē oleribus vtendū. Hmoi nanq; alimētis corpus & siccum & calidum euader.

### Vere.

At Vere potionis adiiciendum, sed paulatim tamē & dilutius bibendum est. Cibo demendum, eoq; molli, pulte videlicet magis quam pane, magis oleibus vtendum est. Eadē lege transeundum paulatim ab asis ad elixa.

### Aestate.

Aestate verò cibo minus duro, & exlixis, & oleribus tum crudis, tum coctis, potionē multa corpus eget, caueniū tamē, ne magna subito dictorū fiat mutatio. Et tēpore aptissima sunt puplicula mollis, cāgo elixa, potio quā dilutissima. Atq; hæc ita obseruanda sunt vt corpus molle sit, & frigidum. Nā in calido anni tempore, & fisco, exuris, iequalidūq; redditur. Itaq; his rationib. tueri oportet. Pari autē modo ex Vere in Aestatem, sicut ex Hyeme in Ver cōstituere, cibis demendo, adiiciendoq; potionē. Rursum ex Aestate in Hyemem traducere, dum annus absoluatur, expedit.

### Autum-

n.

Per autumnū cibo paulo pleniore, & fiscoire vti licet, minus, sed meracius bibere. Quemadmodū, vbi Hyē bona contigerit, meraca etiā magis & exigua potionē, cibo pleniore & vehe menter fisco vti. Ita enim hoc frigido admodū & humido tēpore optima va-

letu-

ptus,rarum balneum , lectus per aestatem terra,hyeme durum eubile,sine vestibus obambulatio , quanta maximè fieri potest,conducit.

Qui tenues se implere volunt, præter alia,quæ plenis contraria facient, modicè ieiuni ex exerceri debent.

Vomitu verò, & ventris deiectione à medicamento petita sic vtendū est: Sex hybernis mensibus vomere vtile est. Nam & pituita plus,& capitis grauitas subest. Adhac dolor precordia exercet. Deiectionis æstate vsus est. Tū enim æstus bilioſum corpus reddit, grauitates lumbos fatigant, & genua calore infestantur, ventris oriuntur tormina,& distorsiones . Iam verò superiores corporis partes per inferiores purgande sunt. Deiectionis autem plenioribus & humidioribus à medicamento magis falso:ficcioribus autem, & tenuoribus, & imbecillis à pinguiore, crassioreq; peratur. Pingue igitur & crassum est lac,aqua & cicere cocta, atq; hoc genus alia:tenue & falsū olus, aqua marina, reliquaque huiulmodi.

Vomitus prouocādi hoc pacto sunt Crassiores ieiuni, & cursu, citaq; ambulatione exercitati medio die vomere debet. Potui sumant, hyssopi sesqui cyathum,aqua congio intriti,eumq; totum bibat,aceto saleq; adiecto,quod

edul-

edulcescat. Primum lentè, mox citius potandum est. Teniores, magisq; imbecilli à cibo vomitum ita mouebunt. Loti calida, meri cyathos tres bibent, deinceps epulas varias assument, verū sine potionē : neque post has bibendū est,nisi tanto interuallo , quāto stadia quatuordecim expediās, post vinis tribus committiāt vtendum est, austero, dulci,& acri. Primum meracius & modicè paulatimq; bibere, postea dilutius liberalius , & citius conuenit. Qui vomere bis in mense vult,nielius consulēt, si biduo cōtinuari , quām si post quintumdecimum diē vomuerit. Alii fecūs faciunt. Qui post epulas vomere volunt , Vel quibus aliūs affricta est, his omnibus die sepius variosque cibos esse,tum vina bīna, aut terne bibe re expedit. Quibus vomitus non est vtilis,venter autem sanus est,his contraria superioribus conueniunt.

Pueris calida leuatio longo tempore apta est,vinum dilutius, neq; omni non frigidum. Hoc autem exhibēdum est,quod ventrem minimè attollit per turbatque , & inflationes parit. Quæ omnia conducunt ne conflictetur, sed maiores coloratoresque fiant.

Mulieribus ficcior vixus ex vsus est. Etenim cibus siccus , potio meracior, carne mollibus idonea est , ad hoc se-

cun-

candis, & foetui nutriendo posterior est. Qui corpus exercent, per Hyemem currere & colluctari debet. Aestate luctandum modicè, currendum nihil est. In frigore multa ambulatio conuenit. Qui cursu fatigantur, luctari debent. Qui ex luctu fatigacionem sentiunt, his currendum est. Quibus exercitatis ventris profluvia oboriuntur, & cruda incocta; deiciuntur iis exercitiorum pars terra, ciborum dimidia profus demenda est. Quippe venter eorum copiam continendo non est. Ad hoc panem quam maximè assuum ex vino esse oportet, bibere vero nimis quam modicè, sed meracius. Semper autem post cibum cōquescere, qui semel die tunc assumentis est. Hac n. ratione venter sibi commissa maximè conforuer, mutatq; Accidunt huiusmodi pro fluvia perissimum iis, qui ex victus consuetudine carnem densam acquisierunt. Nam venæ densiores alimenta nō recipiunt. Atqui tales in eodem habitu subsistere diu non possunt, sed in alterutram partem declinant.

Qui rariores cute sunt, & hirsuti magis, carnis esum ex facili admittūt, labores magis sustinent diuque bono corporis statu fruuntur. Qui cibos posterius die eructant, & præcordiis dolent, iis veluti crudis adhuc cibis, diu-

tius dormiendum est. nouum geusus laboris subeundum est. Vinum meracius, largiusq; bibere oportet, cibis vti paucissimis. Quippe constat ventriculum imbecillitatis frigorisq; vitio ciborum copiam concoquenda non esse. Qui siti premuntur, parcus edent, minusque laborabunt, vinum dilutum, simul & frigidissimum bibent. Quos dolores viscerum infestant, vel ex labore vel alia quadam ambulatione sine cibis recreandi sunt, modica portio conuenit, maximeq; ea quæ moveat vrinam, quo venæ ex visceribus prodeuntes, repletæ non distendantur. Nam hinc inflatiōnes febresque oriantur.

### F I N I S.

# S A N I T A T I S

T V E N D A E M E T H O D V S,  
In gratiam omnium, qui minus exer-  
centur, tam ex optimis autoribus, qua  
ratione ac fideli experientia, carmine  
elegiaco per D. Georgium Pictorium  
VVillinganum, doctorem Medicum,  
& apud Cæsaream curiam Enfishemij  
superioris Alsatiæ archiatrum,  
diligentissime in unum  
conscripta.

## D E A E R E P R I M A R E

non naturali.

### Caput I.

B Is ternas numerat genuit quem  
B Cor duba princeps  
Res sine quis sanus viuere nemo po-  
test.  
Harum prima datur circumdans corpo-  
ris artus  
Aer q reliquias vincere quippe solet.  
Canon.

Affectans igitur multos numerare De-  
cembres.

Aëris attentet cum ratione situm.  
Aer frigidus vitandus.  
Atq; nimis gelidum fugiat, dum torpi-  
da membra  
Hic facit, obledēs pectoris ima quoq;  
Et calidus.

Et

## METHODVS. 277

Et calidum Veneris, seu Martis sydere  
tactum,  
Debilis talis, nanque diaphoresi.  
Temperatus eligendus.  
Eligat ast medium, nullis fætoribus au-  
tum  
Stagna, lacusq; putres, stercora qui-  
que cauet.

### Aer malus corrigendus.

Excessum poterit, si non vitare, solerter  
Corrigat hunc artis conlimitata ma-  
nus.

### Qua arte corrigendus.

Et gelidus quum sit, repeat prunis sine  
fumo.

Sic aleat, mutant hunc rosa, mirtha,  
salix.

### Qua arte quoque fastidius.

Sicq; paludoso fimo, seu stercore fœ-  
tens,

Ardens Vulcanus noxia damna leuat.

### Aer bonus & malus.

Exin quisq; norat, poterit quod noxius  
aët

Damna dare, & saluus cōmoda mul-  
ta quoque.

D E C I B O E T P O T V S E C V N-  
da re non naturali : in primis tamen de  
canonibus cibando notandis decem.

### Caput. II.

Canon primus.

Non est mandendum sano, nisi scie-  
Et

B b rit

S A N I T . T V E N .

rit antē  
Ingestos ventrem deuacuisse cibos.  
Nam daninum credat, quo vix præsen-  
tius angit,  
Quando indigestis additur esca ci-  
bis.

Fames cauenda.  
Neque cibum tardet, dum vult eurasie  
salutem,  
Nam vacuus venter phlegmata cras-  
sa trahit.

Cibus bene masticandus.  
Sibere coimmununt dentes modū fer-  
cula sani,  
Dixerit immensum concelebrasse bo-  
num.

Qui cibi premittendi.  
Eicas perfaciles coctū præmittere cat-  
tus.

Debet, sed dura svltima mēsa habeat.  
Cibi delectus habendus.

Non comedat quicquid cupidi vis im-  
proba suaderet.

V. ntris, sed debet prælimitare cibos.  
Non diu ad mensam sedendum.

Duplicium dirum præstat, semperq; ca-  
vendum,  
In meosa longam continuaſe mo-  
rari.

Quando parcē sumenda ēena.  
Cœraea continuet partuam, cùm Sy-  
rus ardet.

Nox

M E T H O D V S . 278

Nox istud signat nam breuitate sua.  
Quando largē sumenda.  
Maiores sunto sole ingrediente Sagit-  
tas,

Quum nox sublustris longior esse so-  
let.

Quid ante & post cibum faciet.  
Ante cibum anisum, confecta cydonia  
prosunt  
Saccaro, post mensam, caseus atque  
recens.

Dentium habenda ratio.  
Si cupias dentes saluos, tu collue lym-  
pha  
Sæpe etiam gelida, maximè post epu-  
las.

D E P A N E . C A P . III .  
Non minus Cereris calidum permit-  
tat ad escas

Sanus, fermento sed bene congenitū.  
De pane opiro.

Est quidem opirus facilis laboratibus,  
atque

Proritat is aluum, nec bene membra  
fouet.

Panis de simila.  
Furfure sed mundus sanos hic pascit &  
ægros.

Ac faciles aditus membra ad alenda  
trahit.

D E C A R N I B V S Q V A D R V-  
pedum. Cap. IIII.

B b 2 Quæ

S A N I T . T V E N .

*Quæ caro eligenda.*

Nutritiuia caro est, lateris sed portio  
dextri

Plus cōfert mēsē, gratiōr estq; cibus.

*De pingui & tosta.*

Exitus est facilis pingui, sed nutrit edē  
tem

Parum, tosta quidem vix bene dige-  
ritur.

*De bubula & caprina.*

Bos reddit duram, cunctis quos cocta  
polenta

Nurrit proficuā, sed ca per inutilem.

*De carne suilla.*

Sus calidam & vdam, multum ventri  
que rebellem,

Ni iuuenis fuerit, quę solet esse bona.

*De hædina & agnina.*

Hædus fert primas, agnī magis humi-  
da semper

Est caro, sed stomacho fit leuis ista bo-  
no.

*De veruecina.*

Veruex qui paucos viduatus testibus  
annos

Enumerat, mensæ cōuenit ecce satis.

*De vitulina.*

Exornet vitulus magnatum prādia for-  
tis

Vuida, cui sapido iuncta tēpore caro  
est.

*De aprina.*

Dat

M E T H O D V S .

279  
Dat aper in hyemem catulis modò ca-  
ptus edace m  
Carnem, quam condit nigrior ecce  
piper.

*De capreolina.*

Succi est optati iuuenis capreolus, at-  
que.

Fomentum optatum dat maculosa  
fera.

*De damulina.*

Damula iam primū matris ab vberē  
rapta,

Et lautis sēper gloria magna cibis.

*De bubulina.*

Bubulus est minax inter pulmenta Lu-  
culli.

Non teneat laudem, sed iuga dira fe-  
rat.

*De ceruina.*

Sitimiez nigram bilem, vitasse me-  
mento

Alipidem ceruum, maximē sivetulus.

*De leporina.*

Impiger atque lepus sanguen subinde  
comestus,

Furua equidem bili commaculare so-  
let,

*De vrsina.*

Melliora X vrsus capræ instar semper  
olentis

Producit carnem, perniciosa fera

*De cuniculina.*

B b 3 Gaudet

S A N I T . T V E N .  
Gaudet in effosis habitare cuniculus  
antris.  
Fercula qui præbet fermè imitata glu-  
ten.

*De carne herinacei.*

Est stomachum paucis herinaceus, illa  
mollit:  
Conuenit istericis, laxaque membra  
iuuat.

*De gliris carne.*

Glis hyemem totam dormit, sed capta  
nigella,  
Interdicta gulæ est, noxia nanque vo-  
rat.

*Lupi caro.*

Atque lupos Zephyri populus trasmis-  
tit in orbem,  
Mensæ qui truces commoda nulla fe-  
runt.

*Castoris caro.*

Amphibius castor gulosos cödecet om-  
nes;  
Nanque nihil sanos corroborasse po-  
test.

*Lynxis caro.*

Lynxas mammosas Nilotica terra tue-  
tur,  
Ex illis nullus prandia certè parat.

D E A N I M A L I V M Q V A D R V -  
pedum partibus. Cap. V.  
Quadrupedū effodias oculos, cerebel-  
la volucrum,

Vda

M E T H O D V S . 280  
Vda nimiris, calidum ni piper addis, e-  
runt.

*De collo & iecore.*

Colla iecurq; calèt, collum sed fortius  
humet  
Gallina, anser, anas, mollius hepar ha-  
bent.

*De pedibus & alis.*

Pes placet anterior, sed non minus ala  
probatur:

Inest nanq; illis maxima temperies,  
*De renibus, pulmone, ventre & corde.*

Nos volucrum aëreos rens laudare co-  
namur,  
Pulmonem, ventres, siccaq; corda ní-  
hil.

*Et de alijs volatilium partibus.*  
Pectore anas, teneris alis gallina pro-  
batur:

Anseris his tumidum, si sapis, adde ie-  
cur.

D E C A R N I B V S V O L A T I -  
L I V M Cap. VI.

*De galli carne.*

Gallus qui Veneris furtua incœdia tra-  
ctat,  
Ingratam carnem continet ac ari-  
dam.

*De carne caponis.*  
Ait Cybelcs gallus, viduatus testibus,  
iste

En pariet turpi fercula prima gulæ,

B b 4 De

## SANIT. TVEN.

*De carne gallina.*

Inter cristatas ouorum certè parentes  
Nigra tenet primas, humiditate bo-  
na.

*De carne anseris.*

Et calidam & siccac reddit fluuiatilis  
anser  
Carnem, quam ventri credimus esse  
malam.

*Anatis caro.*

Anseribus magis ardet anas, præstan-  
tior alis.

Narratur, stomachū sed grauat ipsa  
bonum.

*De eadem*

Tota quidem ponatur anas, sed pecto-  
re tantum

Et ceruice sapit, cætera redde coco.

*De carne columbi.*

Et stomacho ignito multum nocet ec-  
ce columba.

Boplitisbusque ægris, ni iuuenis fue-  
rit.

*Turturis caro.*

Horreat & mensas turtur cythareius  
ales.

Nam medicas artes condecorasse so-  
let.

*Palumbi torquati caro.*

Inguina torquati tardant, hebetantq;  
palumbi.

Non edat hanc volucrem, qui cupit  
esse

## METHODVS. 281

*esse falax.*

*Perdix caro.*

Et regum lautis ornat Sodomitica per-  
dix

Cœnas, quæ didicit prima fouere ie-  
cur.

*Phasiani caro.*

Atque phasim cunctas volucres supe-  
rare putamus.

Nam leuis est stomacho, gravior est-  
que cibus.

*Ciconie caro.*

Est in Germanos concepta ciconia Ita-  
xus.

Ipsa licet pascat, qui nocuere cibos.

*De ibidis carne.*

Sufficit & meriti, sat est quod mantica  
mollis.

Ibidis inuentum est, prandia fugat.  
auis.

*De pauone.*

Antonius laudat cerebrum, Vitellius  
atque

Aulus. pauonis, sed Clepatra quoque

*Gruis caro.*

Grus cum Pygmeis certe, deseratque  
culinas,

In se nanque tenet fercula nulla gu-  
lx.

*De carne alaude.*

Et galeata quidem est bona, si præpi-  
guis alauda,

Bb 5 Dat.

Ad nos, sed fugiat prandia nostra procul.

*De pītaco.*

Pītacus ille plague viridis regnator

Eoꝝ,

Condidicit per se dicere Cæsar aue.

*Caro furni.*

Auditas didicit sturnus modò reddere  
voces

Igniti & nocui, sed mihi credere cibi  
est.

*De carne corni.*

Et coruus nescit magnatum viscere ce-  
nas,

In cruce querit prandia lauta sibi.

*De cornicis carne.*

Quæque refert viuax iterata vocabula  
cornix,

Nec satiat raucam carnibus ecce gu-  
lam.

*De vulture.*

Est volucris, vultur dicunt, quam noſſe  
cadauer

Tres luces, præbet fercula nulla ti-  
bi.

*De bubone.*

Ignauus bubo dirum mortalibus o-  
men,

Mandat in umbrosis fetida quæque  
locis.

*De carne mergi.*

Mergus anas dictus, quod se mergeret

B b 6 do

SANIT. TVEN.  
Datque salutiferas ad tua pocta da-  
pes.

*De turdi carnē.*

Igneus ardor inest, languentibus egris  
Ingratus, gratum quem vero bacca  
facit.

*Moruli caro.*

Est pinguis merulo maior, mihi gloria  
credas  
Quam turdo, carnem nam tenet ipsa  
leuem.

*Cothurnicis caro.*

Cothurnix quamvis sit in regalibus in-  
gens  
Delicium, tamen est sensibus ipsa ma-  
la.

*De ficedula.*

Ficedula sine & vescantur dulcibus v-  
uis,  
Aut raptæ cantent stridula voce me-  
los.

*De passere.*

Ardet in sicco passer, durissimus ales  
Si cupis esse salax, is cerebella da-  
bit:

*De luscinia.*

Artis contextum cantat luscinia per-  
noxi:

Sit igitur cantrix regibus ipsa suis.

*De hyrundine.*

Vernalis volucris nidos suspendit hy-  
rundo

Ad

SANIT. TVEND.

do cibare  
Consuevit, carnes anseris instar ha-  
bet.

*De conficiendo sapore ad  
carnes ex herbis.*

Sume apium, porrum, coriandrum, se-  
men aneti  
Cum rostis nucis, adde selina, thi-  
num.

QVIBVS AROMATIBVS

Pro sanitate conservanda retendum.

Caput. VII.

*De cinanomo.*

Cinama iactat Arabs mulatum redi-  
lantia, namque  
Et iecur & renes, putreque pectus a-  
lunt,  
Tedia matricis tollunt, tremulosque  
laceratos  
Confortant, ventrem & corroborare  
queunt.

*De pipere.*

Est calidum in quarto siccum piper at-  
que secundo,  
Quod nervos siccatur, phlegmata quo-  
que trahit.  
Quodq; acutum stomachum algentem,  
quod tormina ventris  
Tollit sed caueas, si tibi bilis ineft.

*De croco.*

Si mala sunt capiti segnes turbantia  
tomnos.

Dant

METHODVS 283

Dant rubei flores pharmaca magna  
croci:

Atque croco gaudet venter, seu tristia  
corda,

Hocque ede, si risus expetis assiduos,  
*De zinxibere.*

Ignitum stomacho algentis fit zinziber  
ingens

Antidotum, siccatur phlegmata crassa  
simil:

Hoc odisse Venus potuit, sed soluere  
ventrem

Visque solet, condit zinziber atque da-  
pes.

*De nuce muscata.*  
Glandes muscatas fert India certe ru-  
bentes,

Vesica his patula est, has fluida aliuis  
amat:

Et stomacho, iecori, viciato spleni, &  
ocellis

Subueniunt, glandes & caput ecce in-  
uant.

*Gariophilum.*  
Diectum stomachum reparant gario-  
phila multum,

Aethiopes donant quæ tibi larga ma-  
nu:

Hec bene calfaciunt præcordia, tormi-  
na ventris,

Excludent flatus, quum malè vulua-  
tumet.

DE

S A N I T T V E N .  
D E S E M I N I B V S E T B A C -  
c i s q u a a r s c u l i n a r i a p r o f a n i -  
t a t e o b s e r v a t .

Cap. VIII.

Cuminum

Obseruat sanus campestria granā cu -  
mini,  
Nam stomachum & lumbos fortifica  
re queunt:  
Atque remolitum subducere certè pa  
pillum  
Vrinq vorunt, trita sed exhibita.

Foeniculum

Et maratri semen foetacum lacte ca  
pellæ.  
Absumptrum, ventris turgida que  
que leuat.  
Cuu etantisque moras dissoluere proti  
nus alui  
Fertur & columbis communivit lapi  
dem.

Anisum.

Et facit anisi semen, si caumate lan  
gues  
Cor lauum, mansum pellit & illiacam,  
Cum vino tepido compescit tormenta  
ventris  
Hec guttur rauicum comprobat at  
que nimis.

Coriandrum.

Frigida vis multum coriandri dicitur  
esse,

A coena

M E T H O D V S : ~ 284

A cœna sumptum hoc conuenit ecce  
fatis:

Xenocrates scripsit totidem cessare die  
bus

Menstrua quot mulier ante grana  
vorat.

Papaver.

Sperma cum vino bibitumque papave  
ris albi

Dicitur hoc fluxus stringere posse  
malos:

Sōminum dat facilem semen, compe  
scit iniquam

Tussum, sed latit turgidulos oculos.

sinapis.

Exacuit sensus, purgat quoque phleg  
ma sinapis,

Sternutamentis si modo iuncta fuit:  
Sēmina, Pythagoras inter quæ maxi  
mia dixit,

Extulit hæc multum, dummodo par  
cè tumas.

D e iuniperi baccis.

Iuniperus baccas profert, tutissima  
cunctis

Pharmacæ, gustarunt toxicæ quive  
virus.

De baccis lauri.

Menstrua subducunt, lapidemque epo  
ta resoluunt

Fructus laurini, pectora mundifi  
cant.

D E

S A N I T . T V E N .  
D E H E R B I S P R O S A -  
nitate uisualibus.

Cap. IX.

De mentha.

Vim calidam siccamque gradu fert  
mentha secundo,  
Quam stomachus languens maximè  
adesse cupit:  
Et quam concretum lac soluere dici-  
mus omne  
In mammis duris si superimposita  
est.

De ruta.

Ruta quidem occultum fertur reseca-  
re venenum.  
Quod Mithridates ponticus esset do-  
cet.  
Hoc neruos, schiasimq; iuuat, febribus  
que medetur.  
Et confert luscis maximè lumini-  
bus.

De lactuca.

Veilis est stomacho lactuca, remollit &  
aluum:  
Candidulum ac semen somnia vana  
lenit:  
Tempore quumi vernat, vel qui bene  
Sirius ardet  
Gratior est eadem, sed Veuus ipsa pe-  
rit.

De spinacia.

Spinachiam comedas si mollem, proli-  
ce

M E T H O D V S . 285

ce primum

Ius, stomachus poterit sic minus esse  
mala.

Hæc lenit in primis multum precordia  
dura,  
Et fert clamoris commoda pleureti-  
cis.

De caule.

Caulis Romana, Græcorum brassica li-  
gua

Dicitur, hæc ventris posse lenire mo-  
ram:

Atque omnes narrant caligine lumines-  
tergi

Eius qui caulis comedit ecce comas.

De capara.

Caparis & folio, flore, & laetare pala-  
tum

Dicitur, & splenem posse iuuare fa-  
tis:

Atque iecur clausum valeat referare  
potenter,

Vesicas & patulas reddere posse vias.

De boragine.

Herbula quam Græci dixerunt mellifili-  
phon

Borragini nostri, dentibus antido-  
tum est.

Lumina purgari caligini Plinius in-  
quit,

Illiis succo perlita si fuerint.

De salvia.

Saliua

## S A N I T . T V E N D .

Saluia miscetur vino , pota quare-  
lis

Prodest sic iecoris , menstrua sicque  
lenit.

Trita venenatos iuuat & superaddita  
morsus,

Estque salus tremulis saluia popliti-  
bus.

### De san fuso.

Exornat quoque sanfuscus perfectè cu-  
linas.

Herba quidem mollis, sed bene grata  
cibis.

Quæ tumidis referat multum spiracula  
la ventis.

Hanc cui sit matrix ægra puella co-  
lat.

### De serpillo.

Serpillum miscere cibis languentibus  
est mos,

Compescit ventris tormenta nanque  
mala,

Aegroti capitis solet & sedare dolo-  
res,

vrinas dicit , menstrua purgat item.

### De bethonica.

Bethonica immodicum ventres sedare  
dolorem

Dicitur à cœna si modo sumpta fieri:  
Plinius hanc inquit , qui secum geste

rit herbam,

Illi nec poterunt villa venena dari.

### De

## METHODVS 286

### De arthemisia.

Ad mensas reuocant arthemin certe  
ſécundas

Fœmineas, etenim menstrua cocta du-  
cit:

Vrinam potata ciet, lapidesque, repel-  
lit,

Pellit abortuum subdia fœmori-  
bus.

### De marrubio.

Marubii varios compescit potio mor-  
bos

Pectoris, hoc tussim sanat & astmati-  
cos:

Accelerat partus duros, pellitque le-  
cundas,

Et iuuat ictericos, vulnera mundifi-  
cat.

### De portulaca.

Pœonias artes si vis negligere spernas  
Andrachnen, stomacho quæ solet esse  
mala;

Feruorem solis tamen hæc comesta no-  
cere

Non sinit estiuum , Plinius ut do-  
cuit.

### De absinthio.

Constat terribiles absinthia posse do-  
lores

Pellere citrinos ecce potata iuuant:

Atq; iuuant stomachum mira virtute  
foliutum,

## SANIT. TVEN.

solutum,

Anginam pellunt, fastidiumque leuant.

### De annexo.

Aspidiu[m] bibitum visum nocet, & genitale

Claudit iter, ventri nec bene conueniet;

Vlceræ sed fertur membra curare viriliis,

Et dare quod nutrix munera lactis habet.

### De eruca.

Si condituri coccus hanc admisceat herbam

Erucam, multum præstat aroma cibis.

In venerem lento[r] roborat, quæ certè priapos,

Quæ tussim pellit, cum bene mansa fuit.

D E R A D I C I B U S E T T V-  
beribus mente adhibendis.

### Caput. X.

#### De raphano.

Raphanus in dentes, caput, & bona lumina fecit.

Atque hinc ventriculus naufragat afflue

Hic facit, ac oolidos ventris quoq[ue] ma-  
xime bombos,

Estque potens virus pellere laxiferū.

### De

## METHODVS. 287

### De rapa.

Rapa quidem calida est, & corpus red-  
dere potest

Obelum, felix humiditate sua:

Ast ventris bombos, nisi vitare: labo-  
ras,

Adponas rapis pinguis iura tuis.

### De cepis. (nus)

Fellitis non esse bonas ( ait ipse Gale-

Cepas, phlegmaticis sed bene profi-

cuas,

Affirmant omnes mansas inferre sapo-

rem,

Et tremulis membris reddere posse  
robur.

### De allio.

Allia qui manè ieuno sumperit ore,

Hunc infecta nequit ledere lymphæ

quidem

Pulmonis varias coctum cum lacte

querelas

Proscrubit tumidos, & iuuat hydropi-

cos,

Radicem betæ comedas super igne pe-

rufastam,

Non auinam reddent allia sumpta

grauem.

### De tuberibus.

Insist coniuiis madentia tubera rore

Mixta sint in nostris, vt Venus ipsa io-

cis:

Sunt faciles stomacho, sunt adducen-

tia

## SANIT. TVEN.

tia chymos

Visque bonos addas si piper in copia.  
De fungo.

Lepra quidem terra est, credas mihi,  
fungus, & iste  
Vrinæ velox impedit ecce nias,  
Et facit ut sanguis corruptus corpora  
tangat

Vdus qui nitium febricitare docet.

DE LEG V M I N I B V S A D  
cultum popinarium conferentibus

Caput. X I.

## C A N O N .

Omnia (crede mihi) flatuosa legumina  
semper

Cortice deposito sunt magis apta tñ.  
De faba.

Humorem crassum fabas proignere  
constat:

Hanc fuge si placide somnia coctis a-  
nas.

## De cicere.

Cortice postposito cicer in iecur at-  
que lienem,

Vesicam & referat, sed facit hoc ve-  
nerem.

## Lens.

Datque melancholicos tibi lens, mihi  
cæde liquores,  
Et nervos duros reddere quippe po-  
test.

## De lupino.

## Lumbri-

## METHODVS.

288  
Lumbricis mors, est pleno iecori atque  
lupinus.

Et praesentis opis renibus esse potest.  
De oriza.

Candida si iungas studiose & amygdala  
la laeti,  
Ad mensam lautam tunc & oriza  
facit.

## De milys.

Atque melancholicos faciunt in cor-  
pore rores,

Vendicat hæc vilis, sed fibi rusticitas.

## De avena.

Scribit Oribazius Juliani Cæsaris al-  
tus

Autor, vt auenas qui malè vinit e-  
dat.

DE LAC T E, B V T Y R O , C A-  
feo, sale, oleo oliuarum,  
melle & ouie;

Caput. XII.

Lac noctuum capiti est, putridis & fe-  
ribribus, istud

Sed præstat capræ, post ouis, inde bo-  
uis.

## De butyro.

Lac dabit aërei tibi condimenta buty-  
ri,

Quod facit vt sapient ferula cuncta  
tibi.

## De caseo.

Caseus ante cibum confert, si defluat  
aluus,

S A N I T . T V E N .

alnus,

Si constringatur, terminet ille dapes.

*De eodem.*

Caseus ad fundum stomachi benefer-

cula trudit,

Vim digestiuam nec minus ille iuuat.

*De eodem.*

Sinouus impinguat, siccatur vetus, atta-

men ambo

Et capiti & stomacho, pectoribusque

nocent

*De eodem.*

Si stomachus languet, vel si minus apa-

petit ille,

Fit gratus stomacho, conciliatque ci-

bos.

*De sale.*

Exornat regum mensas sal, cætera vin-

cit

Condimenta cibos sal facit esse bo-

nos.

*De oleo olinarum.*

Absque oleo lactuca quidem condita,

saporem

Inispidum præbet, mollit & hoc sto-

machum.

*De melle.*

Pectoribus, stomacho frigenti, aptissi-

ma mella

Flava quidem, vt narrant, sunt magis

apta gulae.

*De uis que optima.*

Regula

METH O D V S.

289

Regula presbyteri iubet hoc pro lege

teneri,

Quod bona sunt oua, paruula, longa

noua.

*Oua tremula.*

Mollia pectus alunt, tussim sedantia

raucam,

At durata time, nec diuturna pla-

cent.

D E S E C V N D A R V M

mensarum apparatu.

*Cap. XII I.*

*De malis.*

Corda iuuant flammis agitata, at no-

xia ventri

Mala quidem nervis hæc nocuisse pa-

tet.

*De pyris.*

Et vacuum ventrem astringunt modò

pyra, repletum

Soluunt, iliacam fed peperisse va-

lent.

*De perficis.*

Persica sicca tenent ventrem quæ mol-

lia soluunt,

Ardenti stomacho sunt bene fida ea-

dem.

*De prunis Damascenis.*

Prunaque conueniunt, quæ mittit cla-

ra Damascus,

Nanque solent duri soluere ventris

onus

C c      De

## S A N I T . T V E N .

### *De prunis.*

Africtam soluunt aluum, sed pruna re-  
poscunt;  
Prandia prima quidem, dum calor ef-  
fe solet.

### *Cerasa.*

(perusta)  
Acria confortant stomachum si sole  
Cerasa, Lucullus quæ intulit Italæ.

### *De fico.*

Si nona sit ficus, nocua est: nam fluxi-  
bus apta.

Narratur, siccæ ni sociata nuci est.

### *Cydonia.*

Ad finem mensæ confecta cydonia pro-  
funt,  
Nam stomachi claudunt claustra be-  
nigna tui.

### *Cydonia.*

Cùm tibi Cœcropio confecta cydonia  
melle  
Ponuntur, ventrem claudere certè  
queunt.

### *De anellana.*

Pontica nux capiti nocet, & tardis-  
fima ventri est,  
Maximè quæ vmbrosis naseitur in co-  
rili.

### *Arbuta, sorba, mespila.*

Arbuta, sorba tenent fluidos, & mespi-  
la ventres,  
Si vacuus stomachus fumpserit illæ  
simil.

### *Amygdala.*

Feruet

## M E T H O D V S .

290

Feruet & emollit, si dulcis, amygdala  
amare est

Asperior, mensas nesciat illa tuas.

### *Pinea.*

Intestina souer, neruis, rubeoq; lapillo  
Subuenit, & Veneri pinea grata deæ  
est.

### *De nuce communi.*

Nux caput obtundit, linguam conuul-  
nerat, & nux

Pulmonem laedit, sed virus omne ne-  
cat.

### *De castanea.*

In caput ventres castanea fertur, echino-  
no

Tecta superbire hæc, nam calet igne  
nimis.

### *De malis punicis.*

Dulcia sunt madidi roris, siccæ acris  
poma

Punica, pulmoni hæc sunt mala, at il-  
la bona.

### *De malis punicis.*

Acribus est gelidus, feruescens dulci-  
bus humor,

Dulcia gustantem peruomuisse vo-  
lunt.

### *De nix.*

Quam aigrat gustes, quæ sit tibi gra-  
tior vua,

Nè ye inflet soles sit remorata duos,

### *De vua passa.*

C c 2 Passa

SANIT. TVEN.

Passa iecur roborat, facit & quod fecit  
da ventris  
Merda tibi nimium non graue pondus  
erit.

*De prunis sylvestribus.*

Frigida sunt, vomitumque tenent sylvestris pruna.

Multū condensant vbera longa quoq;  
*Poma nerantia.*

Omnibus ecce nerantia sunt gratissima odore,

Dulcia confortant, pectoribusque fuent.

**Q** V A L I T E R E T **Q** V A-  
le vinum pro sanitate custodienda bibendum. Cap.

XIIII.

*De modo bibendi.*

Sæpe bibas, temperaque parum, si vine-  
te sanus

Ipsè cupis, pocula fraxima sunt bezoar.

*Quæ virtus sit vino.*

Corda iuvant vini calices, subitamque reportant

Letitiam, vinum si moderare bibas.

*Vinum quod optimum.*

Si tibi delectum vini praescribere tetas,  
Subrubeos primas crede tenere ca-  
dos.

*De vino albo.*

Hinc albo palmarum tribuunt, sed ma-  
xime

METHODVS. 291

ximè claro

Aetatis mediæ, nam noua musta no-  
cent.

*De fortis vino.*

Fortia disturbant, nimiumque frumenta  
vina

Sensus, corruptum ventriculumque  
bonum.

*De musto.*

Impedit vrinam mustum, cit stercore  
ventris,

Hepatis emphraxim destruit atque  
bonam.

*De aqua.*

Potus aquæ laedit ventrem, facit atque  
cruores

Crudos, sic princeps Corduba quem  
genuit.

*De dulci vino.*

Sunt nutritiæ plus dulcia candida vi-  
na,

Sed iecur obturant, non benè tuta  
gula

*De vino roris marini.*

Pbtficis antidotum est vinum de ro-  
re marino

Confortat visum, cuncta venena fu-  
gat.

*De vino boraginato.*

Dat tibi borago vinum quod curat a-  
mentes,

Cardiacam tollit, letitiamque facit.

Ce 3 De

## SANIT. T VEN.

*De vino enulato.*

Sibibitur, mouet vrinas ex enula, Bacchus,  
Tuffim compescit pectoribusque vallet.

*De vino ex hyffopo*

Ex hyffopo latices patientibus ecce castarium.  
Proscribunt, pectus mundificare queunt.

*De vino saluiato.*

Saluia cum vine iecoris potata quarellis  
Prodicit, & purgat menstrua sola nimis.

*Canon de vinis.*

Ex herbis vinum caput ad, post fercule gustes,  
Ad iecur & renes, venter inanis amat.

## DE R E T E R T I A N O N

Naturali, que est motus & quies.

*Cap. XV.*

Latonidis ni forte cupit gustasse liquores

Sabini, phyllrides pocula quaque tenet:

Sedulus accingat corpus pro temporis usu,

Huc exercitium postposuisse velit.

*Exercitij utilitas.*

Augens innatum recreat, quod certe calorem

## METHODVS. 292

calorem,  
Et gratam nostris viribus ad ipse.

*Ante cibum ambulandum, post quietum.*

*Ante cibos igitur moderatis gressibus*  
vtri

Conuenit, à mensa sed iuuat ipsa quies.

*Tempore astiuo & hyemali quid.*  
Ambulet à cena sole ingrediente leonem,

Eligat & focum, dum bene capra nitet;

*Quod motus valeat Peligni carmina*  
vatis,

His verbis pandunt, quodve quies valeat.

Cernis, vt ignavum corrumpant ocia Libro pri-

corpus, mo de Pē

Vt captiant vitium, ni moueantur a quo.

*Quod caret alerna requie, durabile non est,*

Hec reparat vires, fessaque membra iuuat.

*DE Q V A R T A R E N O N*  
naturali, somno & vigilia.

*Cap. XVII.*

*Excessus somni nocet.*

Excessum somni fugiat, qui corpore saluus

*Cc 4 Effe*

## S A N I T . T V E N .

Esse cupit , morbos seu pepulisse gra-  
ues.

*Somnus sit septem horarum.*  
Et septem horarum somnum sufficere  
credat,

Qui mentem & corpus corroborate  
queat:

Longior humectat cerebrum , torpe-  
dine corpus

Inficit , & frequens rheumata multi-  
plicat .

*Quando longior esse posuit.*  
Ait prælibatas si quis cognoverit escas  
Duras, tunc somnus longior esse po-  
test.

Pronus & supinus lœdunt.  
Ut pronus lœdit somnus, sic atque supi-  
nus,  
Index tram facilis , sed bene profici-  
tur.

*Neque vacuo, neque repleto*  
*Stomacho dormiendum.*  
Et dormire super vacuum mirificè ven-  
trem  
Lœdit, repletum nec petit atque so-  
por.

Primum virtutes nam destruit ecce be-  
nignas,  
Sed subiect aut phrenesim congene-  
rat aliud.

*Qui longo somno perfrui queant.*  
Hos suuat immensum somnus , quos  
arida

## M E T H O D V S .

293

arida crasis

Nutrit , sed pingues plus vigilasse iu-  
uat.

*A mensa non dormiendum.*

A mensa somnis caput aggrauat, & fa-  
cit illud

Rheumatæ farciri conuidente iecur.

*Somnus pomeridianus nocet.*

Cumque pari spacio collucent vesper  
& ortus,

Abstineat somno , qui valuisse cupit.

*Crebre vigilia damno sunt.*

Et velut excessus somni mala damna  
ministrat,

Sic vigilem nimium damna nullissime  
patet:

In medio est igit virtus , tenuere beati  
Nam medium, medium penitiat ipse  
Deus.

D E R E P L E T I O . N E . E T  
inanitione, quinta re non naturali.

Cap . XVII.

Lampade Phœbea iam prætereunte  
leonem,

Cumque pares horas enthea libra te-  
net.

Aut quando in tigrinis nidum suspendit  
hyrundo,

Is marium & pellex Attica plorat  
Itin.

*Tempore veris minuendus san-*  
guis.

Cc 5 Incidere

### S A N I T . T V E N .

Incidere venas, & ventrem soluere pro-  
deft.

Congenitus superet ne male corpus  
humor.

At bene notandus situs est membra at  
que figura,

Gaudent nam antidoto singula me-  
bra suo.

Cor stomachi per vomitum.

Cor stomachi vomitu purgandum est,  
peccore a no,

Tempore non gelido, sole nitente ca-  
nem.

Hepar per intestina purgatur.

Intestina volent proscribere, mittit he-  
par quod

Afimis, mictum sed bene gibbus a-  
mat.

Cerebrum per nasum.

Per nasum cerebrum paragatur, siue pa-  
latum,

Pectus per tussim, per leue pulmo spu-  
tum.

Intercutanea per sacrificeationem.

Atque diaphoresi ferroq; vel igne latē-  
tem.

Chymum pingamus, quem tenet ip-  
sa cutis

Bombi ventris non retinendi.

Ac colidos ventris bombos exire iube-  
mus

Inclusi morbos, qui generare solent

De

### M E T H O D U S . 294

D E C O I T U S M O D E R A T I  
vtilitate. Cap. XVIII.

Coitus moderati commoda.

Spumigenæ Veneris quandoque incen-  
dia prosunt,

Si non excessus damna tulisse velit.

Nam tumidos renes curant, calor inti-  
mus inde

Firmatur, multum sydereumq; caput

Expellit curas, irâ contundit, amantem

Reddens audacem mox satiata Ve-  
nus

D E B A L N E I S E T B A L-  
neandi methodo.

Cap. XIX.

Therme male affectis bona.

Balnea merbosum recreant sulphurea

corpus,

Ast eadem sanum pertimuisse velit.

Quando pingues & obesi balneandi.

Corporis obesi, vacuo si vêtre faburra,

Sed tenues pleno recte lauare solent.

Balneum gelidum & tepidum.

Si gelida ingredieris roboras( mihi cre-  
de) calorem

Balnea, sed tepida sunt fugienda tibi.

D E F R I C A T I O N E C V M  
membra non mouentur.

Cap. XX.

Friktion motum supplet.

In cunctis natura potens sapit, rega-

Cc 6 moueri

S A N I T . T V E N .

moueri.

Corpora cùm nequeunt, frictio prompta subest.

Friktionis utilitas.

Sensus qua nutrit, calor ex qua crescit amicus,

Et firmat melius languida membra simul.

D E A C I D E N T I B V S A.  
nimi, Sexta re non naturali.

Cap. XXI.

Qui cupid Eboicæ uatis complerier annos,

Delicias traet, gaudia, mille iocas,  
Lætitias, risus, ludos, dulcesque cachin nos

Spiritus tristis ex ficit of sa. Pro ser.

Nam sanum examinant ira, metus  
que graues.

Nodofas rerum causas ac alta relin-  
quat,

Nec que velit mentem sollicitasse ni-  
mis.

F I N I S .

I N D E X V E R .

S V V M S I V E P R I N C I P I O -  
rum cuiusque Capitis.

Prior numerus Caput, posterior folium designat.

¶ A.

Accusat choleram dextræ dolor,  
Aspera lingua fol. 240

Addre pyro potum nux est medicina  
veneno cap. 39. fol. 144

Aegris dat somnum, vomitum quoque  
tollit & vsum cap. 65. fol. 188

Alia, ruta, pyra & raphanus com the-  
riaca nux cap. 13. fol. 75

Anglorum Regi scribit schola tota Sa-  
lerni cap. 1. fol. 1

Appositum cancris tritum cum melle  
medetur cap. 67. fol. 190

Auribus infusis vermes succus necat  
eius cap. 72. fol. 195

Auripimentum, sulphur, miscere me-  
mento cap. 83. 211. ¶ B.

Balnea, vina, venus, venter, piper, al-  
lia, fumus cap. 78. fol. 203

Bis duo vippa facit, mundat dentes, dat  
acutum cap. 54. fol. 167

¶ C. (do ca. 7. fo. 194)

Cæcatis pullis hac lumina mater hitū  
Cæcus est gelidus, flippans, crassus quo-  
que durus cap. 37. fol. 138

Confortare crocum dixerunt exhalan-  
do cap. 37. fol. 196

C c 7 Cor-

## N D E X.

**C**orpořa plus augent tibi dulcia can-  
dida vina cap.11.fol.72  
**C**rapula dſcutitur capitis dolor atque  
grauedo.ca.64.fol.187  
**C**raſſos humores nutrit ceruſia, vires  
cap.46.fol.151  
**C**um vino nigra cholera potata re-  
pellit cap.69.fol.192  
**C**ur moriatur homo cui ſalua crescit  
in horto cap.60.fol.178

¶D.

**D**e cœpis medici non consentire  
videntur cap.62.fol.184  
Denus septenus, vix pbleboto-  
mon perit annus ca.93.folio.241.  
**D**e qua potetur ſtomachus non inde  
grauetur cap.18.fol.93  
Dixerunt maluam veteres, quod mol-  
liat aluum ca.58.fol.176

¶E.

**E**geritur tardè cor, concoquitur  
quoq; durè cap.48.fol.156  
Est modicum granum ſiccum, calidum  
que ſinapi cap.63.fol.186  
Est humor cholerae qui competit impe-  
tuofis ca.89.fol.232  
Est porcina caro fine vino peior ouina  
cap.25.fol.106  
Ex magna coena ſtomacho fit maxi-  
ma poena cap.5.fol.24  
Ex ſaluatella tibi plurima dona minu-  
ta cap.103.fol.264

Exhi-

## I N D E X

**E**xhilarat trifles iratos reddit aman-  
tes cap.97.fol.230  
**E**mendat viſum, ſtomachū confortat  
anifum cap.50.fol.159  
**E**nula campana reddit præcordia fa-  
na cap.68.fol.191  
**E**t mox poſt eſcam dormire, nimisq;  
moueri cap.76.fol.200

¶F.

**F**Ac plagam largam medoicriter vt  
cito fumus fol.90.cap.232  
**F**œniculus, verbena, roſa & chelidonia  
ruta cap.79.fol.206  
**F**ons, ſpecium, gramen, haec dant oci  
lis releuamen.12  
**F**rigida lunt laxant, multū proſunt ti-  
bi pruna cap.41.fol.147

¶G.

**G**ignit & humores melius vinū me-  
liores cap.16.fol.89

¶H.

**H**acc facienda tibi quando vis phle-  
botomari cap.96.fol.251  
**H**i ſunt humores qui preſtant cuiq; co-  
lores cap.92.fol.238  
**H**i feruore vigent tres, falsoſus, amarus,  
acutus, cap.53.fol.163  
**H**umorū pleno dum fæx in corpore  
regnat fol.241  
**H**yſtopus purgans herba eſt ē pectore  
phlegma cap.66.fol.189

¶I.

Icim-

## INDEX

¶ N.

Natura pingues illi sunt atq; iocan-

tes cap. 82. fol. 229.

Nausea non poterit hæc quem vexare,

marinam cap. 21. fol. 98.

Nobilitas ruta hæc quod lumina red-

dat acuta cap. 61. fol. 182.

Non acidū sapiat ceruisia, sit bene cla-

ra cap. 17. fol. 92.

Nutrit triticum & impinguat, lac, ca-

feus infans cap. 9. fol. 59.

Nux, oleum, frigus, capitisque anguil-

laque potus cap. 31. fol. 208.

¶ O.

Omnia de lacte vitabis rite minu-

tus cap. 100. fol. 257.

Omnibus affuetam fuadeo seruare die-

tam cap. 55. fol. 168.

Offibus ex denis, bis centenisque noue-

nis cap. 86. fol. 217.

Oua recentia, vina rubentia, pingua

iura cap. 8. fol. 52.

¶ P.

Panis non calidus nec sit nimis in-

ueteratus cap. 24. fol. 102.

Perfica cum musto vobis datur ordiné

iusto ca. 42. fol. 148.

Perfica, poma, pyra, & lac, caseus & ca-

ro falsa cap. 7. fol. 38.

Phlegma supergrediens proprias in cor-

pore leges fol. 240.

Phlegma dabit vires modicas, latosq;

bre-

INDEX.  
**I**eiuna, vigila, calcas dape, tuq; labora  
cap. 82. fol. 209.  
Ignari medici me dicunt esse nocuum  
fol. 139.  
Illi succus crines retinere fluentes  
cap. 70. fol. 143.  
Impedit vrinam mustum, soluit cito  
ventrem cap. 26. fol. 197.  
Incidit q; lauat, penetrat, mundat quo  
qua serum cap. 36. fol. 137.  
Inter prandendum sit sèpè, raroque bi-  
bendum ca. 32. fol. 130. & c. 38. fol. 141.  
Ius caulis soluit cuius substantia strin-  
git cap. 57. fol. 174.

¶ L.

Laç phthisicis sanum caprinū, post-  
que cameli cap. 34. fol. 134.  
Lenit & humectat soluit sine febre bu-  
tyrum cap. 35. fol. 136.  
Lotio post mensem tibi confert mune-  
ra bina cap. 23. fol. 102.  
Lucidus ac mundus fit rite habitabi-  
lis aët cap. 14. fol. 83.  
Lumina mane, manus surgens gelida  
lauet ynda cap. 2. fol. 7.

¶ M.

Mentitur menta, si sit depellere len-  
ta cap. 59. fol. 177.  
Motus longa fames, vomitus, percus-  
sio, casus cap. 77. fol. 201.  
Multiplicant mictum, ventrem dât me-  
spila strictum cap. 44. fol. 150.

Natu-

INDEX.

breuesq; cap.90.fol.234  
Pisum laudandum nunc sumptimus  
ac reprobandum ca.33.fol.131  
Post pisces nux sit, post carnes caseus  
adfit fol.142  
Potus aquæ sumptus comedenti in-  
commoda præstat cap.27.fol.108.  
Principio minus in acutis perpeti acu-  
tis cap.101.fol.238  
Provocat vrinam mustum, cito soluit  
& inflat cap.45.fol.151.

¶ Q.

**Q** Vale, quid, & quando, quantum,  
quoties vbi recta ca. 56.fo.172  
Quatuor humores in humano corpo-  
re constant ca.87.fo.219.  
Quatuor ex vento veniunt in ventre  
retento cap.4.fol.21  
Quod piper est nigrum non est dissol-  
vere pigrum cap.75.fol.198

¶ R.

**R** Apa iuuat stomachum, nouit pro-  
ducere ventum cap. 47.fol. 154  
Reddit foecundas mansum persæpe  
puellas cap.74.fol.198  
Restat adhuc tristis cholere substantia  
nigra cap.91.fol.236

¶ S.

**S** Aluia cum ruta faciunt tibi pocula  
tuta cap.20.fol.98  
Salvia sal vinum,piper, allia, petrofeli  
num cap.22.fol.100

San-

INDEX.

Sanguine subtracto sex horis est vigi-  
landum cap.99.fol.232  
Semen sceniculi pellit spiracula culi  
ca.49.fol.158  
Scrophatum,glædes, ficus cataplasmate  
cedunt cap.43.fol.149  
Si capit is dolor est ex potu lympha bi-  
batur cap.4.84.fol.212  
Si nocturna tibi noceat potatio vini  
cap.15.fol.86  
Si pisces molles sunt magno corpore  
tolles ca.30.fol.121  
Si urinum rubrum nimium quandoque  
bibatus cap.12.fol.74  
Si crux emanet, spodium sumptum eti-  
to sanat cap.51.fol. 160  
Si cerasum comedas tibi confert gran-  
dia dona cap.40.fol.145  
Si tibi deficiant medici, medici tibi fi-  
ant.5.  
Sic diætes serua porrorum collige gra-  
na cap.80.fol.207  
Sit brevis aut nullus tibi somnus meri-  
dianus.cap.3.fol.15  
Sunt nutritiæ multum carnes vituli-  
nae cap.28.fol.112  
Sunt bona gallina, & capo, turtur, flun-  
na, columba cap.29.fol.112

¶ T.

**T** Emporibus veris modicum prande-  
re iuberis cap.19.fol.94  
Temporis æstiuum corpora sic-  
cant

INDEX.

cant. cap. 85. fol. 212  
Tres insunt istis, Maius, September, A-  
prilis, cap. 94. fol. 244  
Tu nunquam comedas, stomachum ni-  
si noueris esse cap. 6. fol. 31

¶ V.

V As condimenti præponi debet ede-  
ti cap. 52. fol. 161  
Ver, ætas dextræ, autumnus, hyemsq;  
sinistræ cap. 102. fol. 240  
Vina probantur odore, sapore, nitore,  
colore cap. 10. fol. 69  
Vocibus anguilla prauæ sunt si come-  
dantur cap. 31. fol. 128

FINIS.



REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q  
R S T V X Y Z A a B b C c

Omnes sunt Sexterniores.

VENETIIS, MDLXVII.

Apud Bartholomæum Rubinum.